


555

LACTIA  
FIRMIA  
OPERA




156












86775  
N 116








100








50984811

22







Lactantii Firmiani de diuinis institutionibus  
aduersus gentes. Rubricę primi libri incipiunt.

*Gelasius censuit hos  
Lactantij libros apo-  
cryphos quod nonnullis  
erroribus sint resposi.*

**V**ata sit & fuerit semp cognitio ueritatis. Et q̄ nec sine  
religione sapientia: nec sine sapientia sit pbanda religio.  
Capitulū primum. Magno & excellenti ingenio uiri.

De errore philosophorum euacuantium prouidentia; & publica  
statuentium fide. Cap. ii. Suscepto igitur.

An potestate unius dei mundus regatur: an multorum. Cap. iii.  
Sit igitur nostri operis.

Quod sub uno humili deo particulares plures esse non possunt.  
Cap. iiii. Quod si quis profecto.

De testimoniis poetarum. Cap. v. Sed omittamus.

De testimoniis pphetarū & philosophorū. Et de testimoniis Cotte  
pōtificis trimegisti. Et de decē Sibyllis. Cap. vi. Nūc ad diuina  
testimonia.

De testimonio Apollinis & deorum. Cap. vii. Apollo enim.

De caecitate eorū qui plures deos opinantur. & unde hic error ha-  
buit originem. & q̄ corpus deo non est necessarium: nec propa-  
gatio liberorum. Cap. viii. His igitur tot & tantis testibus.

De Hercule & gestis eius: atq; ortu ei⁹ ex Ioue & Alcmena: & mor-  
te eius. Cap. viiii. Hercules qui ob uirtutem.

De Esculapio. Apolline. Neptuno ac Marte. & Castore. Polluce  
te atq; Mercurio. Cap. x. Esculapius & ipse.

De ipi⁹ Iouis parentibus: & ortu: & uita eius flagitiosissima: mor-  
te & sepultura: & opificio poetarū. Cap. xi. Quis est igitur.

Quomodo stoici figmenta poetarum ad philosophicam transfe-  
rant rationem. Cap. xii. Quoniam reuelauimus.

Quomodo poetae & historici euacuant stoicorum traditōnem de  
Ioue & Saturno & aliis diis. Cap. xiii. Si ergo uane.

Quid inde Ennius doceat in sacra historia. Cap. xiiii. Nunc.

Qua ratione homines dii ceperint nominari. Cap. xv. Quib⁹ ex.

Qua rōe dii eē nō pnt quos sexus discernit. Et q̄ in natura; dei n̄  
accidit aut sex⁹ aut coit⁹: aut officiū gnāndi. Cap. xvi. Potera;

Quod stoici fidem historiarum: & poetarum figmenta inani fi-  
fuculatione peruertunt: & quae miseriae: & turpitudines de diis  
referantur. Cap. xvii. Ob has rationes.

*de la Libreria de l'Officio del Campo*





Quomodo refellantur hi: qui deos esse factos ex hominibus mē-  
tiuntur. Cap. xviii. Hoc in loco.

Quod deos uanos: deū uerū nemo simul potest colere. Capitu-  
l. xviii. At enim dicit aliquis.

De propria romanorum religione. Cap. xx. Venio nunc.

De sacrificiis & ministeriis eorum. Cap. xxi. Diximus de diis.

Quis auctor prædictarum uanitatū in italia apud romanos fuerit:  
& quis apud alias gentes. Cap. xxii. Harum uanitatum.

Quo tempore ceperint uane superstitiones: quibus sub auctorib⁹.  
Cap. xxiii. Nunc quoniam uanorum.

Lactantiū Firmiani de origine erroris.  
Rubricę libri. ii. incipiunt.

**Q**uod rationis obliuio: & ignorātia sui facit homines ingra-  
tos ueri dei: qui colitur in aduersis: & in prosperis cōtemni-  
tur. Cap. i. Quāq̄ p̄mo libro.

Quę fuerit prima causa fingendi simulacra. Et q̄ uerissima dei  
imago est homo. Et q̄ extra se deum nemo fideliter colit. Cap.  
.ii. Quę igitur amentia.

Quod Cicero & alii q̄ uidebantur sapientes: ceteris deterius pec-  
cauerint. Cap. iiii. Sed quid prodest.

Quod nil maiestatis & reuerentię habeant idola. Cap. iiij. Quid

Quod solus oīum creator uer⁹ de⁹ ē: solusq̄ colēd⁹: nec elemēta:  
nec corpa cęlestia aliqd diuinitatis hñt: in qno & stoici desipi-  
unt: q̄ stellas deos putāt: q̄ nō sua uolūtate mouētur: sed dei. Et  
qua rōe eas sic fieri uoluit. Cap. v. Quanto igitur rectius est.

Quod nec terra nec aqua nec pars aliqua mundi: nec totus ip̄e de-  
us est animatus: sicut stoici mentiuntur: qui quod astruunt pari-  
ter & euertunt. Cap. vi. Simili modo si terra.

Quod dupliciter peccant insipientes. Et q̄ auaritia sub optentu re-  
ligionis colitur: præualente ratione traditione maiorum: & q̄ fu-  
erint maiores: quorum auctoritas præiudicat ueritati. Cap. vii.  
Duplici ergo ratione.

Quod ratione potius innitendum est: & quę miracula scripta sūt  
ad cōfirmationem erroris multoꝝ. Cap. viij. Quare oporteret.

Quod per inuidiam diaboli intrauit mors: & pullulant radices.



errorum. & q̄ deus ipse natura est: qui materiam p̄mordialem & omnia fecit ex nihilo. Cap. ix. Exponam igitur omnium.

Quod deus quatuor elementa distinxit: & quatuor qualitates & quatuor tempora: & quod ex calore & humore sit uita: & quare hoīes igne: c̄tera aīalia aqua magis utant̄. Ca. x. Nūc quoniā.

Quod creato mundo: facta animalia propter homines sunt: & tādem homo ipse. Et quid sit quod poet̄e finxerunt Deucalionem homines reparasse. Et q̄ Aristoteles falsum putauit mūdum eē eternum. Et q̄ sunt tres partes. Cap. xi. Consummato igitur.

Quod non de terra-uel sponte nata sunt aīalia: sed dispositōne diuina cui⁹ fecisset de⁹ nos cōscios si scire expediret. Ca. xij. Aiūt

Quare duo sex⁹ mūdi mīoris id ē hoīs: & qd sit mors ei⁹ p̄ma: qd secūda: & de p̄moꝝ parētū culpa & p̄na. Cap. xij. Cū ḡ marē.

Quod non liber pater fuit inuētor uini: sed Noe post diluuiū. & quē fuit origo gentium. & qui p̄mi habuerint scientiam astroꝝ: & ignorantiam dei. Cap. xiiij. Deus autem postea.

De iniquatione angelorum: & duobus generibus demonū: qui se persuaserunt ut deos coli: quos etiaꝫ familiares philo sophi habuerunt ut Socrates. Cap. xv. Cum ergo numerus.

Quod hi prodesse putātur cū nocere desinunt: nec possunt aliqd in eos qui in fide solidati sunt: sed sancti subiecti eis tanq̄ serui obediunt. Cap. xvi. Quarum omnium fallaciarum ratio.

Quod hi astrologiam aurispicinā & omnes artes reprobas inueniunt: & persuaserunt cultum idolorum per miracula & uarias fallaciarum tendiculas. Cap. xvij. Eorum inuenta.

Cur deus humano generi sic patiat̄ illudi. & q̄ tribus de causis uana est deorum religio. Cap. xvij. Dicet aliquis.

Quod in cultu simulacrorum nulla pōt esse religio: nā a simulatione id est a fallacia dicta sunt. Cap. xix. Quicumq̄ igitur.

Breuis epilogus quo docet gentibus superatis: sibi a philosophis grauius imminere certamen. Cap. xx. Peracta est igitur.

Lactantii Firmiani de falsa sapientia  
Rubricę tertii libri foeliciter incipiunt.

Commendatur īprimis ueritas: & oī p̄fertur eloquentię: & quare eā non sint affecuti philosophi aperitur. & quare stilo

act⁹ q̄s in uenit vnum



simplici: sacra scribantur eloquia. Et quod philosophis tunc maxime  
credendum est: cum suam ignorantiam profitentur. Ca. i. Velle  
Quod ipso nomine philosophiae conuincitur quod inanis fuerit gentili-  
ter philosophantium occupatio. Cap. ii. Nunc quo.  
Ex quibus rebus philosophia constet. & quis fuerit autor academi-  
cae sectae quae nihil recti diffinit: quae solam opinionem esse in phi-  
losophia gentilium: qui ideo plus audent: quia errores eorum non  
arguit nisi deus. Cap. iii. Videamus tamen.  
Quomodo Zeno & Socrates totam philosophiam sustulerunt de  
medio: & quasi quodam ciuili bello suis confecta est armis. Ca.  
.iiii. Recte igitur.  
Contra academicos multa scire & natura rerum & uitae necessitas  
cogit. Cap. v. Sunt enim multa.  
Quomodo sapientia in medio errantium fuerit. & academici con-  
tra physicos: & physici contra academicos dimicauerunt. Et quae  
sunt assistatarum exempla questionum. Et quod rationes caelestium siue  
naturalium scire non possunt. Cap. vi. Immo uero inter.  
De morali philosophia: & quare sicut utilior: ita & ceteris philoso-  
phiae partibus sit facilior: quae fuerint omnium philosophorum fe-  
re sententiae de summo bono. Cap. vii. Transeamus.  
Quod uera sapientia docet summum bonum hominis non esse ani-  
mi uel corporis uoluptatem: aut aliquod eorum: quae a philosophis  
sunt proposita. Cap. viii. Quid ergo.  
Quid sit uere sapientis summum bonum. & quae uitiosa fuerit ratio  
Anaxagorae ad quid natus sit homo. Cap. ix. Primum ut.  
Quod ea quae uidentur hominibus esse propria: ceteris quoque animalibus communia sunt: homini  
uero proprium est deum noscere & colere. Cap. x. Summum igitur bonum  
Quod deus fecit hominem cupidum religionis & sapientiae: quorum  
alterum constare sine altero non potest. & quod nihil eorum quae mor-  
tales appetunt: summum bonum sit. Cap. xi. Constat igitur.  
De duplici pugna corporis & animae: & hostibus utriusque. Et quod  
uirtus non propter se appetenda est: sed propter uitam aeternam:  
quae summum bonum est. & uirtutem necessario sequitur: & in  
praesenti haberi non potest. Cap. xii. Sed quaeritur quid.  
Quod anima immortalis: & quare diuina traditio logicam non de-  
siderat: aut philosophiam: sed ethicam solam: in qua docenda  
summi philosophi errauerunt. & quare philosophia non sit dux



uite & uirtutū parens: expultrix & ultrix uitiorum: quod tamē  
Cicero & alii astruere conati sunt. Cap. xiiij. Res exigere.

Quod Lucretius & alii errauerunt opinati sapientiam inuentam  
esse ab homine: & nec datam hominibus a creatore. & quomodo  
Cicero suis uerbis conuincitur. & q̄ philosophia nec uerum do  
cet: nec ad recte uiuendum instruit. Cap. xiiii. Rectius itaq̄.

Quod in eodem errore fuit Seneca. Et quid philosophia secundū  
ipsū. Et q̄ sicut deus unus & ueritas una: ita una est & simplex  
sapientia: & quō phōꝝ oīo pugnet cū uita. Cap. xv. Eodē duct⁹.

Quod recte docentes & male uiuentes teste Cicerone non utilita  
tem ex philosophia: sed inanem percipiūt delectationem. & q̄ sa  
pientia seipsam semper exercet in bonis actibus. & quare nō phi  
losophiē sed sapientiē ipi iugiter īsistēdū sit. Ca. xvi. Verum

Quē fuit ipsa doctrina epicuri q̄ morib⁹ omnium appositissima  
loquebat̄. & quō Leucippum & Democritum habuerit autores  
erroris & fabros athomorum & assertores uoluptatis. Ca. xvij.  
Dixi de philosophis.

Quomodo pythagorici & stoici contrario epicureis errore desipāt  
sic animarū immortalitatem statuentes: ut eas in uaria corpora  
transire mentiantur: & uoluntariam mortem persuaferūt inaniē  
philosophantibus. Cap. xviii. Alii autem.

Quod Cicero & alii sapientissimi immortalitatem animarū sed  
infideliter docent. & q̄ mala ul' bona mors sit pōderanda ex an  
te acta uita & gratia dei. Cap. xix. At illi qui de.

Quod Socrates in eo fuit cordatior ceteris quia a scrutinio cęlesti  
um & naturalium causis disputationem suspendit: in quibus te  
mere cōsumitur īgenium & tempus: sed & in multis desipiunt:  
quorū subiitiuntur exempla. Cap. xx. Videamus nunc.

Quod Plato didicerit a Socrate: quod si optineret: humani gene  
ris periret societas. Cap. xxi. Videamus tamen quid.

Quod dogma Platonis nō erat nisi criminis fons & fomes & uir  
tutum omnium exterminium. Cap. xxij. Restat.

De minorib⁹ philosophis: & quaten⁹ iuicē rōe ex reꝝ cōtemptu p  
ficiāt & erroris assertores sint. Cap. xxiii. Cum igitur in tanta.

De antipodibus quos ideo esse finxerūt: q̄ opinati sunt mundum  
esse rotundum. Cap. xxiiii. Quid illi qui esse contrarios.

Quot & quanta p̄dicenda sunt: & alias necessarias gentiliter



philosophantibus: ut philosophiam nullus assequatur aut rarus:  
Cap. xxv. Nunc pauca.

Quod doctrina celestis sapientiam sola largitur: quam natura communis appetit: & querens philosophiam non inuenit. & que efficax sit lex dei & ecclesie sacramenta. Cap. xxvi. Quod ergo.

Quod philosophi sepe recte precipiunt: & interdum uident uerum Et quare non sit eis credendum in quo solo nitatur conditio creature & unde: nec non aut fortune. & quomodo philosophi suis inimicem gladiis pereunt. Cap. xxvii. Quid ergo: nihil ne illi.

Quod fortuna nihil est: quam philosophi non modo deam: sed deum mentiuntur. & quomodo hunc errorem demones immiserint eis quod deum nesciebant aut contemnebant. Ca. xxviii. Qua propter.

Item repetitio de fortuna & natura eius & diffinitione eius. Ca. xxix. Sed repetamus id quod omisimus.

Epilogus quo docet quomodo transeundum sit a uanitate philosophorum recedentibus: & ad ueram sapientiam aspirantibus scilicet ad uerbum dei in quo sola ueritas inuenitur: & uirtus & beatitudo: & ab eis que dicta sunt: ad dicenda transitum facit. Cap. xxx. Docui quantum mea mediocritas tulit.

Lactantii Firmiani de uera sapientia  
Rubricę libri quarti foeliciter incipiunt.

**P** Quomodo unius seculi error in omnem sit transfusus etate; & orbem occupauerit. & gracia post gloriam septem sapientum studio perquirende ueritatis exarserit: & studiosi eius se maluerint philosophos quam sapientes appellari. Ca. i. Cogitanti.

Quod ibi est querenda sapientia ubi gentibus est stulticie titulus Et quare pythagoras & plato litterarum persecutores non accesserunt ad iudeos. Cap. ii. Quare si neque illi fuere.

Quod sapientia & religio inseparabiliter cohererent: & quod necesse est eosdem non diuisos esse secretarios sapientie & numinis sacerdotes. & quare contra naturam sit colere plures deos. & quare necessitate nature omnium dominum esse unum unicuique: sic & preter unum. Ca. iii. Deorum igitur cultus.

Quod sapientia spectat ad filios: religio ad seruos: & utriusque fons deus unus solus & uerus: qui ingratum abdicat filium: & fugitiuum; punit seruum. Cap. iiii. Quibus rebus apparet.



Quod oracula prophetarum sollicitè inspicienda sunt: quos diuinitus esse locutos rerum multo ante predictarum conuincit euentus. Et quo tempore prophetauerit Moyses. Quot annis Iosue rexerit populum. Quot profuerint iudices. quod diu regnauerint reges. Quo tempore dominatus Cyrus. Quod in philosophis & sapientie fundamentum. Cap. v. Nunc quoniam docui.

Quod deus creator omnium omnipotentem genuit filium: & per eum creauit uniuersa: testes sunt Sibylla & Trismegystus: oracula consona prophetis & sapientissimo Salomoni. Ca. vi. Deus igitur.

Quod nomen filii & angelis aut hominibus sit ignotum: licet nomen habeat quod non ab utrisque adoratur. & unde dicatur Iesus & unde christus. Cap. vii. Fortasse querat aliquis.

Quod filius bis natus est: eternaliter de patre: temporaliter de uirgine matre: sed natiuitate inexcogitabili & ineffabili. & quare dicatur uerbum: & in quo ab aliis angelis differat: & quare illi non dicantur uerbum dei uel uerba. & quare hominis spiritus dissolubilis. & quid Dauid & Salomon prophetauerint de hoc uerbo. & quod Salomon precesserit troianum bellum. & quod Iohannes euangelista de eodem uerbo. Cap. viii. Imprimis enim.

Quod melius a grecis logos quam a latinis uerbum. & quod de deo senserint gentiles philosophi Zeno & Trismegystus. Ca. ix. Sed melius de secunda natiuitate filii quam prophetę multo ante predictauerunt & quomodo eductus sit israel ab egypto. & quibus ingratus beneficiis caput bouis in memoriam Apis dei egyptiorum figurauerit. & quis ordo publicarum fuerit potestatum usque ad domini passionem. Cap. x. Imprimis igitur.

Quę fuerit causa incarnationis christi. Cap. xi. Cum sepe.

De conceptu & partu uirginis predicto a prophetis. de passione resurrectione: & ascensione: & iudicio. Cap. xii. Descendens.

Quod filius a patre est secundum deitatem: & quod gemine substantię esse conuincitur: tum ex operibus propriis: tum ex oraculis prophetarum: & etiam Apollinis Millefii testimonio. & quare nec ad Salomonem: nec ad alium quam ad christum referri possunt uaticinia prophetarum. Cap. xiii. Summus igitur deus.

De eterno christi sacerdotio: quod prophetę sicut & cetera predictauerunt sic exprimentes Iesum christum: ut oracula nec ad filium Naue: nec ad filium Iosedech ualeant retorqueri. & de uis quas docuit christus: quod



nunq̄ suum honorem quęsiuit: sed patris. Cap. xiiii. Quibus.  
De baptismo christi & miraculis quę gessit in carne ante passionē  
quę non modo a prophetis prenunciata sunt: sed etiam uaticinio  
Sibyllarū: sicut Cicero & Varro testant: sed oracula ante christi  
aduentum non potuerunt intelligi. Cap. xv. Quoniam de.  
De passione christi quę iudeis est scandalo: & stulticię gentibus  
quomodo summam uirtutem cōtineat: & uerā & singularem sa-  
pientiā & ueritatē sicut pphetę fuerūt plocuti. Ca. xvi. Venio  
Quod calumniati sunt eum quasi legis destructorem. & quid p̄  
figurauerit circuncisio. & quare in illo iussa sit fieri membro &  
quare prohibitum sit carne suilla uesci. Cap. xvii. Sed ire.  
Quę causa & quis fuerit ordo dominicę passionis. & quibus sit p̄  
nuuciata oraculis. Cap. xviii. Cum igitur ea.  
De miraculis quę in passione domini contigerunt. de sepultura &  
resurrectione. & a quibus testimoniis prophetarum fides robore-  
tur istorum. Cap. xix. Quid amplius de facino.  
Quod p̄fecto ī galileā dñs p̄ resurrectionē; discipulis scripturarū  
referauit arcana. & quare lex uet̄ dicať testamētū: nec potuerit ī-  
telligi añ mortē dñi. & q̄ nouū testamētū ueteris adīpletio ē. &  
qb̄ h̄ añ p̄dictū sit testimoniis. Cap. xx. Profectus ergo.  
De ascensione domini: diuisione discipulorū; ad nascētis ecclesię  
fundamentum iaciendum & roborandum. & de miraculis eorū  
& quomodo Petrus & Paulus romam uenientes: prophetauerūt  
regem in breui uēturum: qui hierosolimam destrueret & iudeos  
deleret: eodem modo quo postea contigit. Cap. xxi. Ordinato  
Quod argumentis reuincendi sunt qui diuinis detrahūt sacramē-  
tis. & quibus argumentis utantur infideles: ut dominicę incar-  
nationis fidem euacuent. Cap. xxii. Confirmati sunt.  
Quod p̄ceptoris morū uacillat auctoritas: si nō facit ipse quod  
docet: sicut in phariseis patet qui contra sua p̄cepta uiuebant  
sed christus primo fecit quod postea docuit. Ca. xxiii. Quicūq;  
Quod cęlestem doctorē perfectū; esse oporteat. & quare p̄fectus  
eē nō possit sine corporis assūptione mortalis. Ca. xxiiii. Age.  
Quod christus licet mortalitatem nostram sumpserit non tamen  
natus est ut alii hoīes: sed ex carne uirginis. & quare cu; īmunis  
esset a culpa: sponte subierit poenam. Cap. xxv. Discant igitur.  
De misterio dominicę crucis & uirtute & significatione eorū quę



christus gessit aut pertulit . & quomodo p̄figuratus sit in immo-  
latione agni legalis. Cap. xxvi. Dixi de humanitate.  
De potētia signi crucis quāte efficacie sit inuocatō noīs crucifixi.  
& quātū a dēmoniis timeat signū crucis. Ca. xxvij. Nūc fat. ē.  
De uera & singulari religione: & unde dicatur religio: uel secūdu;  
Ciceronem uel alios. Cap. xxviii. Quę cum ita se habeant.  
De unitate patris & filii: ut liq̄at quō unius dei p̄nt esse cultores q̄  
duos colūt: alterū p̄rem: alterū filiū: p̄remq; īmortalē: filiū mor-  
talē: de quo superius dictū est. Cap. xxix. Fortasse q̄rat aliqs.  
De hēresibus quas nō modo prophete: sed etiam xp̄us & apostoli  
p̄dixerunt emersuras esse uitādas. & q̄ illa sola ecclesia catho-  
lica est & uera: in qua est confessio & medicina peccatorum per  
poenitentiam & fidei sacramenta. Cap. xxx. Sed quoniam

¶ Lactantii Firmiani de iusticia  
libri quinti Rubrice incipiunt.

**Q**uod iniquū & īpiū est añ dānare: uel personam uel cām: q̄  
de merito ei⁹ cognoscere. & quare sapīa iūgēda sit religio-  
ni. & quare sapīa hui⁹ mūdi litteras sacras cōtēpserit. & q̄ eloq̄n-  
tia fuit sēculo: & plezq; ut āplius elucescat ex industria īpugnat  
ueritatē: q̄ fere semp idoneis assertorib⁹ īdiget. Ca. i. Non est  
apud me.

Quod ex defectu dīctorum data est temerariis hominibus auda-  
cia impugnandi ueritatē ignotam: & hoc p̄bat exemplo duo-  
rum philosophorum quos uiderat in bithynia. Ca. ii. Ergo qa.

Quod a discipulis christi uolūtas mentiendi abfuit: qui uitam ex-  
ercebant cōtrariam uitiis. & quid respōdēdum fuit blasphemie  
eorum: qui christum magum fuisse mentiti sunt: & sibi īpis con-  
traria docuerūt. Cap. iij. Abfuit ergo ab his fingendi.

Quare hoc opus incoeptum sit: & contra quos: & ad quid pro-  
fit. Cap. iiii. Hi ergo de quibus dixi cum p̄sente.

De iusticia quam non modo philosophi: sed etiam poetę qui eos  
p̄cesserunt tantis quęsierunt uiribus. & quō p̄ uero haberi de-  
beat non figmento poetico: q̄ iusticia terras incolebat regnante  
Saturno: & aurea fuisse sēcula: sed Ioue regnante iusticiam esse  
fugatam. Cap. v. Nunc reddenda est.



Quod cupiditas fons malorum omnium expulsas iusticia suas id est iniquissimas promulgauit leges. & quomodo sub Ioue nature confortes seruituti subiecerit audax: auara: ambitiosa: superba: & crudelis impietas hominum: & aureum expulit seculum: quod sola facit puritas uerę religionis. Capitulum sextū. Quorum omnium.

De aduentu christi aureum seculum restituentis in electis: id est ueram reformantis religionem. & q̄ uirtus innotescat: & probat̄ exercitio uitiorum: ut liquidum sit quare deus mala esse permisit. Cap. vii. Sed deus ut parens.

Quare iusticia quę improbatio est non uideatur ab hominibus. & q̄ homo dei templum est non aurum uel lapides. & q̄ deus uirtutibus colendus ē nō corruptibilibus donis. & q̄ om̄ia mala ex eo proueniunt: q̄ plures dii coluntur: quia si unus solus uere coleretur: omnes iura fraternitatis agnoscerent & exercerent. Ca. viij. Qui ergo putant.

Quod iniqui iusticiam quam sibi abesse sentiunt: omnibus abesse putant. & in eos qui iustiores & innocentissimi sunt: atrocius se uiunt id est in seruos christi mensuram patrum implentes: qui caput omnium iustorum christum occiderunt: eo q̄ dissimilitudo uitę criminose sitiat sanguinē innocentium. Ca. ix. Nōnunq̄.

De impia iniquorum qui deum nesciunt pietate. & quid & ubi sit uera pietas: quam deorum cultores assequi nequiunt propter subiectas causas. Cap. x. Operepretium est.

Quod persecutores christianorum non modo bestię fuerint: sed ipsis bestiis brutiores & truciores. Quibus & quare tormentis martyres afficiant. Cap. xi. His igitur hominibus.

Quomodo ipsi carnificibus grati facti sunt: q̄ diligunt inimicos & q̄ expetibilius est esse bonum & malum putari: q̄ malum esse & uideri bonum. Cap. xii. Quid his facias.

Quod ex eo pat̄te<sup>tot</sup> iusticia christianę religionis & ueritas fidei: q̄ de cultoribus deorum crescit ecclesia: sed de ecclesia nec minis nec tormentis cōpelli possit ad cultū deorum: licet quidā sacrificales se ex infirmitate legantur inuiti: qui tamen postea per poenitentiam in quo nouatiani confutant̄ surrexerunt fortiores. & q̄ patientia martyrum solidissimum est christianę religionis fundamentum. Cap. xij. Cum autem noster numerus.



De uera uirtute christianorum: qui in culmine patientiæ cōstituti  
philosophos laudatores patientiæ antecedunt uirtute patiendi. et  
q̄ uanum & stultum est imaginatam terramq; ut deum colere.

Cap. xiiii. Sed est uera uirtus

Quare sapientes habentur pro stultis. & quomodo in duabus p̄-  
cipue uirtutibus pietate scilicet & equitate iusticia constet. & qd  
pietas secundum Trismegystū. & quid equitas secundum Cice-  
ronem quarū ne utram assequi potuerunt romani: uel gręci: nec  
aliqui nisi christiani. Cap. xv. Quę nunc causa.

De equitate christianorum: quam philosophi non habentes: nec i-  
uenire: nec defendere potuerunt. Cap. xvi. Duobus igitur.

Quomodo Carneades & iura pro utilitate sancita: & ueram in ho-  
minibus iusticiam nisi forte stultis collegerit inueniri nō posse.  
& ciuilis iusticia sapientiam quidem habeat sed iniustam: natu-  
ralis aut iusta sit utiq;: s; sapiāz oīno nō habēt. C. xvii. Exposui

Contra Carneadem q̄ nec stultus potest esse iustus: nec sapiens i-  
iustus. & q̄ innocentibus & iustis deus semper optime cōsultat  
& necessaria prouidet: quę patent ex diffinitione stulticię & sapi-  
entię & quę sit cognatio hoīs & dei. Ca. xviii. Quod ad prę.

Quod ignoratio immortalitatis & dei ueri p̄dictorum causa er-  
rorum est: & mortem meretur æternam. & q̄ homo non sit hoīs  
genitor: sed minister generatiōis. Et quare deus ueram sapienti-  
am uoluit sub specie stulticię occultari. Capi. xix. Sed nimirū.

De infania eorum qui deos colunt: & non audent ratione conten-  
dere cum fidelibus. Et quare sacramentorum suorum silentium  
idicant. Et q̄ religio per patientiam defendenda est: & ratiōe po-  
tius q̄ seuitia: ferro: uel igne. Et quātū & i qbus differunt religio-  
nis uerę cultus & falsę. Cap. xx. Discant igitur.

Quod hostes suos adorat stulta gētilitas: quorū cultus nō modo  
christiani: sed & philosophi & domestici cultores deorum de-  
struunt. Cap. xxi. Isti autem.

Quare maligni spiritus instigent cultores suos in p̄secutionē fide-  
lium & quare uera religio uideatur inanis. Cap. xxii. Non ergo

Quare deus electos suos tradita impiis potestate uexari patiatur.  
Cap. xxiii. Longum est uniuersas.

Quod bonorum tortores torquebuntur: & malas bestias de terra  
auferat deus. Cap. xxiiii. Quicquid ergo aduersum.



**Q**uod innocentia uerissimus dei cultus est: quae carnalis homo corpori deditus nescit. Cap. i. Quod erat officium. Quod deus nec esurit nec sitit nec in tenebris est: ut ei oporteat hostias immolari aut uina offerri uel lumina. & quare haec offerantur diis gentium quae fidem rectam & ueram innocentiam offerre nesciunt. In quibus consistit dei cultus. & quae intra omnia quae ad cultum dei pertinent praestantissimum est: homines ad ueritatem & iusticiam erudire. & quare nolit ab elementis incipere. Ca. ii. Mactant igitur. De duabus uis quorum altera uirtutum altera uitiorum est: quae in littera pythagorica figuratur: & fidelius tractantur a christianis quam a philosophis. & de duobus ducibus uiarum. Ca. iii. Duae sunt. De uia uirtutis quae in elisios campos deducere dicitur: & uitiorum quae ad impia tartara ducit: & ducibus utriusque. Cap. iiii. Una est. De falsa diffinitione philosophiae: quam auctore Lucilio posuerunt philosophi: & uera differentia scientiae & uirtutis. Ca. v. Sed priusquam. Quod philosophi nescierunt quid esset bonum aut malum: quia fontem boni lucidum nesciebant: nec intellexerunt quis debeat rerum & operum finis esse. & quomodo constet Lucilium falso diffiniuisse uirtutis officia. Cap. vi. Dixi quod erat. Quod in uia erroris est species sapientiae & uirtutis. & quae uia ueritatis & sapientiae est simplex & angusta & ardua: & deum habet ducem. Cap. vii. Nam illi omnes. Quare a philosophis ueritas inueniri non poterat: nec ab his qui terrenis dediti sunt: sed ab electis inuenitur per legem dei: cui potest Ciceronis diffinitio adaptari. Cap. viii. Haec est uia. Quod caput religionis & uia ueritatis est deum fideliter noscere et fideliter colere. & quare diuinae leges sint a gentibus institutae: & quae sensum integritate uigeat: quam gratia largitur potius quam natura. Ca. ix. Cuius legis. Quod religio deo misericordia homini debet. & quas causas edificandi ciuitates & conueniendi socialiter: & inuentionis uerborum falso commentum sunt. Cap. x. Dixi quid debeat. In quos praecipue sit humanitas exercenda: & in quibus liberalitatibus imaginariis pereant opera: & quae impensa praestantis. Ca. xi. Conseruanda est.



A quo sit speranda & expetenda: & quę & quanta sit uerę libera-  
litatis merces. & q̄ inanis & nulla falsę: & qui sunt gradus hu-  
manitatis. Cap. xii. Hęc est illa perfecta iusticia.

De premio: & q̄ in necessitate ex precibus pauperū quisq; teneat  
a deo: & tribus gradibus uirtutis. Cap. xiii. Quotiens igitur.

Quod philosophi uera caruerunt humanitate: qui cum stoicis ea;  
inter morbos animę posuerunt. Cap. xiiii. Si ergo.

Quomodo peripathetici uincant stoicos & doceant affectuū na-  
turalium stimulos euelli non posse sed mitigari. & q̄ ea quę bru-  
tis animalibus data sunt singulo homini insita sunt uniuersa:  
& quō stoici mētis affectiones diffiniant. Cap. xv. Hęc enim.

Quomodo peripathetici errauerūt. & q̄ bonus usus affectuuz uir-  
tus est: malus uitiū. & q̄ usus ipse ex cā pēsand⁹ ē. Ca. xvi. At e

Quod ea quę philosophi uitia putāt uirtutes sunt: si tamen refe-  
rantur ad finem debitū id est ad deū. & q̄ insani sunt qui huma-  
nam naturā ingentis affectibus spoliare nituntur. Ca. xvii. S.

Quomodo precepta dei quib⁹ insistendum est a philosophis dis-  
fidēt institutis: & quīs sit patientię titulus. Cap. xviii. Sed omit.

Quod peripathetici stoicis obuiant in defensione affectuum. Et  
quę sint tres furię quas poetę finxerunt: & quis earum usus sit  
& abusus. Cap. xix. Stoici cum affectus ex homine.

De quinę sensuū uoluptatibus. & quare plus uoluptatis datū sit  
homini a natura q̄ cęteris animantibus. & primum de uoluptate  
uisus & de spectaculis euitandis. & de ludorū & speculorum au-  
ctoribus. Cap. xx. Restat ut contraria quinę.

De uoluptate aurium: & quid sibi uelit diuinorum eloquiorum  
simplicitas: quę omnibus carminibus & floribus pompisq; uer-  
borum preferenda est. Cap. xxi. Aurium uoluptas.

De uoluptate olfatus & gustus: quē uir prudens euitare debet ut  
laqueos & tendiculas mortis. Cap. xxii. Ad uoluptates.

De uoluptate tactus: & quare sit ī hoīe uehemētior q̄ ī cęteris aīali-  
b⁹: & q̄tas p̄ eū diabol⁹ turpitudīes īgerat & spicula gehēne & d'  
licito coitu et illicito et q̄re ītra oīa aīantia sola m̄r p⁹ ceptū sit  
patiēs uiri. & qs sit cōtinētię ul' icōtinētię fruct⁹. C. xxiii. Vēio

De poenitentia & fructu eius & conscientię stimulis: & districto  
dei iudicio. ex quibus sacrificiis: & ī qua ara possit placari. Ca.  
.xxiiii. Nec tamen deficiat aliquis.





De differentia doni & sacrificii diuini: & forma laudandi deum:  
& orationis forma & fructu. Cap. xxv. Nunc de sacrificio.

Lactantii Firmiani de beata  
uita Rubricę libri septimi incipiunt.

**Q**uid dictum in precedentibus libris: quid restat dicendum in  
ultimo quod sunt credituri ueritati & quod non & quare. Ca. i. Bene habet  
Quod aureum seculum id est foelicissimus status futurus est post  
iudicium. & quare ratio mundi non potest ab homine apprehendi. &  
quod ueram sapientiam non assequitur quis beneficio nature: sed  
gratie. Cap. ii. Disputatione summi dei.

Quantum errauerunt stoici de ratione mundi & auctore omnium  
deo & homine per quem factus mundus. & quod manifeste contra  
Epicurum rationibus doceatur mundum & omnia que in eo sunt  
dei prouidentia gubernari. Cap. iii. Et quoniam de.

Quod omnis res ad aliquem usum facta est: etiam illa que omni-  
no uidentur esse mala: quare homo creatus sit corpore fragilis &  
capax rationis. Cap. iiii. Sed de prouidentia satis.

Quare homo creatus sit: & quare ex contrariis constat. & quod ei domici-  
um constitutum est in medio: & uita duplex proponitur. quarum alteram  
ministrat natura: alteram largitur gratia. & quod significet quod homo pri-  
mum quadrupedibus conformatur: & postea erigitur: & tandem utitur  
exercitio rationis. Cap. v. Reddamus nunc rationem.

Item quare mundus creatus sit: quare homo quod inanis sit cultus de-  
orum. Cap. vi. Nunc totam rationem.

Quare philosophi nequiuerunt comprehendere ueritatem integre  
quam tamen sicut exempla declarant particulatim comprehende-  
runt tamen se defendere nequiuerunt. Cap. vii. Quam summam;

De immortalitate anime: & quibus eam argumentis Plato sit co-  
natus astruere. Cap. viii. Vnum est igitur.

Que sit de immortalitate anime fidelis assertio. & quod laborum uir-  
tutumque finis beata eternitas est. Cap. ix. His itaque argu.

Item de immortalitate anime: & quod uirtus semel habita perpetua est  
& amitti non potest: & quod uita duplex est: & item mortes due ho-  
mini preponuntur. Cap. x. Transeamus nunc.

De resurrectione corporum mortuorum & morte & animarum



perpetuitate. Cap. xi. Impletis ergo temporibus.  
Itē de immortalitate aīę cōtra Lucretiū & Epicurū. & de dīa mētis  
& aīę: & corporū resurrectione. Cap. xii. Nunc argumento.

Quibus testimoniis immortalitas animę approbatur & futurum iu-  
diciū dei. & quantum aristoxenus alios uicerit in errore. Ca.  
xiii. Declarauit ut.

De fine mundi & errore caldeorum. de etate mundi: & q̄ post sex  
etates: idest sex mille annorum status mundi mutabitur & reno-  
uabitur. & q̄ mille anni sunt unus dies dei. & q̄ post mille ānos  
regnabunt electi dei in terra post iudiciū. Cap. xiiii. Quoniā  
de immortalitate.

Quod submersio Pharaonis & egyptiorum: & liberatio hebreorū  
de seruitute egypti p̄figurauit liberationem electorum & re-  
probationem damnatorum: quę futura est in fine mundi. Et q̄  
signa multa sicut illam ita & hanc p̄cedent liberationem. Et q̄  
romanum imperium ante delebitur. & q̄ in asiam summa pote-  
stas omnium reuertetur. & quibus etatum gradibus roma cre-  
uerit & deficiat. Cap. xv. Est in arcanis sanctarū litterarum.

Quomodo imperii uentura sit destructio: & quę illi signa p̄ces-  
sura sint secūdū uaticinia p̄phetarū & Sibyllę. Ca. xvi. Quō autē  
De aduentu magni prophete qui Helias dicitur: & quomodo iter-  
ficietur ab Antichristo: & resurget die tertia & ascēdet in cęlum:  
Et de persecutione ecclesię quā inferet Antichristus. & de mira-  
culis eius. Cap. xvii. Sed planius.

Quomodo hęc p̄nunciata sunt: & uaticiniis p̄phetarū: & ora-  
culis gentilium uatū: & uersibus sibyllinis. Cap. xviii. Hęc ita.

Quomodo christus & quibus signis p̄cedentibus descendet de  
cęlo ut interficiat antichristum: & tyrannos: & impios deleat de  
terra: & q̄ uigilię nocturnę christianorum ideo institutę sunt: q̄  
christus de nocte uenturus est. & q̄ dii & cultores eorum dabun-  
tur incendio ut sibylla p̄dixit. Cap. xix. Oppressio igitur orbe

Quomodo aperiantur inferi & resurgent mortui. & qui iudicādi  
sunt: & qui non. & quomodo hęc sibylla p̄dixit. & qua ratione  
anima cum immortalis sit patibilis esse possit secūdum stoicos  
Cap. xx. Post hęc aperientur.

De potentia dei quę pro merito cuiusq; pōt & homines & angelos  
punire. De carnis immortalitate post resurrectionē. de differētia



ignis gehennalis & ignis communis. & quid in electis quid in reprobis operetur. Cap. xxi. Primum igitur.  
Quod hæc a quibusdam dicuntur esse poetica: & unde ad notitiam uenerint poetarum: quibus de cæcis corruerint ueritatem: & lethæum amnē & alia fantastica induxerint. Cap. xxij. Figmenta.  
De resurrectione: & quod pythagoras & alii philosophi sepe locuti sunt: & de anastasi: mentientes animas in uaria transire corpora. Cap. xxij. Non igitur renascentur.  
Quod secundum uaticinia Sybillę post iudicium per mille annos regnabit in terra filius dei cum electis suis in sancta ciuitate quę constituet. & quod diabolus uincietur mille annis: & omnis creatura mansuescet & ad iucunditatem seruiet homini: & christus ab omnibus coletur ut deus & dominus. Cap. xxiii. Nunc reliqua sub.  
Quod non restant ex quarundam scripturarum assertione nisi ducenti anni usque ad rerum inuouationem. & quod finis non aderit nisi roma destructa. Cap. xxv. Hęc sunt quę a.  
Quod elapsis mille annis aurei seculi post iudicium soluetur iterum diabolus: & concitabit gentes ut sanctam expugnent ciuitatem: & obsidebunt eam. & quomodo eam omnino deus destruet & penis eternis tradet: electis hominibus translatis ad gloriam angelorum post resurrectionem secundam. Cap. xxvi. Diximus.  
Exhortatio ut omnis properent ad suscipiendam cum religione sapientiam: per quas ad beatissimam peruenitur eternę uite beatitudinem. Cap. xxvij. Quoniam decursus propositi.

**L**actantii Firmiani de ira dei  
sequuntur Capitula foeliciter.

**P**robemium in quo premitens ordinem dicendorum ad habendam ueritatem docet deum esse cognoscendum. Capitulum .i.  
Animaduerti sepe.  
De gradibus per quos ad ueritatem ascenditur: & qui de ipsis gradibus deiiciantur. Cap. ij. Nam cum sint gradus.  
Quod nullus asseruit deum irasci & gratia non moueri. Ca. iij.  
Primum illud.  
Contra epicurum disputat qui negabat deum irasci: gratificari: & omnia prouidere. Cap. iij. Quod sequitur.



Contra stoicos dicentes in deo fore gratiam sed non iram. Cap.  
.v. Existimantur stoici.  
Quod deus irascitur. Cap. vi. Hęc sunt de deo:  
Quod philosophi errant. & q̄ homines ab aliis animantibus ma-  
xime differunt religione: q̄ hominis est ppria. Cap. vii. Cū sepe  
Contra epicurum religionem subuertentem. & q̄ religio sit habē-  
da. Cap. viii. Dissoluitur autem.  
Varias opiniones de mundi opificio: & gubernatione enumerat.  
Cap. ix. Cum sententię philosophorum.  
Quod mundus dei prouidentia factus sit & gubernetur. Ca. x.  
Qui nolunt diuina prouidentia.  
Vtrum unius dei an plurium deorum prouidentia mūdus rega-  
tur & constet. Cap. xi. Quoniam constitit.  
Quod religio sit: & hominis sit. Cap. xii. Nunc quoniam.  
Quod omnia tam bona q̄ mala hominis gratia facta sunt. Cap:  
.xiii. Si consideret aliquis.  
Cur deus fecerit hominem. Cap. xiiii. Sequitur ut.  
Vnde ad hominem peccata perueniant. Cap. xv. Hic fortasse.  
Quę materia sit in deo miserationis: gratię: uel irę. Cap. xvi.  
Querit quispiam.  
Quod deus admistrat mundum: & regit hominum actus: & p̄ cō-  
sequens irascitur. Cap. xvii. Deus inquit epicurus.  
Quod sine ira peccata non corriguntur. Cap. xviii. Quid opus.  
Quod homo ex corpore uitia: & ex anima uirtutes habeat. & q̄ cū  
uelit deus homines bonos: eorū uitiiis irascitur. Cap. xix. S; quo.  
Quod malorum foelicitas irę dei nō contradicat. & q̄ sit deus pa-  
tientissimus. Cap. xx. Si potest igitur.  
Si deus irascitur: cur hominem irasci phibeat. Cap. xxi. Supest.  
Epilogus & inductio auctoritatum Sibyllę erithręę ad iram dei  
probandum. Cap. xxii. Hęc habui.  
Auctoritatibus aliarum Sibyllarum iram dei probat. Cap. xxiii.  
Verum quia plures.  
Concludit deum amandum: uerendum: honorificandum & me-  
tuendum. Cap. xxiiii. Quapropter nemo.

**L**actantii Firmiani de opificio dei  
uel formatione hoīs Capitula sequuntur.



**D** Robemiale capitulū ad Demetrianum in quo narrat cur h  
opus assumpserit. Cap.i. Quam minime.  
Quę deus hōi: & q̄ cęteris aiantibus dedit. Cap.ij. Dedit ei.  
Contra epicuros disputat: q̄ opera nature damnabant: & precipue  
q̄ hō cęteris animātib⁹ imbecillior oriatur. Cap.iiij. Vnde ego  
Contra epicuros cōquerentes hoies morbis & immature mortī s̄b  
iectos. Cap.iiij. Idem queruntur hominem.  
De differentia creationis animalium brutorum & hominis secun  
dum corpus. Cap.v. In principio cum deus.  
Contra epicurum qui ex athomis fortuito concurrentibus compa  
ctum fabricatumq̄ hominē disputauit. Cap. vi. Non possum  
De dei prouidentia circa uniuersalem hominis fabricam. Cap.  
.vii. Deus igitur solidamenta.  
De forma hominis: & omniū membrorum habitudie: sed specia  
liter de auribus & oculis. Cap.viiij. Nunc rationem.  
Contra eos qui sensus falsos esse contendunt. Cap.ix. Libet h̄.  
Ad oculoꝝ fabricā redit: & oīum mēbroꝝ habitudinē: sed spāliē  
quę usque ad uentrem per cutem apparent.  
Cap.x. Sed nos ad dei.  
De uisceribus & intestinis usque ad membra genitalia. Cap.xi.  
Sequitur necessario.  
De membris conceptionis: & ipsius conceptus physica ratione.  
Cap.xij. De utero quoque & conceptione.  
Contra illos qui per uoluptatem membris genitalibus abutuntur  
& subditorum membrorū forma. Cap.xiiij. Poteram nunc.  
Quod de multis q̄ sunt in corpore ratio sciri nequit. Cap.xiiij.  
Multa esse constat in corpore.  
De obscura uocis ratione. Cap.xv. De uoce autem.  
Vbi sit mentis sedes: & qua ratione corpori coniungatur. Cap.  
xvi. Mentis quoque rationem.  
Quod anima sit ęterna: & quid sit secūdum philosophoꝝ uarias  
opinionēs. Cap.xvij. Superest de anima.  
Vtꝝ animus & anima sint idem. Cap.xviiij. Sequitur alia.  
De origine anime: & an sit. Cap.xix. Illud quoque in.  
Cur deus dedit spiritum temptatorē. Cap.xx. Ante omnia.  
Operis conclusio: & ueritatem superari non posse. Cap.xxi.  
Hęc ad te Demetriane.



Lactantiū Firmiani errata p̄mi libri q̄bus ipse.  
deceptus est per fratrem Antonium Raudēsem.  
theologum collecta & exarata sunt.

**P**rimus error: quando dicit: & quideꝫ uniuersaliter fieri nō  
posse q̄n omne quod sit: aliquando esse coeperit. Cap. vii.  
Secundus error: quando ex p̄cedenti errore credidit deum seip-  
sum genuisse & fecisse. Ibidem.

In. iij. libro errata.

**P**rimus error: quando dicit angelos non statim a mundi p̄n-  
cipio ad hominū tutelā esse decretos. Cap. xv.

Secundus error: dum dicit deum angelis p̄cepisse: ne terre conta-  
gione macularentur. Ibidem.

Terti⁹ error dū dicit diabolū angelos paulatī ad uitia pellexisse.  
Ibidem.

Quartus error: quando dicit angelos dei mulierum congressibus  
inquinatos: & filios genuisse. Ibidem.

Quintus error: q̄n dicit oēs animas cęlo creatas esse. Cap. ix.

Sextus: q̄n dicit cęlum stelliferum eē supremū: & esse sedem ipsi-  
us conditoris: & ibi superos omnes habitare. Cap. x.

Septimus error: quando dicit deum posuisse solem & lunā in fir-  
mamento. Ibidem.

Octau⁹: q̄n dicit aīam ex dei s̄bstātia eē decisā. Ca. xi. & ca. xiiij

Nonus: quando dicit deum infinitas aīas seu infinitam multitu-  
dinem animarum a p̄cipio procreasse. Cap. xi.

Pulchra contentio inter Ciceronem & Lactantium de materia pri-  
ma Ille ęternam esse dicit: hic creatā nititur cōprobare. Ca. ix.

Sequitur incidens materia de iduratōne cordis hamani: de causa  
quoq; p̄destinationis reprobationisq;. Cap. ix.

Decimus: quando dicit deum post diluuium instituisse: ut hoīes  
post centum uiginti annos non amplius uiuerent. Cap. xiiij.

Arguit Aristotelē q̄ mūdi ęternitatē posuit: ipse aut a deo p̄ductā  
eē testat: qđ cū uerissime dicat: tñ ista exilit ita uñ adūsus eum  
philosophū arguit: ut somniare poti⁹ q̄ litigare ne dicā disputa-  
uideatur. Cap. xi.

Scribit de diluuiio tempore Deucalionis: & quid antea dixerit de  
diluuiio: obliuiosus esse dignoscitur. Cap. xi.



stabile, si tantum audisset non etiam credidisset  
quid tandem esset in platone corrigendum?

Errata tertii libri.

**P**rimus error in philosophia: quando dicit si antipodes essent capita deorum haberent: pedes uero sursum. Et ubi uere sint antipodes ibi docetur. Cap. xxiiii.

fol. 3. siste h  
sensit in trig  
quam ante  
hinc sunt  
de antipodib  
veram.

Secundus quando Platoni dat uitio eum audisse dicere matrimonia esse coia: sed tam illustre pbum nequaquam intellexit. Cap. xxi.

hic utinus defensionem vocat  
se opinor inopiam plato  
nis rationem, quasi latantius  
eum approbaret, ac non validi  
sime confutaret.

Sequitur defensio Platonis aduersus Aristotelem quod Platone, ipseque & Socratem reprehendit: quod uoluerit uxores esse communes. C. xxi.

Item Platonis alia defensio contra Aristotelem: quod illum & Socratem damnat quod uoluerit facultates esse communes. Cap. xxi.

Tertius: quando dixit omnem philosophiam abiiciendam: & eam prolixius infectatur de laudibus Socratis & Platonis. Cap. xiiii.

quod sibi uult de laudib  
socratis. foli. de 5 an d  
ut philosophiam uel  
dando socrate.

Quarti libri errata.

**P**rimus: quando spiritus sancti omnino negat substantiam & ibi incipit tractatus de trinitate personarum. Cap. vi.

Secundus error: quando dicit ex deo deum, scilicet filium ex prolatione potuisse generari. Cap. viii. & etiam. xiiii. & Cap. vi.

Tertius error: quando ait quod pater filium & filius patrem facit. Cap. xxx.

Quartus est: quando ait quod integrum corpus christi ex patibulo tractum est ne lesum & diminutum ad resurgendum inhabile redderet. C. xxv.

Quintus error est: quando dicit christum in galileam profectum non uuisse se iudeis ostendere: ne adduceret eos in poenitentiam & improbos refanaret. Cap. xx.

Sextus error est: quando dicit Pilatum in christum mortis sententiam nequaquam pertulisse. Cap. xviii.

Septimus error: quando dicit christum in principio adolescentie a Iohanne esse baptizatum. Cap. xv.

Octauus error est: quando dicit nihil credendum quod oculis mortalibus cernitur: quia mortale sit necesse est. Cap. xxiiii.

Nonus error est: quando dicit deum uirtutem docere non posse quod expertus corporis non faciet quod docebit. Cap. xxiiii.

Decimus: quando dicit christum soluisse legem Moysi. Cap. xvii.

Libri sexti errata.

**P**rimus error est: quando dicit eos esse stultissimos: qui candelas & cereos in ecclesia succedunt. Cap. ii:

non dicit in ecclesia  
sed in idolorum de  
bris.

Secundus error est: quando dicit non esse congruens deum in nostrum adiutorium inuocari debere. Cap. ultimo.



Reprehendit Lactantius Ciceronem: quod dixerit eum uirum bonum esse quod possit quibus possit: noceat nemini nisi laceffit iniuria: sed ibi Cicero defendit: Lactantius uero iure reprehendit. Ca. xviiij.

Quartus: quando dicit si quis liberos ob pauperiem non poterit educare: sanctius est ut se ab uxoris congressione contineat: quam sceleratis manibus dei opera corrumpat. Cap. xx.

Disputatio pulchra ubi Lactantius reprehendit Ciceronem non recte sensisse de liberalitate & hospitalitate & multis aliis: uerum calumniator est: non ueritatis assertor. Cap. xii.

#### Errata septimi libri.

**P**rimus error est: quando dicit completis sexmillibus annorum mundum desitutum esse. Cap. xiiij.

Secundus: dum dicit quod omnis expectatio de fine mundi non amplius a se quam ducentorum uidetur annorum. Eodem loco: & Cap. xxij.

Tertius error: & deridendus est dum dicit: quod incolumi urbe roma de interitu mundi nihil esse metuendum. Cap. xxv.

Quartus: de diuinatione & astrologia multa incidenter & pulchra dicuntur per Lactantium: nescit quo oraculo diuinare presumpserit. Cap. xv.

Quintus quando de fine septimi millesimi: & fine ducentorum annorum sibi met aduersatur & contradicit. Cap. xxv.

Sextus quando mille annos illos famosissimos quibus diabolus carcerandus est: quid sibi uelint non intelligit sed delirat. Ca. xxiiij.

Septimus error est: quando dicit homines post iudicium ad paradisi deliciarum redituros. Cap. xxvi.

Octauus error est: fortasse somniaret: quando dicit romanorum imperium in Asiam reuersurum iterum. Cap. xv.

Nonus: quando dicit quod qui in die iudicii erunt uiui: nequaquam morientur sed per mille annos infinitam multitudinem generabunt. Cap. xxiiij.

Decimus est: quando dicit quod gentes in iudicio non extinguentur omnino. Cap. xxiiij.

Undecimus est: quando dicit quod peracto iudicio: ciuitas sancta pulcherrima a deo in medio terre constituetur. Cap. xxiiij.

Duodecimus error est: quoniam implicat in suis elogiis duos in fine mundi Antichristos esse uenturos: nec imprudens errorem suum precepit. Cap. ultio.

Xij. quando celum medium in tempesta nocte & non ex tenebrosa aperiri debere quando dominus ad iudicium uenerit. Cap. xix.

Xiiii. quando putat dominum christum comitantibus angelis adsum



- anticristū ī aerē descēsur: & q̄rto plio illū supari debere. C. xix.  
 Decimusq̄ntus est: quādo credit ante diem iudicii christū uēturū  
 de celo cum antichristo conflicturum: & ita aduentus duos im-  
 prudēs ponit admodum propinquos. Cap. xxiiij.  
 Xvi. q̄ cōtra Platonē differere & disputare de mundo contemnit.  
 sed friuolis & exilibus nimium argumentis. Cap. i.  
 Xvij. quādo dicit in resurrectione uniuersali nō erit caro illa quā  
 deus homini superiecit huic terrenę similis. Cap. xxiiij.  
 Xviii. quādo dicit deum in fine mundi facturū. ne sol per triduū  
 occidat. & de Lactantii eloquētia uideatur: quid Seneca multis  
 annis ante pręsenferat. Cap. penulti.  
 Xix. error est: quādo non a deo iudicandos dicit: sed tantum eos  
 qui in dei religione uersati sunt. Cap. xxv.  
 XX. error: quando dicit q̄ illi quos plena iusticia & maturitas uir-  
 tutis incoxit ignem iudicii non sentient. Cap. xxi.  
 XXI. error est quando dicit animas usq̄ ad diem iudicii in una cō-  
 muniq̄ custodia detineri reclusas. Eodem loco.  
 Vicesimussecundus est: quādo dicit q̄ qui ab inferis suscitabun-  
 tur hi pręerunt uiuentibus ueluti iudices. Cap. xxiiij.  
 Vicesimustertius est: quando credit etatem auream propositam  
 a poetis esse ueram: quidem p̄ diē iudicii eē futurā. Cap. ij.  
 Vltimus error est: quando dicit duo iudicia uniuersalia: duasq̄  
 resurrectiones uniuersales esse futuras: tempus aut̄ intermediū  
 esse mille annorū plenu; oī iusticia & pace omnibusq̄ deliciis:  
 quo tempore finito scilicet in fine septimi millesimi soluet̄ dia-  
 bolus & persequetur fideles ut prius. Capitulo ultimo.

His carminibus: frater Adā genuensis increpat fratrem Antoniū

Hic male corripuit stolidis Antonius ausis  
 Auctorem: in uariis causa pianda locis.  
 Non erat in tenebris errantis imaginis astrum  
 Dicere: uel nitidum luce carere iubar.  
 Deniq̄ cum sanctę ecclesię pia lumina: constet  
 Obsequio: ex tanto conticuisse uiro.  
 Tu uero eloquio lingua interdicta latino:  
 I cubitum: nam te pensitat eleborum.



L. Coelii Lactantii firmiani diuinarum institutionum aduersus gentes  
liber primus de falsa religione ad Constantinum Imperatorem.

Quanti sit: & fuerit semper cognitio ueritatis: & quod nec sine religi-  
one sapientia: nec sine sapientia sit probanda religio. Ca. i.



Agno & excellenti ingenio uiri cum sese doctrine  
penitus dedidissent: quicquid laboris poterat im-  
pendi: contemptis omnibus publicis & priuatis acti-  
onibus: ad inquirendam ueritatis studium contulerunt:  
existimantes multo esse preclarior humanarum di-  
uinarumque rerum inuestigare ac scire rationem: quam struendis opibus aut  
cumulandis honoribus inherere. Quibus rebus quam fragiles ter-  
renaeque sunt: & ad solius corporis pertinent cultum: nemo melior:  
nemo iustior fieri potest. Erant quidem illi ueritatis cognitione dignif-  
simi: quam scire tanto opere cupiuerunt: atque ita ut earum rebus omnibus  
anteponerent. Nam & abiectis quosdam res familiares suas & re-  
nunciassent uniuersis uoluptatibus constat: ut sola nudaque uirtute:  
nudi expeditique sequerentur: tamen apud eos uirtutis nomen & aucto-  
ritas ualuit: ut in ea omne summi boni premium predicarent. Sed  
neque adepti sunt id quod uolebant: & operam simul atque industriae per-  
diderunt: quae ueritas id est arcanum summi dei: qui fecit omnia inge-  
nio ac propriis non potest sensibus comprehendi: alioquin nihil inter deum  
hominemque distaret: si consilia & dispositiones illius maiestatis  
eternae cogitatio assequeretur humana. Quod quod fieri non potu-  
it: ut homini per seipsum ratio diuina notesceret: non est passus  
hominem deus lumen sapientiae requirentem diutius oberrare:  
ac sine ullo laboris effectu uagari per tenebras inextricabiles: ape-  
ruit oculos eius aliquando: & notionem ueritatis munus suum fe-  
cit: ut & humanam sapientiam nullam esse monstraret: & erranti ac  
uago uiam consequendae immortalitatis ostenderet. Verum quo-  
niam pauci utuntur hoc caelesti beneficio ac munere: quod obuolu-  
ta in obscuro ueritas latet: earumque uel contemptui doctis est: quae ido-  
neis assertoribus eget: uel odio indoctis ob insitam sibi austerita-  
tem: quam natura hominum procliuis in uicia pati non potest.  
Nam quae uirtutibus amaritudo permixta est: uicia uero uoluptate  
condita sunt: illa offensi: hac delinuti feruntur in praecipitium: ac bo-  
norum specie falsi mala pro bonis amplectuntur. Succurrendum esse



his erroribus credidi: ut & docti ad uerā sapientiam dirigantur:  
& indocti ad uerā religionē. Quę p̄fessio multo melior: utilior  
gloriosior putāda est: q̄ illa oratoria in q̄ diuersati: nō ad uirtu-  
tē: sed plane ad argutā malitiā iuuenes erudiebamus. Multo q̄  
pe nūc recti⁹ de p̄ceptis cęlestib⁹ differam⁹: q̄b⁹ ad cultū uerę  
maiestatis mētes hominū iſtruere possum⁹. Nec tam de reb⁹ hu-  
manis bene mereſ: q̄ sciētiā bene dicēdi affert: q̄ q̄ pie atq̄ inno-  
center docet uiuere: iccirco maiore in gloria philoſophi: q̄ ora-  
tores fuerūt apud gręcos. Illi enī recte uiuēdi doctores sunt ex-  
iſtimati: qd̄ est longe p̄ſtabilius: qm̄ bene dicere ad paucos p̄ti-  
net: bene aut̄ uiuere ad omnes. Multū tñ nobis exercitatio illa fi-  
ctarū litiū cōtulit: ut nūc maiori copia & facultate dicēdi, causa;  
ueritatis perorem⁹: quę licet possit sine eloquētia defendi: ut est  
a multis sepe defenſa: tñ claritate ac nitore sermonis, illustrāda  
& quodāmodo differēda est: ut potētius in animos influat: &  
ui sua, instructa: & luce oratōis, ornata. De religione itaq̄ nobis:  
rebusq̄ diuinis instituit̄ disputatio. Nā si quidā maximi orato-  
res, p̄fessionis suę quasi ueterani, decursis operib⁹ actionū sua-  
rū: postremo se philoſophię tradiderūt: eāq̄ sibi regem laboꝝ  
iustissimā putauerūt: si animos suos in eaȳ rerū quę inueniri n̄  
poterāt inq̄ſitione torquerēt: ut nō tam ociū sibi q̄ negociū quę  
ſiſſeuideant̄. Et q̄dem multo molestius q̄ in quo fuerāt añ uer-  
ſati: quāto iustius ego me ad illā piā: uerā: diuinā sapiētiā q̄ſi  
ad portū aliquē tutissimum conferā: in qua omnia dictu prona  
sunt: auditu suauia: facilia intellectu: honesta susceptu. Et si qui-  
dā prudētes, & arbitri eq̄tatis, institutiones ciuilis iuris cōpoſi-  
tas ediderūt: quib⁹ ciuiū dissidentiū lites, cōtentionesq̄ sopirēt,  
quāto melius nos & recti⁹ diuinas institutiones litteris p̄ſeque-  
mur: in q̄b⁹ nō de ſtillicidijs: aut aquis arcēdis: aut de manu cōse-  
rēda: s; de spe: de uita: de salute: de immortalitate: de deo loq̄mur  
ut sup̄stitōes mortiferas: erroresq̄ turpissimos sopaim⁹. Qd̄  
opus nūc nominis tui auspicio inchoamus Cōstātine imp̄ator  
maxime: qui primus romanoꝝ p̄cipū repudiatis errorib⁹ ma-  
iestatē dei singularis ac ueri & cognouisti & honorasti. Nā; cū  
ille dies foelicissimus orbi terraȳ illuxisset: quo te deus summ⁹  
ad beatum imperij culmen euexit: salutare; uniuerſis & optabi-  
lem principatum, p̄claro initio auspiciatus es. Cum euerſam

at. diu. uer. ran.

sopiamus



sublatamq; iusticiã reducēs: teterrimũ alioꝝ facinus expiasti: p  
quo factõ dabit tibi de<sup>o</sup> foelicitatē: uirtutē: diuturnitatē: ut eadē  
iusticia, qua iuuenis exorsus es gubernaculũ reipublicę etiã senēs  
teneas, tuisq; liberis ut ipse a patre accepisti tutelã romani nomi  
nis tradas. Nã malis q; ad huc aduersus iustos & alijs terraz pti  
bus sc̄uiũt: quãto serius, tãto uehemētius, idē omnipotēs merce  
dē sceleris exoluet: q; ut est erga pios idulgētissim<sup>9</sup> p̄r: sic aduer  
sus impios rectissimus iudex: cuius religionē cultũq; diuinũ cu  
piens defendere, Quē potius appellē? Quē alloquar? Nisi eũ p  
quē reb<sup>9</sup> humanis iusticia ac sapiētia restituta est. Omissis ergo  
huius terre philosophię auctõrib<sup>9</sup> nihil certi asserentib<sup>9</sup>: ag  
grediamur uia rectã: quos quidē si putarē satis idoneos ad bene  
uiuendũ duces esse: & ipse sequerer: & alios ut sequerent̄ horta  
rer: sed cũ inter se magna cõcertatione dēsideant: sc̄ũq; ipsi ple  
rũq; discordēt: apparet eoꝝ iter nequaq; esse directũ: siquidē si  
bi quisq; ut est libitũ proprias uias impresserũt: cõfusionemq;  
magnã, querentibus ueritatē reliquerũt. Nobis autem qui sacra  
mentũ uerę religionis accepimus: cũ sit ueritas reuelata diuinit<sup>9</sup>  
cũ doctõrē sapiētię: ducēq; ueritatis deum seq̄mur: uniuersos  
sine ullo discrimine uel sexus uel etatis ad celeste pabulũ conuo  
camus. Nullus enim suauior animo cibus est: q̄ cognitio uerita  
tis: cuius asserendę atq; illustrandę septem uolumina destinau  
imus: quibus ea res infiniti pene sit operis & immensi: ut si q; hęc  
dilatate atq; exequi plenissimē uelit: tanta illi rerũ copia exupe  
ret: ut nec libri modũ nec finem reperiatur oratio. Sed nos iccirco  
breuiter omnia colligemus: q; omnia quę allaturi sum<sup>9</sup> tam cla  
ra sunt & lucida: ut magis mirum esse uideatur: tam obscuram  
uideri hominibus ueritatem: & his præcipue: qui sapientes uul  
go putantur: uel q; tantũmodo instruendi nobis homines erũt:  
hoc est ab errore quo sint impliciti, ad rectiorem uia reuocãdi.  
Quod si fuerimus (ut spero) assecuti, mittemus eos ad ipsũ do  
ctrinę uberrimum fontem ac plenissimũ: cuius haustu atq; po  
tu, conceptam uisceribus sitim sedent: ardoremq; restinguant.  
Erũtq; illis omnia facilia: prona: manifesta: modo ne pigeat ad  
percipiendam sapiētię disciplinã, legendi uel audiendi patien  
tiam cõmodare. Multi enim uarijs superstitionibus pertinacit̄  
inherentes obturant se contra manifestam ueritatem: non tã de



fuis religionibus quas praue afferunt bene meriti, q̄ de se male: q̄  
cū habeāt iter rectū: deuios sequuntur anfractus: planū deserunt  
ut p̄ precipitiū labāt: lucē relinquūt: ut in tenebris cēci ac debiles  
iaceant. His consulendum est ne contra se pugnēt: uelintq; se tan  
dem ab inueteratis erroribus liberari: quod utiq; faciēt: si quare  
sint nati aliquando p̄ uiderint: hęc eni; prauitatis est causa: igno  
ratio sui: quam si quis cognita ueritate discussit: sciet quo refe  
renda: & quemadmodū sibi degenda sit. Cuius scientiē breuif  
summam circūscribo: ut neq; religio ulla sine sapientia suscipiē  
da sit: nec ulla sine religione probanda sapientia.

Capitulum. ij. De errore philosophorum euacuantium  
prouidentiam: & publica statuentium fide.

**S**cepto igit̄ illustrādē ueritatis officio: nō putauī adeo  
necessariū ab illa quēstione principium sumere: quē uide  
tur prima esse natura. Sit ne prouidentia: quē rebus omnibus cō  
sulat: an fortuitu uel facta sint omnia uel gerantur? Cuius senten  
tiē auctor est Democritus: confirmator Epicurus. sed & antea  
Pythagoras: qui deos in dubium uocauit: & postea Dyagoras  
qui exclusit: & alij nonnulli qui non putauerunt deos esse: quid  
aliud effecerunt: nisi ut nulla esse prouidētia putaretur: quos ta  
men ceteri philosophi: ac maxime stoici: acerrime retuderūt do  
centes: nec fieri mundū sine diuina ratione potuisse: nec cōstare  
nisi summa ratione regeretur. Sed & M. Tul. quī academicę  
disciplinę defensor esset, de prouidentia gubernatrice rerum: &  
multa sepe disseruit: stoicorū argumenta cōfirmās: & noua ip̄e  
afferens plurima: quod facit: tum in omnibus suę philosophiē  
libris: tum maxime in his qui sunt de natura deoꝝ. Nec difficile  
sane fuit paucorū hominum praue sententiū redarguere menda  
cia: testimonio populorū atq; gētiū in hac una re nō dissidētiū.  
Nemo est enim tam rudis: tam feris moribus: qui nō oculos su  
os in celū tollēs: tam & si nesciat cuius dei prouidentia regatur,  
hoc om̄e quod cernitur: aliquam tamen esse intelligat ex ipsa re  
rum magnitudine: motu: dispositione: constantia: utilitate: pul  
chritudine: comparatione. Nec posse fieri quin id quod mirabi  
li ratōe constat: nisi cōsilio maior aliquo sit instructū. Et nobis



utiq; facillimū est, exequi hāc ptē quālibet copioſe. S; q; multuz inter phos agitata res est: & prouidētiā tollētib;: ſatis reſpōſuz uideſ ab homib; argutis & eloquētib;: & de ſolertia diuinę p uidētię p totū hoc opus: qd; ſuſcepim; ſparſim dicere nos neceſ ſe eſt. Omittam; hāc in pręſenti queſtionē: que; cū cęteris ſic co her;: ut nihil a nobis diſſeri uideat;: ut n̄ ſil; de prouidētia diſſeraſ.

**C**api. iij. An potestate uni; dei mūd; regat;: an multorum.

**S**it igitur noſtri operis exordium queſtio illa cōſequēs ac ſecūda. Vtrum potestate unius dei mundus regat;: an ne multorum. Nemo eſt: q; deū ſapiat rātionem: qui ſecum putet: q; nō unū eſſe intelligat: q; & condidit omnia: & eade; que; cō didit uirtute moderet;. Quid enim multis opus eſt, ad mūdi re gimen ſuſtinendum: niſi forte arbitremur ſi plures ſint: minus habere ſingulos neruorum atq; uirium? Quod quidē faciunt hi q; eſſe multos uolunt: q; neceſſe eſt imbecilles eſſe: ſi qdē ſinguli ſint auxilio reliquo;: tantę molis gubernaculum ſuſtinere non poſſent. Deus autē q; ē ęterna mens: ex omni utiq; parte perfectę cōſumatęq; uirtutis eſt. Quod ſi uerū eſt: un; ſit neceſſe eſt. Po teſtas enī uel uirtus abſoluta retinet ſuā propriā firmitatē. Id au tem ſolidū exiſtimandū eſt: cui nihil decedere: id perfectuz: cui nihil poſſit accedere. Quis dubitet potentiffimum eſſe regem: q; totius orbis habeat imperiū? Neq; immerito cū illi; ſint: que; ubiq; ſint omnia: cum ad eum ſolum omnes undiq; copie cōge rantur. At ſi plures partiātur orbem: minus certē opum: minus uirium ſinguli habebunt: cum intra pręſcriptam portionem ſe quiſq; contineat. Eodē modo etiam ſi di; plures ſunt minus ualebunt: alijs tantundem in ſe habentibus. Virtutis autē pfecta natura in eo pōt eſſe: in quo totū eſt, q̄ in eo in quo pars exigua de toto eſt. Deus uero ſi pfectus eſt: q; perfectus eſt: ut eſſe debet, non poſteſt eſſe niſi unus: ut in eo ſint omnia. Deorū igitur uir tutes ac potestates infirmiores ſint neceſſe eſt: q; tantuz ſingulis deerit: quantum in cęteris fuerit: ita quanto plures tāto minores erunt. Quid quod illa ſumma rez; potestas ac diuina uis: ne ſel quidem diuidi poſteſt. Quicquid enim capit diuiſionem, & in teritum capiat neceſſe eſt. Si autem interitus procul eſt a deo: q;



incorruptibilis est: & eternus: consequens est. ut diuidi potestas  
eterna non possit: deus ergo unus est, si nihil aliud esse potest: quod  
tantum deus capiat potestatis. At hi tamen qui multos esse arbitrantur: of-  
ficia dicunt inter se partitos: de quibus omnibus suo loco disputa-  
bimus. Illud interim quod ad presentem locum pertinet teneo. Si parti-  
ti sunt officia inter se: eodem reuoluit res: ut ex his quilibet sufficere  
omnibus nequeat. Perfectus igitur non erit: qui cessantibus ceteris  
non potest omnia gubernare. Ita fit ut ad regendum mundum unum per-  
fecta uirtute magis oportet sit: quam imbecillitate multo. Qui autem pu-  
tat hanc tantam magnitudinem non posse ab uno regi: fallit enim: nec  
quanta sit potestas diuinae maiestatis intelligit: si existimat singu-  
larem deum qui facere mundum potuit: eundem regere non posse,  
quem fecit. At si concipiat animo: quanta sit diuini huius operis  
immensitas: cum antea nihil esset: tamen uirtute atque consilio dei ex ni-  
hilo esse constat, Quod opus nisi ab uno inchoari proficique non  
potuit: iam intelliget multo facilius ab uno regi: quod est ab uno con-  
stitutum. Dicat fortasse aliquis: ne fabricari quidem tam immen-  
sum opus mundi nisi a pluribus potuisse. Quanlibet multos:  
quolibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis: potestatis  
uirtutis: maiestatisque posuerit: id totum in unum confero: & in  
uno esse dico: ut tantum in eo sit istarum rerum: quantum nec ex-  
cogitari: nec dici potest. Qua in re quoniam aut sensu defecimus  
& a uerbis: quia neque tantae intelligentiae lucem peccus humanus:  
neque explanationem tantarum capit lingua mortalis: id ipsum nos  
intelligere oportet ac dicere. Video rursus quid e contrario dici  
posset tales esse illos plures: qualem nos uolumus unum. At hoc  
fieri nullo pacto potest: quoniam singulorum potestas progre-  
di longius non ualebit: occurrentibus sibi potestatibus ceterorum.  
Necesse est enim ut suos quisque limites: aut transgredi nequeat:  
aut si transgressus fuerit: suis alterum finibus pellat. Non uident  
qui deos multos esse credunt fieri posse: ut aliquid diuersum ue-  
lit: ex qua re disceptatio inter eos & certamen oriatur: sicut Ho-  
merus bellantes inter se deos finxit: cum alii troiam capi uellent:  
alii repugnarent. Unius igitur arbitrio mundum regi necesse est:  
nisi & singularum partium potestas, ad unam prouidentiam re-  
feratur: non poterit summa ipsa consistere: uno quoque currente nihil  
amplius: quam quod ad eum proprie pertineat. Sicut nec res quidem



nec res quidē militaris nisi unū habeat ducē atq; rectorē. Quod si in uno exercitu tot fuerit impatores: quot legiones: quot cohortes: quot cunei: quot alē p̄mū nec instrui poterit acies uno quoq; periculū recusate: nec regi facile ac tēperari: q̄ suis p̄prijs cōsilijs utant̄ oēs: quoꝝ diuersitates plus noceant q̄ profint. Sed in hoc reꝝ naturę imperio nisi un⁹ fuerit ad quē totius summe cura referat̄: uniuersa soluent̄ & corruēt. Dicere aut̄ multoꝝ arbitrio regi mūdū tale est: quale si quis affirmat in uno corpore multas mentes: quoniā multa & uaria sunt ministeria mēbrorū: ut singulos corporis sensus singule mentes regere credantur. Itē multi affectus quibus commoueri solemus: uel ad iram: uel ad cupiditatem: uel ad lētitiā: uel ad metum: uel ad miserationem: ut in his omnibus totidem mentes putentur operari.

**Capitulum. iiii.** Quod sub uno humili deo particulares plures esse non possunt.

**Q**uod si quis profecto dicat: ne ipsam quidem quę una est habere uideatur: quod si in uno corpore tantarū rerū gubernationem mens unam possideat: & uniuersis semel intenta est: cur aliquis existimet mundum non posse ab uno regi: a pluribus posse! Quod q̄ intelligunt isti assertores deorum: ita eos p̄esse singulis rebus ac partibus dicunt: ut tñ unus sit rector eximius. It̄ ergo ceteri dī nō erūt: s; satellites ac ministri: quos ille unus maximus & potens omnium, officijs his p̄fecerit: & ipsi eius imperio ac nutibus seruiant: si uniuersi pares non sunt non igit̄ dī oēs sunt. Nec enim potest hoc idem esse quod seruit & quod dominatur. Nam si deus est nomē summe potestatis incorruptibilis esse debet: p̄fectus: impassibilis: nullę rei subiectus: ergo dī nō sunt: quos parere uni maximo deo necessitas cogit. Sed quia non frustra falluntur: qui hoc ita putant causam huius erroris paulopost aperiemus. Nūc unitatem diuinę potestatis testimonijs cōprobem⁹. Prophetę qui fuerūt admodum multi unū deū p̄dicāt: unū loquūtur: quippe qui uni⁹ dei spiritu pleni: quę futura essent pari & consona uoce p̄dixerunt. At enī ueritatis expertes nō putāt his esse credēdū: illas enī non diuinas sed humanas uoces fuisse aiunt: uidelicet q̄ de uno deo



preconiū faciunt: aut infani aut mēdaces fuerūt. Atqui impleta esse implerisq; quotidie illoꝝ uaticinia uidemꝰ: & in unā lentē tiā cōgruēs diuinationo docet nō fuisse furiosos. Quis enī mentis emotę: nō modo futura precinere: s; etiā coherētia loqui possit? Num ergo fallaces erant: q; talia loquebantur? Quid ab his tam lōge alienū fuit: q̄ ratio fallendi, cū ceteros ab omni fraude cohiberēt? Iccirco enī a deo mittebant: ut & precones essent maiestatis eius: & correctores prauitatis humane. Preterea uolūtas fingēdi ac mentiēdi eoꝝ est, q; opes appetūt: lucra desiderāt: que res pculdubio ab illis sanctis uiris abfuit. Ita enī delegato sibi officio facti sunt: ut derelictis omnibꝰ ad tutelā uitę necessarijs: nō modo in futuꝝ: sed in die quidē laborarēt cōtenti tēporali cibo, quē deus subministrasset: & hi nō modo questū ullū habuerūt sed etiā cruciatū atq; mortē. Amara sunt enim uiciosus ac male uiuentibus precepta iusticię. Itaq; hi quoꝝ peccata & arguebant & prohibebant, excruciatos eos acerbissime necauerūt. Ergo a q; bus abfuit studiū lucri: abfuit etiam uoluntas & causa fallendi. Quid q; aliqui eorū principes: aut etia; reges fuerūt: in quos cadere non posset suspicio cupiditatis ac fraudis: & tamē preconū dei singularis eadem q̄ ceteri diuinationem fecerunt.

#### Capitulum. v. De testimonijs poetarum.

**S**ed omittamꝰ sane testimonia prophetarum: ne minus idonea probatio uideatur esse de quibꝰ his omnino nō creditur. Veniamus ad auctores: & eos ipsos ad ueri pbationē testes citemus: quibus cōtra nos uti solēt, poetas dico an philosophos. Ex his unum deum probemus necesse est: nō quod illi habuerūt cognitam ueritatem: sed q; ueritatis ipsius tanta uis est: ut nemo possit esse tam cęcus: qui non uideat ingerentē se oculis diuinę claritatem. Poetę igitur quos deos carminibus ornauerint: & eorum res gestas amplificauerint summis laudibꝰ: sepissime tamē confitentur spiritu uel mente una contineri regiꝰ oīa. Orpheus qui & uetustissimus poetarum & equalis ipsorum deorum siquidem tradunt inter argonautas cum Tindaridis & Hercule nauigasse, deum uerum, προτογονον, & magnum primogenitum appellat: quod dāte ipsum nihil sit genitus: sed ab ipso sint cūcta



generata. Eundē etiā. φαῖνται nomināt. i. apparētē: q̄ cū adhuc  
 nihil esset, prim⁹ ex infinito apparuerit & extiterit: cui⁹ origine;  
 atq; naturā q̄ cōcipere animo nō poterat: ex aere immēso natus  
 esse dixit. πρωτόγονος φαέθων περιμηκίτος ἠεροσύιος.  
 Aliud enī amplius qd̄ diceret nō habebat. Hūc ait esse omnium  
 parentē: quoꝝ cā cēlū cōdiderit: liberisq; prospexerit: ut haberēt  
 habitaculū sedēq; cōem. ἔκτισεν ἀθανάτοις Δόμον ἀφειτον  
 idest condidit immortalib⁹ domū incorruptibilē. Natura igit̄  
 & ratione ducēte intellexit esse prestātissimā potentiā cēli ac ter  
 re cōditricē. Nō poterat enī Iouē dicere esse principē rez: q̄ erat  
 Saturno genitus: neq; Saturnū ipsum: q̄ cēlo natus ferebat. Cēlū  
 aut tanq̄ deū primū cōstituere nō audebat: quod uidebat eē ele  
 mentū mundi: quod ipsū eguerit auctore. Hęc enī ratio p̄duxit  
 ad illū deū primogenitū: cui assignat & tribuit principatū. Ho  
 mer⁹ nihil nobis dare potuit: quod ptineat ad ueritatē: q̄ huma  
 na potius q̄ diuina cōscripsit. Potuit Hesiodus: q̄ deorū genera  
 tionē vnius libri opere cōplexus est: sed tñ nihil dedit: nō a deo  
 cōditore sumēs exordiū: s; a chaos quod est rudis inordinatēq;  
 materię cōfusa cōgeries: cū explanare ante debuerit chaos ipsū;  
 unde: quando: quomō esse: aut constare coepisset. Nimirū sicut  
 ab aliquo artifice disposita: ordinata: effecta sunt omnia: sic ip  
 sam materiā factam esse ab aliquo necesse est. Quis igit̄ hanc ni  
 si dominus fecerit: cuius potestati subiacent omnia! Sed réfugit  
 hoc ille, dum horret incognitam ueritatem. Non enī musarū in  
 stinctu sicut uideri uolebat in helicone carmen illud effudit: sed  
 meditatus uenerat etiā paratus. Nostrorū primus Maro nō lon  
 ge fuit a ueritate: cuius de summo deo: quem spiritum ac mentē  
 nominauit: hęc uerba sunt. Principio cēlum ac terras camposq;  
 liquētes: Lucentēq; globum lunę: titaniaq; astra: Spiritus intus a  
 lit: totamq; infusa per artus, Mens agitat molē: & magno se cor  
 pore miscet. At ne quis forte ignoret: quisnā esset ille spiritus: q̄  
 tantum haberet potestatis declarauit alio loco dicens. Deū nāq;  
 ire per oēs terrasq; tractusq; maris: cēlūq; profundum. Hinc pe  
 cudes: armenta: uiros: genus omne ferarū: Quēq; sibi tenuis na  
 scentem arcessere uitas. Ouidius quoq; in principio preclari ope  
 ris sine ulla nominis dissimulatione: a deo quē fabricatorē mun  
 di: quem rerum opificem mūdū fateē instructum. Quod si uel

atq; ignouisse.



Orpheus uel hi nostri quę natura ducente senserūt in perpetuum defendissent: eadem quā nos sequimur doctrinā cōprehēsa ueritate tenuissent. Sed hactenus de poetis, ad philosophos ueniam⁹: quorum grauior est auctoritas: certiusq; iudiciū: quā nō rebus cōmēticis: sed inuestigandę ueritati studuisse credunt. Thales Milesius: qui vn⁹ e septem sapiētium fuit: qui prim⁹ omnium quęsisse de causis naturalibus tradit: aqua; esse dixit: a qua nata sint omnia: deum autem esse mētem: qui ex aqua cuncta formauerit. Ita materiam omnium rerum posuit in humore: principiū & causam nascēdi posuit in deo. Pythagoras ita diffiniuit qd esset deus: animus qui per uniuersas mundi partes omnemq; naturā cōmeans atq; diffusus: ex quo omnia quę nascunt animalia uitaz capiunt. Anaxogoras deum esse dixit infinitam mentem: quę per se ipsam moueatur. Antisthenes multos qdē esse populares deos: unū tamen naturalē summę totius artificem. Cleantes & Anaximenes æthera dicūt esse summū deū: cui opinioni poeta noster assensit. Tum pater omnipotens foecundis imbribus æther. Cōiugis in gremiū: letę descendit & omnes, Magnus alit magno p̄mixt⁹ corpore foetus. Crisippus naturalē uim diuina ratōe pręditā: interdum diuinā necessitatē deū nūcupat. Itē Zenon diuinam naturalemq; legem. Horum enī omnium sententia quis sit incerta eodē tamen spectat: ut prouidentiam unam consentiant: siue enim natura: siue æther: siue ratio: siue mens: siue fatalis necessitas: siue diuina lex: siue qcquid aliud dixeris: idē est quod a nobis dicitur deus. Nec obstat appellationum diuersitas: cū ipsa significatione ad unum omnia reuoluant. Aristoteles quis ipse secus diffideat ac repugnantiam sibi & dicat & sentiat: in summum tamen unam mentem mundo pręesse testatur. Plato q̄ omnium sapientissimus iudicatur: monarchiam plane aperteq; defendit: nec æthera: aut rationem: aut naturam: sed ut est deum nominat ab eo mundū hūc perfectum atq; mirabilem esse fabricatū: quē Cicero secut⁹ atq; imitat⁹ in plurimis, deū frequēt cōfitemur: ac sup̄num uocat in his libris: quos de legibus scripsit: ab eoq; mundum regi argumentatur: cum disputat de natura deorum. Hoc modo, nihil est pręstantius deo: ab eo igit mundum regi necesse est. *Nulli* igitur est nature obediens aut subiectus, deus: omnem ergo regit ipse naturam. Quid autem sit deus in consolatōe dif



finit. Mec uero deus ipse qui intelligit a nobis alio modo intelligi potest: nisi mens soluta quædam libera & segregata ab omni cō-  
cretionem mortali: omnia sentiēs & omnia mouēs. Anne<sup>9</sup> quoq;  
Seneca q̄ ex romanis: uel acerrimus stoicus fuit: q̄ sepe summū  
deum merita laude prosequitur! Nam cum de immatura morte  
differeret. Mō intelligis inquit, auctoritatē ac maiestātē iudicis  
tui: rectoris orbis terrarū, celiq; & deoꝝ omniū deū: a quo ista  
numina quæ singula adoramus: & colim<sup>9</sup> suspēsa sunt. Itē in ex-  
hortationib<sup>9</sup>. Hic cū prima fundamēta molis pulcherrimę iāce-  
ret, & hoc ordiret: quo neq; maius q̄c̄ nouit natura: nec meli<sup>9</sup> ut  
omnia sub ducib<sup>9</sup> suis irēt: quis ipse p̄ totū se corpus intēderat:  
tñ mīstros regni sui deos genuit: & q̄ multa alia de deo, nostris  
similia, locut<sup>9</sup> est: quæ nūc differo: quæ alio loco oportuna sunt.  
Nūc satis est demōstrare summo ingenio uiros attigisse uerita-  
tē ac pene tenuisse: nisi eos retrorsū infucata prauis opinionib<sup>9</sup>  
cōsuetudo rapuiss;: q̄ & deos alios eē opinabāt. Et ea q̄ in usu;  
hoīs de<sup>9</sup> fecit tāq̄ sensu prædita essent p̄ dīs habēda & colenda  
credebant.

¶ Capitulū. vi. De testimonijs p̄phetarū & philosophorū. Et de  
testimonijs Cottę pōtificis Trismegysti. Et de. x. Sibyllis.

**N**unc ad diuina testimonia trāseam<sup>9</sup>: sed prius unū p̄ferā:  
quod est simile diuino: & ob nimiā uetustatē: & quod is  
quem nominabo ex hominibus inter deos relatus est. Apud Ci-  
ceronē Claudius Cotta pōtifex disputās cōtra stoicos de religi-  
onib<sup>9</sup> & de uarietate opinionū: quæ solēt esse de dīs: ut more a-  
cademicoꝝ omnia faceret incerta: quinq; fuisse Mercurios ait:  
& enumeratis p̄ ordinē quatuor: quintum fuisse eū a quo Arg<sup>9</sup>  
occisus sit: ob eamq; causam in egyptum p̄fugisse: atq; egyptijs  
leges ac litteras tradidisse. Hunc egyptij. πνοῦργια. appellant, a  
quo apud eos primus anni sui mensis idest september nomē ac-  
cepit. Idem condidit oppidum: quod etiam nunc gr̄ce uocat  
Mercurij ciuitas: & faemate seruant & colunt eū religiose. Qui  
tam & si homo fuerit antiquissim<sup>9</sup> tamen & instructissim<sup>9</sup> om-  
ni genere doctrinę: adeo ut ei multarum rerum & artium scien-  
tia Trismegysto cognomē imponeret: hic scripsit libros & qui-  
dem multos ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes: in

πνοῦργια.



quibus maiestatem summi ac singularis dei asserit: hisdēq; nominibus appellat: quibus nos deū & patrē. Ac ne q; nomē ei⁹ requireret. ἄνωυ, μον. i. sine nomine esse dixit: eo q; nomīs pprietate nō egeat ob ipsaz. s. unitatē; ipsi⁹; hęc uerba sunt. ὁ δὲ θεός εἷς: εἷς ὀνόματος, οὐ προσδεῖται, ἐστὶ γὰρ ὁ ὢν ἄνωυ, μος. i. Deus aut un⁹: un⁹ aut nomine: est enī qui est sine nomie. Deo igit nomē nō est: q; solus est: nec opus est proprio uocabulo: nisi cū discrimen exigat multitudo: ut unam quāq; personaz sua nota & appellatione designes. Deo autē q; semper unus est propriū nomē est deus. Superest de respōsis carminibusq; sacris testimonia: quę sunt multo certiora proferre. Nam fortasse hi contra quos agim⁹: nec poetis putāt esse credēdū: tanq̄ uana fingentibus: nec philosophis q; errare potuerūt: q; & hi homīes fuerūt. M. Varro quo nemo unq̄ doctior: nē apud gręcos quidē: neq; apud latinos, dixit, in libris rerū diuinarū: quos ad. C. Cęsarē scripsit pōtificē maximū: cū de quindecim uiris loqueret: Sibyllinos libros ait nō fuisse unius Sibyllę: sed appellari vno nomine Sibyllinos: q; oēs foemīnę uates, Sibyllę sunt a ueterib⁹ nūcupatę: uel ab unius delphidis noīe: uel a cōsilijs deoz enūciadis. σιούσ enī; deos nō θεούσ, & cōsiliū nō βουλήν: s; βουλίαν appellabant ῥολico genere sermonis. Itaq; Sibyllam dictam esse quasi. θεόβουλήν. Cęterum Sibyllas decem numero fuisse: easq; omnes enumerauit sub auctoribus: qui de singulis scriptitarunt. Primam fuisse de Persis cuius mentionē fecit Nicanor: qui res gestas Alexandri macedonis scripsit. Secundam Libycam: cuius meminit Eurypides in Lamię prologo. Tertiā Delphicam: de qua Chrysippus loquitur in eo libro: quem de diuinatione composuit. Quartam Cumęam in Italia: quam Neui⁹ in libris belli punici: Piso in annalibus nominat. Quintam Eritręam: quam Appollodorus Eritręus affirmat suam fuisse ciuem: eamq; graīs Iliū petentibus uaticinatam & perituram esse troiā: & Homerum mendacia scripturū. Sextam Samiā: de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samioz reperisse se scriptū. Septimam Cumana; noīe Amoltheā: quę ab alijs Hero-phyle uel Demophyle nominetur: eamq; nouem libros attulisse ad regem Tarquiniū Priscum: ac pro eis trecentos philippeos postulasse: regemq; aspernatum precij magnitudinē: & mulieris



infaniam derisisse illā in conspectu regis tres cōbussisse: ac p̄ reli-  
qs idē precīū postulasse. Targniū multo magis mulierē infani  
reputasse: quē denuo trib⁹ alijs exustis cū in eodē precio pleue-  
raret: motū esse regē: ac residuos trecētis aureis emisse: quorū po-  
stea numerus sic auctus: capitolio relecto: quod ex ōnibus ciui-  
tatibus & italicis & gręcis & p̄cipue erithręis coacti allatiq;  
sunt romā: cuiuscūq; Sibyllę noīe fuerūt. Octauā Hellepōtiacā  
in agro troiano natā uico marinesso circa oppidū gergithium  
quā scribit Heraclides Pōticus, Solonis & Cyrri fuisse tēporib⁹.  
Nonā Phrygiā: quē uaticinata sit Ancyre. Decimā Tiburtes; no-  
mine Albumeā: quē tiburini colitur ut dea iuxta ripas amnis anie-  
nis: cui⁹ in gurgite simulacrū eius inuētū esse dicit tenēs in ma-  
nu librū. Harū omniū Sibyllarū carmina: & ferunt: & habent  
p̄terq; Cumeę cui⁹ libri a romanis oculunt: nec eis ab ullo nisi  
quiddecim uiris inspicere fas est. Et sunt singularū singuli libri: q; q;  
Sibyllę nomine inscribunt unius esse credunt: suntq; cōfusi: nec  
discerni: ac suū cuiq; assignari pōt. Nisi erithręę: quę & nomen  
suū carmini ue; inseruit: & erithręā se nominat: ubi p̄locuta ē:  
cū esset orta babilonię: sed & nos cōfuse Sibyllā dicem⁹ sicubi  
testimonijs earum fuerit abutendum. Omnes igitur hę Sibyllę  
vnū deum p̄dicāt maxime tamen erithręa: quę celebrior inter  
ceteras ac nobilior habet. Siquidē Fenestella diligentissimus scri-  
ptor de quindecim uiris dicēs ait. Restituto capitolio retulisse  
ad senatum. C. Curionem cōsule;: ut legati erithręas mitterēt  
qui carmina Sibyllę conquisita romā deportarent. Itaq; missos  
esse. P. Gabinum. M. Octatiliū. L. Valerium: qui descriptos  
a priuatis uersus circa mille roman deportarunt: id supra osten-  
dimus dixisse Varronem. In his ergo uersib⁹ quos legati romā  
attulerūt: de uno hęc sunt testimonia. εἷς θεός, ὃς μόνος ἐστὶ,  
ὁ δ' ἐϋπερμετέθης ἀγένητος. i. unus deus: qui solus principa-  
tur: isq; amplissimus increatus. Hunc esse solum deū summum  
qui cęlum fecerit luminibusq; distinxerit. ἀλλὰ θεός μόνος,  
εἷς, πάνυ πέρτατος, ὃς πέποιηκεν οὐρανόν τε, ἡλίον  
τε, ἀστέρων, ἡ δὲ σελήνην, καρποφόρον γαῖαν τε, καὶ ὕδα-  
τος οἰλάματα ποντοῦ. i. Sed deus solus unus eminentissim⁹  
qui fecit cęlum: solemq; & stellas lunamq;: fructiferam terrā &  
aquę tumores ponti. Qui quomodo solus sit edificator mūdi



& artifex rerum: ul' que in eo sunt, solum coli oportere testatur.   
 ΑΥΤΟΝ ΤΟΝ ΜΟΝΟΝ ὄντα, σέβειν θεὸν ἡγήτορα κόσμου: ὅς  
 μόνος, εἰς αἰῶνα καὶ αἰῶνος, ἔτυχεν. i. Ipsū: qui solus est coli  
 te principem mundi: q̄ solus est in seculo atq; a seculo factus.  
 Itē alia Sibylla quecūq; est, cū p̄ferre se ad hoīes, dei uocē, diceret:  
 sic ait. μόνος γάρ. εἰ μὴ θεός: καὶ οὐκ ἔστι θεός ἄλλος. i. Solus  
 enī deus sum: & nō est alius. Exequerer nūc testimonia ceterarū;  
 nisi & hęc sufficerēt: & illa opportunioribus locis reseruarem.  
 Sed cū defendam<sup>9</sup> cām ueritatis apud eos: qui aberrātes a uerita  
 te falsis religionib<sup>9</sup> seruiūt: qd̄ genus p̄batōis aduersus eos ma  
 gis adhibere debem<sup>9</sup>: q̄ ut eos deoꝝ suoꝝ testimonijs reuicam<sup>9</sup>?

**Capitulum. viij. De testimonio Apollinis & deorum.**

**A**pollo enim quem p̄ter ceteros, diuinum maximeq; fati  
 dicum existimant: colophone respondens quod delphis  
 credo emigrauerat amoenitate ductus alyce: querēti cuida; quis  
 esset: aut quid esset omnino deus: respondit uiginti & unū uer  
 sibus: quorum hoc principiu; est. αὐτοφυής, ἀλίλακτος,  
 ἀμήτωρ, ἀσυμφέλικτος, ὄνομα, μηδέ λόγῳ χωρούμε  
 νον, ἔμπυρος αἰῶν τοῦτι θεός, πηκρά δὲ θεοῦ μερίσ ἄγγε  
 λοι ἡμεῖν. idest. Ex se ortus, indoctus sine matre, inexpugna  
 bile nomē: nec uerbo capiendū, in igne habitās: modica aut̄ dei  
 portio angeli nos. Nunq̄d potest suspicari de Ioue esse dictum  
 quare matrē habuit & nomē? Quid qd̄ Mercurius ille ter maxi  
 mus cuius supra mētionē feci nomō. ἀμήτωρα. i. sine matre: ut  
 Apollo sed ἀπατορά. sine patre quoq; appellāt deum: q̄ origo  
 illi nō sit aliūde: nec enī pōt ab ullo generatus: qui ipse uniuersa  
 generauit: satis ut opinor & argumentis docui & testibus cōfir  
 maui: quod per se satis clarum est. Vnum esse rege; mūdi: unū  
 patrem: unum deū. Sed fortasse querat aliquis a nobis idem il  
 lud: quod apud Ciceronem querit Hortensius. Si deus unus est  
 que esse beata solitudo queat: tanq̄ nos qui unum esse dicim<sup>9</sup> de  
 fertum ac solitarium esse dicamus. Habet enim ministros: quos  
 uocamus nuncios. Et est illud uerum, quod dixisse in exhortati  
 onibus Senecā supra retuli, genuisse regni sui mīstros deū. Ve  
 rū hi neq; dī sunt: neq; deos se uocari: aut coli uolūt: quippe q̄

quare matrem, alii qui matrem  
 habuit per nomen




nihil præter iussum ac uoluntatē dei faciāt. Nec tñ illi sunt: q̄ uulgo colunt: quoꝝ & exiguus & certus est numer⁹. Q̄ si cultores deoꝝ ipsos eos se colere putant: quos summi dei ministros appellamus: nihil est q̄ nobis faciāt inuidiā qui unum dicam⁹ multos negemus. Si eos multitudo delectat: nō duodecim dicim⁹: aut trecētos sexagintaquinꝰ (ut Orpheus) sed innumerabiles eē. arguim⁹ eoꝝ errores in diuersum: qui tam paucos putant. Sciāt tñ quo nomīe appellari debeāt: ne deū ueꝝ uiolēt: cuius nomen exponūt dū plurib⁹ tribuūt. Credāt Apollini suo: q̄ eodē illo respōso: ut Ioui p̄ncipatū: sic etiā ceteris dijs abstulit nomē. Tertius enī uersus ostēdit dei mīstros: nō deos: sed ueꝝ angelos appellari oportere: de se qdē ille mētitus est: q̄ cū sit e numero demonum, angelis se dei aggregauit: deniq̄ in alijs respōsis demonem se esse cōfessus est. Nam cum interrogaretur: quomodo sibi supplicari uellet: ita respōdit. πάνσοφε, παντοδίδυκτη, Δαίμων τροφὸς κλυθὶ δαίμων. idest: omnia sapiēs: omnia docte: qui per multa uersaris exaudi demon. Itē rursus cū p̄ces in Apollinem Sminthiū rogatus exprimeret ab hoc uersu exorsus est. ἀρμονίη κόσμου, φαῖσολεκαίσοφὸς δαίμων. idest captatio mundi fere totius sapientiē demon. Quid ergo super est nisi ut sua cōfessiōe uerberib⁹ ueri dei: ac poenē sibiaceat semperiternē? Nam in alio respondit. Δαίμονες οἱ φοιτῶσι, περίχθονα, καὶ περίπόντον, ἀκάματοι δάμανται ὑπαιμάστιγηθεοῖο. i. demones qui pergunt circa terram & circa pōtum infessi domantur sub uerbere dei. De utrisq̄ generibus in secundo libro differemus: interim nobis sat est: quod dum se honorare uult: & in celo collocare confessus est id: quod res se habet quomodo sint appellandi: qui deo semper assistunt. Retrabāt ergo se homines ab erroribus & abiectis religionib⁹ prauis parentē suū: dominūq̄ cognoscāt: cuius nec uirtus existimari potest nec magnitudo p̄spici: nec principiū cōprehēdi: cū ad illū mentis hūanę intentio, & acumē & memoria puenerit: quę si subductis & cōsumatis oībus uīs substitit, Heret, deficit: nec ē aliqd ulterius quo p̄gredi possit: ueꝝ q̄ fieri nō potest: quin id qd sit aliquando esse coeperit: consequens est: ut quoniam nihil ante illū fuit: ipse ante omniā ex seipso sit p̄creatus: ideoq̄ ab Apolline. ἀυτόφνησ. idest ex se ort⁹. A Sibylla. ἀυτόγενησ. idest

Δία ὅλων τροφὸς

θεῶν.

ueros

ὕψος.





ex se genitus. & ἀγενήτος. idest ingenitus. & ἀπονήτος. id est non factus noia: qd Seneca hō acutus i exhortatōib⁹ uidit. Nos inqt aliū de pēdem⁹. Itaq; ad aliquē p̄spicim⁹: cui qd est optimū in nobis debeam⁹. Ali⁹ nos edidit: ali⁹ instruxit: de⁹ ipse se fecit. ἀπονήτος

**Capitulū. viij.** De cecitate eorū qui plures deos opinantur: & unde hic error habuit originem: & qd corpus deo non est necessarium: nec propagatio liberorum.

**H**is igitur tot & tantis testib⁹ cōprobat unius dei potestate ac prouidētia mundū gubernari: cuius uim maiestatemq; tantā esse dicit in thimēo Plato: ut eam neq; mēte cōcipere neq; uerbis enarrare quisq; possit: ob nimiam & iestimabilē potestatem. Dubitet ergo aliq; an qd difficile aut impossibile sit deo: qui tanta tanq; mirifica opera prouidentia excogitauit: uirtute cōstituit: ratione perfecit: nunc autem spiritu sustentet: potestate moderetur: inexcogitabilis: ineffabilis: & nulli alij satis notus q; sibi. Vnde mihi de tanta maiestate sepius cogitanti, qui deos colunt interdum uideri solent: tam cēci: tam incogitabiles: tam ex cordes: tam nō multum a mutis animalibus differentes: qui credant eos: qui geniti sunt maris ac foemine coitu, aliquid maiestatis diuineq; uirtutis habere potuisse: cum Sibylla Erithrea dicat οὐ λύνεται, ἀνδρὸς ἐκ μητρῶν, μήτρασ τε, θεὸσ τετύπω μένος εἶναι. i. Nō potest ex uiri semine & matrice deus formatus esse. Quod si uerum, sicuti est: apparet, Herculem: Apollinē: Liberum: Mercurium: Iouēq; ipsum cū ceteris homines fuisse: qn̄ sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotū a deo qd id opus quod ipse ad ppagandam sobolē mortalib⁹ tribuit: & qd sine s̄stātia corporali nullū pōt esse? Dū ergo si sunt immortales ēterni: qd op⁹ est altero sexu nimis ut generent ipa p̄genie qd op⁹ est cū successione nō egeāt: q futuri sunt semp? Nā p̄fecto in homib⁹ ceterisq; animalibus diuersitas sexus coitio & generatio nullam habet aliam rationem nisi ut omnia genera uiuētium (quoniā sunt conditione mortalitatis obitura) mutua possint successione seruari. Deo autem: qui est sempitern⁹: neq; alter sexus: neq; successio necessaria est. Dicit aliquis ut habeat ministros: uel in quos ipse possit dominari. Quid ergo op⁹ est



sexu foemineo: cū de<sup>9</sup> q̄ est omnipotēs (ut uocat sine usu & ope  
 ra foemine possit filios p̄creare. Nā si q̄busdā minutis aīalibus  
 id p̄stitit: ut sibi e folijs natos, e suauib<sup>9</sup> herbis ore legāt: cur ex  
 istimet aliq̄s ip̄m deū nisi ex p̄mixtione sexus alteri<sup>9</sup> non posse  
 generare? Illos igit̄ quos imperiti & insipientes tāq̄ deos & nūcu  
 pāt & adorāt, Neūo est tam incōsiderat<sup>9</sup>: q̄ nō intelligat fuisse  
 mortales. Quomō ergo inq̄t aliq̄s: dū crediti sunt? Nimiꝫ q̄ re  
 ges maxī ac potētissimi fuerūt ob merita suaꝫ uirtutū: aut mūe  
 rū: aut artiū reptay: cū cāri fuissēt his: q̄b<sup>9</sup> ip̄eritauerāt: ī memo  
 riā sunt cōsecrati: qd̄ si q̄s dubitet: res eoꝫ gestas & facta cōside  
 ret: quē uniuersa tam poetē q̄ historici ueteres prodiderunt.

Capitulum. ix. De Hercule: & gestis eius: atq̄ ortu eius  
 ex Ioue & Alcumena & morte eius.

**H**ercules q̄ ob uirtutē clarissimus & quasi african<sup>9</sup> inter de  
 os habebat: nonne orbē terrē quē pagrasse ac purgasse nar  
 rat? stupris; libidinibus; adulterijs inq̄nauit: nec miꝫ cū esset ad  
 ulterio genit<sup>9</sup> Alcūmenē. Quid tandē potuit in eo esse diuini: q̄  
 suis ip̄se uicijs mācipatus: & mares & foeminas cōtra oēs leges  
 infamia; dedecore; flagitio affecit? Sed ne illa qd̄ quē magna &  
 mirabilia gessit, talia iudicāda sunt: ut uirtutib<sup>9</sup> diuinis tribuen  
 da uideant̄! Quid enim tā magnificū si leonē aprūq̄ superauit:  
 si aues sagittis deiçcit: si regnū stabulū egressit: si uirginē uicit:  
 cingulūq̄ detraxit: si equos feroces cū domino interemit? Ope  
 ra sunt ista fortis uiri: homīs tñ: illa enī quē uicit fragilia & mor  
 talia fuerūt. Nulla est enī (qd̄ ait orator) tanta uis quē non ferro  
 aut uiribus debilitari frangiq̄ possit. At animū uincere: iracūdi  
 am cohibere fortissimi est: quē ille nec fecit unq̄ nec potuit. Hęc  
 qui faciat nō mō ego eū cū summis uiris cōparo: s; similitimum  
 deo iudico. Vellem adieçisset de libidine: luxuria: cupiditate:  
 insolentia: ut uirtutem eius impleret: quem similem deo iudica  
 bat. Non enim fortior iudicandus est: qui leonē: q̄ qui uiolentiā  
 & in seipso inclusa; feram superat iracūdiā: aut q̄ rapacissimas  
 uolucres deiçcit: q̄ qui cupiditates auidissimas coercet. Aut qui a  
 mazonem bellatricem: q̄ q̄ libidinē uincit pudoris; ac fame de  
 bellatricē: aut q̄ fimū; de stabulo: q̄ qui uicia de corde suo egerit.

*mendacius est iudicandum  
 q̄ in re regium stabulum.*



que magis sunt pernitiosa: que domestica & propria mala sunt: quam illa que uitari poterant & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir fortis debeat iudicari: que temperans & moderatus est & iustus. Quod si cogitet aliquis que sint dei opera: iam hec omnia que mirantur homines ineptissimi, ridicula iudicabit. Illa enim non diuinis uirtutibus quas ignorat: sed infirmitate suarum uirium metiuntur: nam illud quidem nemo negauit: Hercule non tantum Heuristeo seruisse regi (quod aliquatenus honestum uideri potest); sed etiam impudice mulieri Omphale: que illum uestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat pensam faciem. detestabilis turpitudine: sed tanti erat uoluptas. Quid tamen inquiet aliquis: poetis ne credendum putas? Quid nisi putem? Non enim ista Lucilius narrat: aut Lucianus: que diis & hominibus non peccat: sed potissimum: qui deorum laudes canebat: ergo quibus credemus? si fide laudantibus non habemus. Qui hos mentiri putat proferat alios quibus credamus auctores, que nos doceant: qui sunt isti dii? Quo modo: unde orti? Que sit uis eorum? Qui numerus? Que potestas? Quid in his admirabile? Quid cultu dignum? Quid denique certius ueriusque mysterium? nullus dabit. Credamus igitur istis que non ut reprehenderent sunt locuti: sed predicarent: nauigauit ergo cum argonautis: expugnauitque troiam. Iratus Laomedonti, ob negatam pro filie mercedem salute. Unde quo tempore fuerit apparet. Idem furore atque insania percitus: uxorem suam cum liberis interimit: hunc homines deum putant? Sed Philotecte eius heres non putauit: qui facem supposituit arfuro: qui artus suos & neruos cremari ac dissoluei uidit. Qui ossa eius ac cineres in oeteo monte sepeliuit: pro quo munere sagittas eius accepit.

Capitulū. x. De Esculapio: Apolline: Neptuno: ac Marte & Castore: Polluce atque Mercurio.

**E**sculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus: quid fecit aliud diuinis honoribus dignum: nisi quod sanauit hipolytum mortem sane habuit clariorem: quod a deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius de illustribus uiris differens: ait incertis parentibus natum, expositum & a uenatoribus inuentum canino lacte nutritum chironi traditum: didicisse medicinam: fuisse autem meseniū: sed epidauri moratum. Tullius etiam Cinosuris ait sepultum. Quid Apollo



pater eius! Nonne ob amorē quo flagrabat, turpissime gregē pa-  
uit alienū? & muros laomedonti extruxit: cui; Neptuno merce  
de cōductus quē illi negari potuit impune: ab eoq; p̄mo Rex p̄  
fidus q̄cqd cū dijs pepigisset didicit abnegare? Idē formosus pu-  
erū: & dū amat uiolauit: & dū ludit occidit. Homicida Mars:  
& p̄ gratiā, cedis crimine ab atheniēsis liberat⁹: ne uideret̄ ni-  
mis ferus: & immanis adulteriū cū Venere cōmisit. Castor &  
Pollux dū alienas sp̄ōsas rapiūt esse gemini desierūt: nā liuore  
iniurię cōcitatus Idas, alteꝝ gladio trāsuerberauit: & eosdē poe-  
tę alternis uiuere alternis mori narrāt: ut iā sint nō deoꝝ tm̄: sed  
omniū mortaliū miserrimi: qbus semel mori non licet. Hos tñ  
Homerus ambos simpliciter (nō ut poetę solēt) mortuos esse te-  
testat̄. Nā cū faceret in muris assidentē Priamo Helenā cūctos  
gręcię principes recognoscere: solos aut̄ se fratres suos req̄rere.  
sbięcit orationi ei⁹ huiusmōi uersuꝝ. Hęc ait: ast alios retinebat  
terra supultos. Fur ac Nebulo Mercuri⁹ quid ad famā sui reliqt  
nisi memoriā fraudum suarū? Cęlos dignus q̄ palestrā docuit  
& lyram primus inuenit. Liberum patrem in senatu deorū sum-  
mę auctōritatis primęq; esse sententię necesse est: quia p̄ter Io-  
uem solus omnium triumphauit: exercitū duxit: indos debel-  
lauit: sed inuictus ille imperator inclyt⁹ maximus ob amorem  
ac libidinem turpissime uictus est. Delatus enim cretam cum se-  
miuiro comitatu. nactus est impudicam mulierem in littore ac  
fiducia uictorię indicę uir esse uoluit: ne nimium mollis esse ui-  
deretur: atq; illa; patris proditricē fratris interemptricē ab alio  
relictam & repudiatam in coniugium sibi uēdicauit & liberaꝝ  
fecit: & cum ea pariter ascendit in cęlum. Quid omnium horū  
pater Iupiter: qui in solenni p̄catione optimus maxim⁹ nomi-  
natur? Nonne a prima sua pueritia impius ac pene parricida de-  
p̄hēditur? Cum patrē regno expulit: ac fugauit: nec expectauit  
mortem decrepiti senis cupiditate regnādi. Et cū paternum so-  
lium per uim: p̄ arma cępisset: bello est a titanibus lacescitus: qd̄  
humano generi p̄cipiū fuit maloꝝ: quibus uictis: & pace in p̄-  
petuum cōparata: reliquam suā uitam in stupris adulterijsq; cō-  
sumpsit. Omitto uirgines quas imminuit: id enī iudicari solet  
tolerabile. Amphitrionē ac Tindarū p̄terire nō possū: quoꝝ do-  
mos dedecore atq; ifamia plenissias reddidit. Illud uero sūmę

inclusos, illos.





impietatis ac sceleris quod regium puerum rapuit ad stuprum. Parum enim uidebat si in expugnanda foeminarum pudicitia: maculosus ac turpis esset: nisi etiam sexui suo iniuriam faceret: hoc est uerum adulterium quod fit contra naturam: hec qui fecit uiderimus an maximus certe optimus non est: quod nomen a corruptoribus: ab adulteris: ab incestis abest: nisi forte nos erramus homines: qui talia facientes sceleratos uocamus ac perditos: omnibusque poenis dignissimos iudicamus. Stultus autem M. Tul. qui C. Varrum adulteria obiecit. Eadem enim Iupiter quem colebant admisit. Qui P. Clodio sororis incestum. At illi optimo maximo eadem fuit soror & coniunx.

Capitulum. xi. De ipsius Iouis parentibus & ortu & uita eius flagitiosissima: morte & sepultura & opificio poetarum

Quis est igitur tam excors: qui hunc in celo regnare putet: quod ne in terra quidem debuit? Non infulse quidam poeta triumphum cupidinis scripsit: quo in libro non modo potentissimum deorum cupidinem: sed etiam uictorem facit. Enumeratis enim amoribus singulorum: quibus in potestate cupidinis ditionemque uenissent: instruit pompam in qua Iupiter cum ceteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus. Eleganter id quidem dicitur a poeta figuratum: sed tamen non multum distat a uero. Qui enim uirtutis est expers: qui cupiditatibus: ac libidinibus malis uincitur: non cupidini (ut ille finxit) sed morti subiectus est sempiternus. Sed omittamus de moribus dicere: rem confidiremus: ut intelligant homines: in quibus miseri uersentur erroribus. Regnare in celo Iouis: uulgus existimat: id doctis pariter & indoctis persuasus est. Quod & religio ipsa & precatioes & hymni: & delubra & simulachra demonstrant. Eundem tamen Saturno & Rheam genitum confitentur. Quomodo potest deus uideri: aut (ut ait poeta) hominum rerumque repertor? ante cuius ortum infinita hominum milia fuerunt: eorum scilicet qui Saturno regnante uixerunt: ac priores luce quam Iupiter sunt potiti. Video alium deum regem fuisse primis temporibus: alium consequentibus. Potest ergo fieri: ut alius sit postea futurus. Si enim regnum prius mutatum est: cur desperem & posterius posse mutari nisi forte Saturnus regnare potuit, fortius Iupiter non potest?



Atq̄ diuinū imperiū aut semp̄ imutabile est: aut si est mutabile quod fieri nō pōt̄ semp̄ utiq̄ mutabile ē. Pōt̄ enī Iupit̄ regnum amittē: sicut & p̄r̄ ei⁹ amisit: ita plane, Nā cū idē neq̄ uirginibus neq̄ maritatis unq̄ pepcisset: & abstinuit se tñ una thetide: quod respōsu; fuit maiore p̄re suo futu;: q̄sq̄ ex illa nat⁹ eēt: & p̄mū in eo prudētia nō dei (cui nisi themis futura dixisset, ip̄a nesciret), Si autem diuinus nō sit: ne deus quidem sit: unde ipsa diuinitas nominatur: ut ab homine humanitas. Deinde conscientia imbecillitati; qui timuit utiq̄ maiorem: quod q̄ fecit scit utiq̄ p̄fecto nō esse se maximum: quod quidem pōt̄ aliquid maius existere. Idem per stygiam paludem sanctissime iurat. Vna superstitio superis que reddita diuis. Que ē ista superstitio? Aut a quo reddita est? Ergo aliqua potestas maxima est: que peierātes deos puniat: que tanta formido est paludis inferne: si sunt immortales? Quid metuunt eam: quam uisuri nō sunt: nisi quos mori necesse est? Quid igitur homines oculos suos in celu; tollunt? Quid superbos deierant: cum ipsi superbi ad inferos deuoluant̄: ibiq̄ habeant quod uerentur & adorent: illud uero quale est esse fata quibus dī omnes & ipse Iupiter pareat: si parcarum tanta uis est: ut plus possint q̄ celestes uniuersi: quāq̄ ipse rector ac dominus: cur non ille potius regnare dicantur: quarum legibus ac statutis parere omnes deos necessitas cogit? Nunc cui dubium est: quin is qui alicubi res obsequitur maximus non sit? Nam si sit nō accipiat fata: sed faciat. Nunc ad illud quod omisera; redeo. In una itaq̄ sola fuit continentior cū eam reperiret: & nō uirtute aliqua: sed metu successoris. Que fortitudo utiq̄ eius ē? qui sit mortalis & imbecillis: & nihil quippe q̄ potuit: & tūc cu; nasceretur extingui: sicut frater eius antegenitus extinctus est? qui si uere potuisset: nunq̄ minori concessisset imperium: ipse autem furto seruatus: furtimq̄ nutritus ζεύς siue ζήν appellatus est: nō ut isti putāt a feruore celestis ignis: uel q̄ uitę sit dator: uel q̄ animantibus inspiret animas: que uirtus solius dei est: quam enim possit inspirare animam: qui ipse accipit aliūde? Sed quod p̄m⁹ ex libris Saturni maribus uixerit. Potuerunt igitur homines alium deum habere rectorem; si Saturnus non fuisset ab uxore delusus. At enim poetę ista finxerunt. Errat quisquis hoc putat: illi enim de hominibus loquebantur: sed ut eos ornarent quorum

*sed hominis mestrat a est.*

*obiectio*



memoriã laudibus celebrabant: deos esse dixerũt. Itaq; illa poti  
us ficta sũt, q̄ tanq̄ de dijs; nõ illa q̄ tanq̄ de hominib⁹ locuti sũt:  
qd' claz fiet exẽplo: qd' iferem⁹. Danaen uiolaturus Iupit̄ aureos  
nũmos largiter í sinu ei⁹ ifudit: hęc stupri merces fuit. At poetę  
q̄ quasi de deo loquebãt: ne auctoritatẽ creditę maiestatis infrin  
gerẽt finxerũt ip̄m in aureo imbree delapsũ: eadẽ figura: qua im  
bres ferreos dicunt: cum multitudinẽ telorum sagittazq; descri  
bunt: rapuisse dicit̄ in aqla catamitũ: poeticus color est: sed aut  
per legionẽ rapuit cuius isigne aqla ẽ: aut nauis í qua est ip̄positus  
tutelam habuit in aqla figuratã: si tauru; figuratũ cum rapuit &  
transuexit Europã: eodem mō conuertisse í bouem traditur Io  
Inachi filiã: quę ut irã Iunonis effugeret ut erat iã fetis obsita iã  
bos tranasse dicitur mare: in egyptumq; uenisse: atq; ibi recepta  
pristina forma dea facta: quę nunc Isis uocatur. Quo igitur ar  
gumento probari potest! nec Europam in tauro sedisse: nec Io  
factam bouem: quod certus dies habetur in fastis: quo Isidis na  
uigium celebratur: quę res docet nõ tranasse illam: sed nauigaf  
se. Igitur qui sapere sibi uidentur: quia intelligunt uiuum terre  
numq; corpus in cęlo esse non posse: totam ganymedea; fabulã  
pro falso repudiant: nõ sentiunt in terra id esse factum: qa res  
ac libido ip̄ia terrena est. Non ergo res ipsas gestas finxerũt poe  
tę: quod si facerent essent uanissimi: sed rebus gestis addiderũt  
quendam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebant: sed or  
nare cupientes: hinc homines decipiuntur, maxime i quod dum  
hęc omnia ficta esse arbitrantur a poetis, colunt, quod ignorant:  
nesciunt qui sit poeticę licentię modus: quousq; progredi fingẽ  
do liceat: cum officium poetę sit in eo: ut ea quę gesta sunt uere  
in aliquas speties obliquis figurationibus cum decore aliquo cõ  
uersa traducant. Totum autem quod referã fingere: idest ineptũ  
esse: & mendacem potius q̄ poetam: sed finxerunt ista: q̄ fabulo  
sa creduntur. Num etiam illa: quę de dijs foeminis deorumq; cõ  
nubijs dicta iunt? Cur igitur sic figurantur: sic coluntur: nisi for  
te non tantum poetę: sed ut pictores fictoresq; imaginum men  
tiuntur? Si enim hic Iupiter: qui a uobis dicitur deus: non is est:  
q̄ ex Saturno & ope natus est: nõ oportuit nisi soli⁹ simulachrũ  
í tẽplis oib⁹ collocari. Quid sibi muliez effigies uolunt? Quid  
sexus ifirm⁹? í quẽ si cecidit ip̄e Iupit̄: eũ uero ip̄i lapides hoĩem



xy

fatebuntur. Mentitos aiunt esse poetas: & his tamē credunt: imo uero nō eē mētitos re ip̄a pbant. Ita enim deoꝝ simulachra cōfin-  
gunt: ut ex ip̄a diuersitate sexus appareāt uera eē: q̄ dicūt poetę. Nā qd est aliud argumētū imago catamiti: & effigies aqlę: cum añ pedes Iouis ponūt ī tēplis: & cū ip̄o parit̄ adorant̄: nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat ī eternū. Nō igit̄ a poetis totū fictū est: aliquid fortasse traductū & obliqua figuratio-  
ne obscuratum: quo ueritas inuoluta tegetur: sicut illud de sortitione regnorum. Aiunt enim Ioui cęlum obtigisse: Neptuno mare: inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam uenit nisi q̄ in terra gesta res est? Ergo illud in uero est: quod regnum orbis ita partiti sortitiq; sunt: ut orientis imperium Ioui cederet: Plutoni cui cognomen agesilao fuit: pars occidentis obtingeret. Eo q̄ plaga oriētis ex qua lux mortalibus datur superior: occidentis autem inferior esse uideatur. Sic ueritatem mēdacō uelauerunt: ut ueritas ipsa persuasioni publicę nihil denegaret. De Neptuni sorte manifestum est: cuius regnum tale fuisse dicimus: quale M. Antoni; fuit infinitū illud imperium: cui totius orę maritimę potestatem senatus decreuerat: ut p̄dones persequeretur: ac mare omne paccaret. Sic Neptuno maritima omnia cum insulis obuenerunt. Quomodo id probari potest: nimirū ueteres historię docent. Antiquus auctor Euhemerus qui fuit ex ciuitate messana res gestas Iouis & cęterorū: qui di; putantur collegit: historiāq; contexit ex titulis & inscriptionib; sacris: q̄ in antiquissimis templis habebantur: maximeque in fano Iouis triphili: ubi auream columnam positā eē ab ip̄o Ioue titulus indicabat: in qua columna sua gesta perscripsit: ut monumēta eēnt posteris rerum suarum: hanc historiā interpretatus est Ennius & secutus: cuius hęc uerba sunt. Vbi Iupiter Imperiū; neptuno dat maris: ut insulis omnibus: & quę loca sunt secūdū mare omnibus regnaret. Vera sunt ergo quę loquunt̄ poetę: sed obtentu aliquo specieq; uelata. Potest & modos olympus figurā poetis dedisse: ut Iouē dicerēt cęli regnū; eē sortitum: quod olympus ambigū nomē ē: & mōtēs & cęli. In olympo aut̄ Iouē habitasse docet historia eadē: quę dicit eadē tēpestate Iupiter in monte olympo maximam partem uitę colebat: et eo ad eum in ius ueniebāt: si q̄ res in controuersia erant. Itē si quis quid noui iuenerat:

*mendatio*

*atq; mors.*



quod ad uitam humanam utile esset: eo ueniebat atq; Ioui osten-  
debat. Multa in hunc modum poetę transferunt: non ut in deos mentiantur:  
quos colunt: sed ut figuris uersicoloribus uenustate: ac leporem car-  
minibus suis addant: quod autem non intelligunt quomodo: aut quare quidque figu-  
retur, Poetas uelut mendaces & sacrilegos insequuntur: hoc errore dece-  
pti etiam philosophi: quod ea quę de Ioue feruntur minime conuenire in deum  
uidebant, duos Ioues fecerunt: unum naturalem: alterum fabulosum.  
Viderunt ex parte quod erat uerum: eum, scilicet, de quo poetę loquuntur  
hominem fuisse. In illo autem naturali Ioue uulgari consuetudine  
religionis inducti errauerunt: quod in deum nomen hominis transtule-  
runt: qui (ut supra diximus) quia solus est non indiget nomine.  
Iouem autem illum esse: qui sit ex ope Saturnoque natus: negari non potest.  
Vana igitur persuasio est eorum: qui nomen Iouis summo deo tri-  
buunt. Solent enim quidam errores suos hac excusatione defen-  
dere. Qui conuicti de uno deo cum id negare non possunt: ipsi  
se colere affirmant. Verum hoc sibi placere: ut Iupiter nomen est:  
quo quid absurdius? Iupiter enim sine contubernio coniugis fi-  
lięque: non solet coli. Unde quis sit apparet: nec fas est: id nomen  
eo transferri: ubi nec Minerua est ulla nec Iuno. Quid quod huius  
nominis proprietas: non diuinam uim exprimit: sed humana?  
Iouem enim Iunonenque a iuuando esse dictos Cicero interpre-  
tatur. Et Iupiter quasi iuuans pater dicitur: quod nomen in de-  
um minime congruit: quia iuuare hominis est: opis aliquid con-  
ferentis in eum qui sit alienus: & exigui beneficij. Nemo sic de-  
um precatur: ut se adiuuet: sed ut seruet uitam salutemque tribu-  
at: quod multo plus est: ac maius est: quam iuuare. Et quoniam de pa-  
tre loquimur: pater dicitur filios iuuare cum eos generat. aut  
educat. Illud enim leuius est quam ut eo uerbo magnitudo paterni be-  
nificij exprimatur: quanto id magis inconueniens est deo: qui  
uerus est pater: per quem sumus: & cuius toti sumus: a quo fingi-  
mur: animamur: illuminamur: qui nobis uitam impartit: salutem  
tribuit: uictum multiplicem subministrat: non intelligit beneficia  
diuina: qui se iuuari modo a deo putat. Ergo non imperitius modo:  
sed etiam impius est: qui nomine Iouis uirtutem summę pietatis im-  
minuit. Quare si Iouem ex rebus gestis & ex moribus hominem fu-  
isse in terraque regnasse deprehendimus: superest ut mortem quoque  
eius inuestigemus. Ennius in sacra historia descriptis omnibus



que in uita sua gessit ad ultimū sic ait. Deinde Iupit̄ postq̄ terras  
 quinq̄s circūiuit: oībusq̄ amicis atq̄ cognatis suis īperiū diuisit:  
 reliqtq̄ hōibus leges: mores: frumētaq̄ parauit: multaq̄ alia bo  
 na fecit: īmortali gloria memoriaq̄ affect̄? sēpit̄na monumenta  
 suis reliqt: etate p̄sumata ī creta uitā cōsumauit: et ad deos abiit.  
 Eūq̄ curetes filij sui decorauerūt curauerūtq̄ eū: & sepulch̄ ei⁹  
 ē ī creta ī oppido genoso: & dicit̄ Vesta hāc urbē creauisse ī quo  
 sepulchro ei⁹ est inscriptū antiq̄s litteris gr̄cis. ξευσ κρονου. i.  
 latine, Iupiter Saturni. Hoc certe non poet̄ tradunt: sed antiqua  
 rum rerum scriptores: que adeo uera sunt: ut ea sibyllinis uersi  
 bus confirmentur: qui sunt tales. Δαίμονες ἀψύχουσι, μεκ  
 υων εἰδωλα καμόντων, ὧν κρητή κἀνχημα τάρουσι  
 ηδυσμοροσ ἐζει. i. demones inanimis cadauerum simulachra  
 mortuorum: quoz sepulchra habet creta male peritura. Cicero  
 de natura deoz cum tres Ioues a theologis enumerari diceret: ait  
 tertium fuisse cretensem Saturni filium: cuius in illa insula sepul  
 chrum ostendit̄. Quomodo igit̄ pōt deus alibi esse uiuus: alibi  
 mortuus: alibi habere templum: alibi sepulchrum? Sciāt ergo ro  
 mani capitolium suum: id est summum caput religionum suaz  
 publicarum, nihil esse aliud q̄ inane monumentum. Veniamus  
 nunc ad eius patre;: qui añ regnauit: & qui fortasse plus habebat  
 in se: q̄ ex coitu tātoꝝ elementoz genitus esse dicat̄. Videamus  
 qd̄ in eo fuerit deo dignū. In p̄mis illud quod aureum s̄culum  
 narratur habuisse: q̄ iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliqd̄ ī  
 eo quod in eius filio non fuit. Quid enī tā cōueniēs deo q̄ iustu;  
 regimen ac piū s̄culū? Sed cū eadē rōe natū eē cogito: nō possū  
 putare deū summū: qd̄ uideam eē aliqd̄ antiquus, c̄lū atq̄ terram.  
 At ergo deum quero ultra quē nihil est omnino: qui fons & ori  
 go sit rerum. Hic sit necesse est: qui c̄lum ipsum cōdidit: terrāq̄  
 fundauit. Saturnus autem si ex his natus est ut putatur: quemad  
 modum potest esse deus p̄ncipalis: qui aliis ortum suum debet?  
 Aut quis p̄fuit mundo: antequam Saturnus gigneretur? Sed  
 hoc poeticum est (ut dicebam ante) figmentum: nec enim fieri po  
 terat: ut elementa insensibilia tantoq̄ interuallo separata in unuz  
 coirent ac filium procrearent: aut is qui natus esset non potentis  
 simūm genitoribus similis existeret: sed eā formam gereret: quā  
 parētes sui n̄ habebāt. Queram⁹ ergo qd̄ ueritatis s̄b hac figura

ξευσ κρονου.

9<sup>na</sup>



lateat. Minutius foelix in eo libro q̄ octauius inscribitur sic argu  
mētatus ē. Saturnū cū fugat⁹ eēt a filio ī italiāq; uenisset, celi filiū  
dictū, q̄ soleam⁹ eoꝝ, quoꝝ uirtutē miremur ad eos, q̄ repētine  
aduenerit de cēlo cecidisse dicē: terre autē q̄ ignotis parentib⁹ na  
tos filios nominem⁹. Sūt hęc qdē similia ueri nō tñ uera: q̄ con  
stat etiā tū<sup>cum</sup> regnaret ita eē habitū. Potuit & sic argumentari. Sa  
turnū cū potētissim⁹ rex eēt ad retinēdā parētū suoꝝ memori  
am nomina eoꝝ cēlo terreꝝq; indidisse: cū hęc prius aliis uocabu  
lis appellarent: qua rōne et montibus & fluminibus nomina sūt  
imposita. Neq; enī cum dicunt poetę de progenie Athlantis aut  
Inachi fluminis: id potissimum dicūt homines ex rebus sensu ca  
rentibus potuisse generari: sed eos utiq; significant: q̄ nati sūt ex  
his hominibus: qui uel uiui uel mortui nomina mōtibus aut flu  
minibus indiderunt. Nam id apud ueteres maxime gręco s̄que  
usitatum fuit: sic maria eorum traxisse nomina accipimus: qui  
deciderant in ea: ut Egeum Icarium bellepontuꝝ: et in latio Auē  
tinus uocabulum monti dedit ī quo sepultus est. Tyberinus uel  
tyberis, amni quomersus est. Non ergo miranduꝝ si nomina eo  
rum cēlo terreꝝq; attributa essent: qui reges generant potentissi  
mos. Apparet ergo non e cēlo natum esse: quod fieri non potest  
sed ex eo hęc homine: cui nomē Vrano fuit: quod esse ueꝝ Trif  
megystus auctor est: q̄ cum diceret admodum paucos extitisse: ī  
quib⁹ esset perfecta doctrina, in his, Vranum, Saturnū, mercuriū,  
noīauit cognatos suos. Hęc ille, q̄ ignorauit alio traduxit histo  
riā: qui quomodo potuerit argumentari ostendi: nunc dicā quo  
modo: ubi: a quo sit hoc dictum. Non enim Saturnus hoc: sed  
Iupit̄ fecit, in sacra hostoria sic Ennius tradit. Deinde Paneū de  
ducit in montem: qui uocatur celi stella. Postq̄ eo ascēdit cōtem  
platus est late terras: ibiq; in eo monte arā creat cēlo: primusque ī  
ea ara Iupiter sacrificauit: in eo loco suspexit in cēlum: quod nūc  
nos nominamus: idque quod supra mundum erat: quod ether  
uocabatur, de sui aui nomine cēlo nomen indidit. Idq; Iupiter  
quod ether uocatur placans, primus cēlum nominauit: terreꝝque  
hostiam: quā ibi sacrificauit totā adoleuit. Nec hic tantū sacrifi  
casse Iupit̄ inuenitur. Cęsar quoq; in arato refert Agloastenem  
dicere Iouem: cum ex insula naxo aduersus titanias proficiscere  
tur & sacrificiū faceret in littore: aquilā ei in auspiciū aduolasse



XIII<sup>2</sup>

qua; uictor bono omine acceptā tutelę suę sibiugarit. Sacra uero historia & añ cōsedisse illi aqlā ī capite: atq; ei regnū portēdisse testat. Cui ergo sacrificare Iupiter potuit nisi cęlo auo! quē dicit Eubemerus ī oceania mortuū: & ī opido aulatia sepultum?

¶ Capitulum. xii. Quomodo stoici figmenta poetarum ad philosophicam transferant rationem.

¶ **Q**uoniam reuelauimus mysteria poetarū, & Saturni parētes inuenimus, ad uirtutes eius & facta redeamus. Iustus in regno fuit: p̄mum ex hoc ip̄o iā deus nō est: q̄ fuit. Deniq; quod ne iustus quidem fuit: sed impius nō modo in filios: quos necauit uerum etiam in patre; cui dicitur abscidisse genitalia: quod forsitan uere acciderit. Sed homines respectu elementi: quod dicit cęlum totam fabulam explodūt: tanq̄ ineptissime fictam: quam tamē stoici (ut solent) ad rationem p̄hysicam conātur traducere: quorum sententiam Cicero de natura deoꝝ differens posuit. Cęlestem, inquit, altissimam et̄hereāq; naturā: id est ignea;: quę per sese oīa gigneret: uocare uoluerūt ea parte corporis: q̄ cōiunctio ne alterius egeret ad procreandum: quę ratio in Vestam potuit conuenire: si mas diceretur. Iccirco enim uirginem putāt Vestā; quia ignis inuiolabile sit elementum: nihilque nasci posse ex eo: quippe qui omnia quę arripuerit assummat. Ouidi<sup>9</sup> ī fastis. Nec tu aliud Vestam q̄ uiuam intellige flammam. Nataque de flamma corpora nulla uides. Iure igitur uirgo est: quę semina nulla remittit nec capit: & comites uirginitatis amat. Vulcanoque id potuit ascribi: qui quidem putatur ignis: et tamen poetę eum nō absciderunt. Potuit & soli: in quo est natura & causa gignentiu;: na; sine solis igneo calore: neq; nasci quicq̄: augeri potest: ut nulli alij elemento magis opus sit genitalibus q̄ calori: cuius fetu cōcipiuntur: nascuntur: sustentantur omnia. Postremo etiam si ita sit; ut uolunt, qui magis abscissum cęlo putemus: q̄ omnino sine genitalibus natum. Nam si per se gignit non indigebat utiq; genitalibus: cum Saturnum ip̄m procrearet. Si uero habuit: & a filio abscissa sunt: ort<sup>9</sup> rerum & natura omnis interisset. Quid q̄ ipsi Saturno non diuinum modo sensum: sed humanum quoq; adimunt: cum affirmant esse eum Saturnum: qui cursum & conuersionem spaciōrum ac temporum continet. Eūq; gręce idīpm

*neq; augeri potest.*



nomen habere κρόνον enī dicit: q̄ est idē quod spaciū tēporis. Saturn⁹ enī ē appellat⁹ q̄aturet̄ ānis. Hęc Ciceronis uerba sunt exponētis snīam stoicoꝝ: q̄ q̄ uana sit cui uis itelligē promptissimū ē. Si enī Saturn⁹ cęli ē fili⁹: quō potuit aut tēpus e cęlo gigni? aut cęlū a tempore abscīdi: aut postea tēp⁹ īperio spoliari a filio Ioue: aut quomodo Iupiter natus est ex tempore: aut quibus annis saturari possit ęternitas: cui nullus est finis?

**Capituluꝝ. xiiij.** Quomodo poetę & historici euacuant stoicorum traditionem de Ioue & aliis dīs.

**S** ergo uanę sunt istę rationes philosophoꝝ: quid supeest nisi ut uere factum esse credam⁹: idest hominem ex homine abscissuꝝ: nisi forte aliq̄s existimet dictū fuisse: qui timuit coheredem: cum si quid diuinitatis habuisset non patris genitalia debuerit amputare: sed propria: ne Iupiter nasceretur: qui eum regni possessione priuauit. Idem sororem suam Rheam: quam latine Opem dicimus: cum haberet uxorem: responso uētitus eē dicitur mares liberos educare: quod futurū esset: ut a filio pelleret: quā rem metuens natos sibi filios non utiq̄ deuorabat: ut ferunt fabulę: sed necabat: q̄q̄ scriptū sit in historia sacra Saturnuꝝ & Opem: cęteroꝝq̄ tunc homines humanam carnem solitos hesitare. Verum primum Iouem leges hominibus moresq̄ condētem edicto prohibuisse ne liceret eo cibo uesci: quod si uerū est quę potest in eo fuisse iusticia? Sed fictum sane putemus Saturnum filios deuorasse modo cum aliqua ratione. Nūc iccirco qđ ait uulgus comedisse filios eum qui extulerit sepultureque mandauerit. Ops autem cum Iouem peperisset subtraxit infantē: eūq̄ nutriendum furtim misit in cretam. Rursum imprudentiam reprehendam necesse est. Cur enim responsum ab alio accepit potius? Cur in cęlo constitutus in terra non uidebat? Cur cum coribantes cymbalis fefellerunt? Postremo cur extitit aliqua uis potētiōr aut maiōr: quę illius uinceret potestatem? Nimirum senex a iuene facile uictus est: ac spoliatus imperio: fugit igitur expulsus: & in italiā nauigio uenit cum errasset diu: sicut Ouidius ī fastorum libris refert. Causa ratis super est tuscum rate uenit ad amnem: Ante pererrato falcifer orbe deus. Hunc errantem atque

*hesitare, nō hesitare nam frequenter  
tatum est ab edo. ss.*

*quod.*

*hesitare.*



26  
inopem Ianus excepit: cuius rei argumēta sunt nummi ueteres :  
in quibus est cum duplici fronte Ianus. Et in altera parte nauis :  
sicut idem poeta scribit. At bona posteritas puppim formauit in  
ere: hospitis aduentum testificata dei. Omnes ergo non tantum  
poetę : sed historiaꝝ quoq; ac reꝝ antiquarum scriptores homi  
nem fuisse consentiunt: qui res eius in Italia gestas memorię pro  
dideūt. Gręci Diodorus & Tallus : latini Nepos & Cassius &  
Varro: nam cum agresti quodam more in Italia uiueretur: is ge  
nus indocile ac dispersum montibus altis, composuit : legesque  
dedit: latium & uocari maluit; his quoniam tutus latuisset i oris.  
Censet ne aliquis deum esse : qui pulsus est: qui fugit: qui latuit ?  
Nemo tam stultus est: qui enim fugit aut latet & uim & mortem  
timeat necesse est. Orpheus quia temporibus eius recentior fuit  
aperte Saturnum in terra & apud homines regnasse cōmemorat  
πρῶτισ δὲ μὲν ἀναξεν ἐπὶ χθονίοων κρόνος ἀνδρῶν. ἐκ  
δέ κρόνου τένηται ἀναξ μετὰ σὺν εὐρώππια ξένος: idest primus  
quidem regnauit terrestrium Saturnus uiroꝝ: ex Saturno aut  
generatur ipse rex magnus latus uisibus Iupiter. Item noster Ma  
ro . Aure<sup>9</sup> hanc uitam in terris Saturnus agebat. Et alio loco, Au  
reat ut perhibent, illo sub rege fuere Sęcula sic placida: populos in  
pace regebat. Neq; superius dixit in cęlo egisse uitam: neq; inferi  
us superos in pace rexisse . Vnde apparet illum regem fuisse ter  
renum: quod alibi apertius declarat. Aurea cōdet sęcula: qui rur  
sus latio regnata per arua Saturno quondam. Ennius quidem in  
Eubemero non primum dicit regnasse Saturnum: sed Uranum  
patrem. Initio inquit primus in terris imperium summū Celus  
habuit : is id regnū una cū fratrib<sup>9</sup> suis instituit atq; parauit . Nō  
magna dissentio : si qdē maximoꝝ auctoꝝ de filio ac patre du  
bitatio est: sed tñ utrūq; fieri pōt: ut & primus Uranus eminere  
īter cęteros potētia coeperit: & pncipatū habē non regnū: postea  
Saturnus maiores sibi opes compauit: ac regiuꝝ nomē asciuerit.

Capitulum. xiiij. Quid inde Ennius doceat i sacra historia,

**D**unc quoniā ab his que retulimus aliquātulum sacra histo  
ria dissentit apiamus ea q̄ ueris litteris cōtinētur : ne poeta  
rum ineptias in accusandis religionib<sup>9</sup> sequi ac pbare uideamur.



Hęc enī uera sunt: Ex in Saturnus uxorem duxit Opem. Titan  
 q̄ maior natu erat: postulat ut ipse regnaret: ubi Vesta mat̄ eorū ibi  
 & sorores Ceres atq; Ops suadēt Saturno: ut de regno non cōce  
 dat fratri. Ibi Titā: q̄ facie deterior esset: q̄ Saturn⁹: iccirco & q̄  
 uidebat matrē atq; sorores suas operā dare: ut is Saturnus regna  
 ret: cōcessit ei ut is regnaret. Ita q̄ pact⁹ ē cū Saturno uti: si quid  
 libeꝝ uirilis sexus ei natū eēt: ne quē educaret: id ei⁹ rei cā fecit: uti  
 ad suos gnatos regnū rediret. Tū Saturno fili⁹: q̄ p̄m⁹ nat⁹ ē: euz  
 necauerūt. Deinde posteri⁹ nati sūt gemini Iupit̄ atq; Iuno. Tūc  
 Iunonē Saturno ī cōspectu dedere: atq; Iouē clā abscondūt: dātq;  
 eum Vestę educandum celantes Saturno. Itē Neptunū clam Sa  
 turno Ops parit: eumq; clanculum abscondit: ad eundem modū  
 tertio partu Ops parit geminos Plutonem & Glauca. Pluto la  
 tine est Diespiter: alii Orchum dicūt: ibi Glauca filiā Saturno  
 ostendunt: ac filium Plutonem celant atq; abscondunt. Deinde  
 Glauca parua emoritur. Hęc utiq; scripta sunt Iouis fratruꝝ: atq;  
 eius stirps aut cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptio  
 ne traditum est. Item paulopost hęc refert. Deinde Titan postq̄  
 resciiuit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam sedu  
 cit secum filios suos: qui Titani uocantur: fratremque suum Sa  
 turnum atque Opem comprehendit: eosque muro circumegit  
 & custodiam his apponit. Hęc historia q̄ uera sit: docet Sibylla  
 erithręa: eadem fere dicens nisi q̄ in paucis: quę ad rem non perti  
 nent discrepat. Iupiter ergo liberatur summi sceleris crimine: q̄  
 patrem uinxisse compedibus perhibetur. Id enim Titā patruus  
 fecit: q̄ ille contra pactiōnem iusq; iuranduz; mares liberos sustu  
 lisset. Reliqua historia sic contextitur: Iouem adultum cum audi  
 uisset patrem atq; matrem custodīs circumseptos: atq; in uincu  
 la coniectos uenisse cū magna cretensium multitudine titanūq;  
 ac filios eius pugnando uicisse: parentes uinculis exemisse: patri  
 regnum reddidisse: atq; ita in cretam remeasse. Post hęc deinde  
 Saturno datam sortem: ut caueret ne filius eum regno expelleret:  
 illū eleuandę fortis atq; effugiēdi pericui grā insidiatuz; Ioui ut periculi  
 eū necaret. Iouē cognitis insidīs regnum sibi denuo uendicasse  
 ac fugasse Saturnum: qui cum iactatus esset per omnes terras per  
 sequentibus armatis: quos ad eū cōprehendendum uel necanduz;  
 Iupiter miserat: uix in Italia locum in quo lateret inuenit.



Capitulū. xv. Qua ratione homines dū coeperūt nominari.

**Q**uibus ex reb<sup>9</sup> cū constet illos hoīes fuisse: nō est obscurū  
qua rōe dū coeperūt noīari. Si enī nulli reges añ Saturnum  
uel Vranū fuerūt pp̄t hominū raritatē: q̄ agrestē uitā sine ullo  
rectore uiuebāt: nō ē dubiū qn illis tēporibus hoīes regē ip̄m to  
tāq̄ gētē sūmis laudib<sup>9</sup> ac nouis honoribus iētare coeperunt: ut  
etiā deos appellarēt: siue ob miraculū uirtutis, hoc uere putabant  
rudes adhuc & simplices; siue ut fieri solet in adulatione p̄sentis  
potētīe siue ob bñficia: q̄bus erant ad hūanitatē cōpositi. Dein  
de ipsi reges cū cari fuissent his: quoꝝ uitā cōposuerāt, magnum  
sui desiderium mortis reliquerunt. Itaq̄ homines eorum simu  
lachra finxerunt: ut haberent aliquod ex imaginū cōtemplatione  
solatium: progressiq̄ longius per amorem meriti, memoriā de  
functoꝝ colere coeperunt: ut grām referre benemeritis uiderent:  
& successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem:  
quod Cicero de natura deorum docet dicens. Suscepit autem  
uita hominum consuetudoq̄ communis: ut beneficiis excellētes  
uiros, in cēlu; fama ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules: hinc Ca  
stor: hinc Pollux: hinc Aesculapius: hinc liber. Et alio loco, atq̄  
alio in plerisq̄ ciuitatibus intelligi potest acuendę uirtutis grā:  
aut quo libentius reipublicę causa periculu; adiret optimus q̄sq̄,  
uiorum fortium, memoriā, honore deorum immortalīū con  
secratam. Hac scilicet ratione romani Cęsares suos consecraue  
runt: & mauri suos reges. Sic paulatim religiones esse coepere,  
dum illi primi qui eos nouerant eo ritu: eos liberos ac nepōtes:  
deinde omnes posteros imbuerunt. Et hi tamē summi reges ob  
celebritatem nominis in prouintiis omnibus colebantur. Priua  
ti uero singuli populi, gentis; aut suę urbis cōditores: seu uiri for  
titudine insignes erāt: seu foemīę castitate mirabiles sūma uene  
ratione coluerunt: ut egyptii Isidem: mauri Iubam: macedones  
Cabyrim: poeni Vranū: latini Faunum: sabini Xanctū: romani  
Quirinū: eodē utiq̄ mō Athenę Mineruā: famos Iunonem: pa  
phos Venerem: lemnos Vulcanū: naxos Libeꝝ: Apollinē del  
phos. Sic per populos atq̄ regiones uaria sacra suscepta sūt: du;  
grati homines eē i suos principes cupiunt. Et quod alios bono  
res uita carentib<sup>9</sup> deferant, inuenire non possunt. Pręterea pietas

chari.

iacare

more.

corum. seu. suos.





eorum; q̄ successerant plurimū contulit ad errorē: qui ut diuina  
 stirpe nati uiderēt, diuinos honores parētib⁹ detulerūt: deferriq̄  
 iusserūt. An nō pōt aliq̄s dubitare quō religiones deoꝝ sint īsti-  
 tute: cū apud Maronē legat Aeneę uerba focij̄s īperātis! Nunc pa-  
 teras libate Ioui, p̄cibusq̄ uocate Anchisen genitorē: cui nō tan-  
 tū īmortalitatē: ueꝝ etiā uentoꝝ tribuit ptātem. Poscamus uētos  
 atq̄ hęc mea sacra quotannis: urbe uelit posita templis sibi ferre  
 dicatis. Idem. s. de Ioue, Liber & Pean & Mercurius & Appollo  
 fecerunt. Ac postea de his ipsis, successores eorum, accesserunt  
 etiam poetę & compositis ad uoluptatem carminibus in cęlum  
 eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges etiam malos panegi-  
 rib⁹ mendacibus adulantur: quod malum a gręcis ortū est: quo-  
 rum leuitas instructa, dicendi facultate et copia: incredibile ē quā-  
 tas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq̄ admirati eos et susce-  
 perunt primi, sacra illorum & uniuersis gentibus tradiderunt.  
 Ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat. Ἐλλάσθη τῆ πέ-  
 ποίθασ ἐπ' ἄνδρασ ἐν ἡγέμονασ; πόρστι λέ δώρα μαθαία  
 καταφθιμένοισ ἀνάτιθῆσ; θύεισ εἰδῶλοισ, τίσσοί ἐν νῶ  
 πλάνησ εβαλεν, ὥστεσε τάδε ποιεῖν μετὰλου θεοῦ  
 προσῶπου ἀπὸ λελιμμένου. i. gręcia quid confidis in uiros  
 principes: quid dona inania mortuis acquiris? immolas idolis?  
 qui tibi in mentē errorē imposuit, dei faciem relinquēti? Marcus  
 Tullius qui nō tantu; perfectus orator: sed & philosophus fuit:  
 si quidē solus exstitit Platonis imitator in eo libro: quo seipm  
 de morte filię consolatus est: nō dubitauit dicere deos qui publi-  
 ce colerentur homines fuisse. Quid ipsius testimonium eo de-  
 bet grauissimum iudicari: quod & augurale habuit sacerdotiu;  
 & eosdem se colere uenerariq̄ testatur. Itaq̄ intra paucos uersi-  
 culos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filię eodem se  
 modo consecraturum esse profiteretur: quo illi a ueteribus sunt  
 consecrati: et illos mortuos esse docuit: originem uanę supstitō-  
 nis ostendit. Cum uero, inquit, & mares & foeminas cōplures ex  
 hominib⁹ in deoꝝ numero esse uideamus: & eorum in urbibus  
 atq̄ agris augustissima delubra ueneremur: assentiam eoꝝ sapiē-  
 tię: quoꝝ īgenijs & īuentis omnem uitam legibus & īstitutis ex  
 cultā cōstitutāq̄ habem⁹. Quod si ullū unq̄ animal consecradū  
 fuit: illud profecto fuit, si Cadmi aut Amphitrionis progenies

panegiricus. i. laudatio mib⁹.

sicut deos cog-  
cis confitos.



aut Tyndari in celum tollenda fama fuit: huic idem honos certe dicendus est: quod quidem faciam. Te quoque omnium optimam doctissimamque approbatibus diis immortalibus ipsis in eorum coetu locatam ad opinionem omnium mortaliu[m] consecrabo: fortasse dicat aliquis pro nimio luctu delirasse Ciceronem. Atque omnis illa oratio & doctrina & exemplis & ipso loquendi genere perfecta non egri: sed constantis animi ac iudicii fuit. Et haec ipsa sententia nullum profert iudicium doloris. Neque enim illum puto tam uarie: tam copiose: tam ornate scribere potuisse: nisi luctum eius & ratio ipsa & consolatio amicorum & temporis longitudo mitigasset. Quid quod idem dicit in libris de republica: idem de gloria. Nam de legibus: quo in opere Platonem secutus, leges uoluit ponere: quibus putaret usuram esse iustam: & sapientem ciuitatem, de religione ita sanxit. Diuos & eos qui caelestes semper habiti sunt: colunt: & illos: quos in caelo merita locauerunt: Hercule[m] : Libe[m] : Aesculapium: Pollucem: Castorem: Quirinum. Item in tusculanis cum diceret totum pene celum humano genere completum: si uero inquit scrutari uetera: ut ex illis ea quae scriptores graece prodiderunt eruere coner: ipsi illi maiorum gentium dii qui habentur: hinc a nobis profecti in celum reperientur. Quare quorum demonstrantur sepulchra in graecia reminiscere: quoniam es initiatus quae tradantur sepulchra mysterijs. Tu denique quam hoc late pateat intelliges: testatus est: uidelicet Attici conscientiam, ex ipsis mysterijs intelligi posse: quod omnes illi homines fuerunt: qui coluntur: et cum de Hercule: Libero: Aesculapio: Castore: Polluce incunctanter fatentur. De Appolline ac Ioue patribus eorum. Item de neptuno, uulcano, Marte & Mercurio: quos maiorum gentium deos appellauit, timuit aperte confiteri. Et iccirco ait late hoc patere ut idem de Ioue ceterisque antiquioribus diis intelligamus: quorum memoria si eadem ratione ueteres consecrauerunt: qua se imaginem nomenque filiae consecratum esse dicit, ignosci merentibus potest: credentibus non potest. Quis enim tam demens qui consensu & placito innumerabilium stultorum aperiri celum mortuis arbitretur: aut aliquem (quod scelerato homini placuit Antonio) <sup>qui dixit</sup> deus Quirinus, quia hoc ipse non habeat dare alteri posse? Apud romanos deus Iulius quod hoc <sup>in po</sup> storibus uisum est: cum alter gemini fratris extiterit: alter patrie parricida: quod si consul non fuisset Antonius. C. Caesar pro suis in rempublicam meritis: etiam defuncti hominis honore

in ditiu[m]

scilicet, uolo

melius forte quae tradantur mysterijs de sepulchris.

quidem

ob ignorantiam

germani



caruisset. Et quod eodem consilio Pisonis sociari: & L. Cæsaris propinqui  
quætabatur funus fieri. Et Dolobellæ consul quæ colunam in foro: id est in  
titulum eius evertit: ac foris expiavit. Nam Romulum desiderio suis fu-  
isse, declarat Ennius: apud quem populus amissum regem dolens hæc lo-  
quitur. O Romule Romule dic quæ te patriæ custodere dii genuerunt:  
Tu produxisti nos intra luminis oras. O pater: o genitor patriæ: o san-  
guinem diis oriundum: ob hæc desiderium facilem creditum est Iulio Procu-  
lo metienti: quæ sobornatus a patribus est ut nunciaret plebi suæ uidi-  
se se regem humano habitu augustiorem: eumque mandasse ad po-  
pulum ut sibi delubrum fieret: se deum esse & Quirinum uoca-  
ri: quo facto & ipsi populo persuasit Romulum ad deos abiisse:  
& senatum suspitione cædis regiæ liberauit.

**C**apitulū. xvi. Qua ratione dii esse non possunt: quos sexus  
discernit. Et quæ in naturam dei non accidit: aut sexus: aut coitus:  
aut officium generandi.

**P**oteram his quæ retuli esse contentus: sed supersunt adhuc  
multa suscepto operi necessaria. Nam quamuis ipso religi-  
onum capite destructo uniuersa sustulerim: libet tamen prosequi  
cætera & redarguere plenius inueteratam persuasionem: tandem  
homines pudeat suorum ac poeniteat errorum. Magnum hoc  
opus & homine dignum. Religionum animos, nodis exoluere  
pergo: ut ait Lucretius: qui quidem hoc efficere non poterat: quæ  
nihil ueri afferebat. Nostrum est hoc officium: qui & uerum de-  
um asserimus: & falsos refutamus. Illi ergo qui poetas finxisse  
de diis fabulas opinantur: et deas foeminas esse credunt et colunt:  
reuelantur imprudentes ad id quod negauerant: coire illos ac  
parere. Nec enim fieri potest: quin duos sexus, generandi causa  
sint instituti. Recepta uero sexuum diuersitate non intelligunt  
consequens esse: ut concipiant: quod in deum cadere non potest.  
sed ut isti putant: nam & Iouis esse filios dicunt & cæterorum deo-  
rum. Nascuntur ergo et quotidie quidem dii noui: nec enim uicunt  
ab hominibus fecunditate. Igitur deorum innumerabilium plena  
sunt omnia: nullo scilicet moriente. Nam cum uis hominum incredibilis  
numerus sit inestimabilis: quos tamen sicuti nascuntur mori ne-  
cesse est. Quid deorum esse tandem putemus: quæ tot sæculis nati sunt:



immortalesq; manserunt? Cur ergo tam pauci colunt, nisi forte arbitramur non generandi causa: sed tantummodo capiende voluptatis duos esse sexus deorum: & ea exercere: quae homunculos & facere & pati putet? Cum uero dicant aliqui ex aliquibus nati: consequens est ut semper nascantur: si quidem aliqui sunt nati: uel si aliqui nasci desierunt scire nos conuenit? Cur autem quoniam desierint: non illepide Seneca in libris moralibus philosophiae, Quid ergo est inquit, quod apud poetas fallacissimus Iupiter desierit liberos tollere? *Vt* lexagenarius factus est: & illi lex papia tabulam imposuit? An imperauit ius trium liberorum: an tandem illi uenit in mentem ab alio expectes, alteri quod feceris? Et timet ne quis sibi faciat: quod ipse Saturno? At isti quae deos afferunt uideant quomodo respondeant huic argumento quod inferemus. Si duo sunt sexus deorum: sequitur concubitus? Si coeunt: & domos habeant necesse est. Nec enim carent uirtute ac pudore: ut hoc promiscue aut in propatulo faciant: sicut multas uidemus facere animalia. Si domos habent consequens est: ut & urbes habeant: & quidem auctore Nasone qui ait. Plebes habitat diuersa locis, ac fronte potentes / Celicole, clarique suos posuere penates. Si habent urbes: & agros igitur habebunt. Iam quis non uideat quae sequantur: arare illos & colere quod uictus causa fit: ergo mortales sunt: quod argumentum idem retrouersum ualeat. Si enim agros non habent: nec urbes quidem. Si urbes non: nec domos quidem. Si domibus carent: ergo & concubitu. Si concubitus ab his abest: et sexus igitur foemineus. In dijs autem uidemus & foeminas esse ergo dijs non sunt. Dissoluat hoc argumentum si quis potest. Ita enim res rem sequitur: ut haec ultima necesse sit confiteri. Sed ne illud quidem dissoluet aliquis ex duobus sexibus alter fortior alter infirmior est. Robustiores enim mares sunt: foeminae imbecilliores. Imbecillitas autem non cadit in deum: ergo nec foemineus sexus. Huic additur superioris argumenti extrema illa conclusio: ut dijs non sint: quoniam in dijs & foeminae sunt.

an.  
impetant.

mata.

climax figura.



**C**apitulū. xvij. Quod stoici fidem historiae & poetarum figmenta inani physiculatiōe peruertūt: & quae miserie & turpitudines de dijs referantur.

**O** B has rationes stoici alio uersu deos interpretantur. Et quae non uident quid sit in uero, conantur eos cum rerum

aliorum.



naturalium ratione cōiungere: quos Cicero secutus de dijs: ac religionib⁹ eoꝝ hāc snām tulit. Videtis ne igit: ut a p̄hysicis reb⁹ bñ atq; utilit̄ iuentis tracta rō ē ad cōmenticios ac fictos deos: q̄ res genuit falsas opiniones erroresq; turbulētos sup̄stitiones pene aniles: & formę enī deoꝝ nobis: & ęrates: & uestit⁹ ornatufq; noti sūt. Genera p̄terea, coniugia: cognatiōes oēs: oīaq; traducta ad similitudinē ibecillitatis hūanę. Quid plani⁹? Quid ueri⁹ dici pōt Romanę philosophię p̄nceps: & amplissimo sacerdotio p̄dit⁹ cōmēticios ac fictos deos redarguit: quoꝝ cultus sup̄stitiones pene aniles esse testat: falsis opinionibus erroribusq; turbulētis implicatos esse homines quęritur? Nam totus liber tertius de natura deoꝝ omnes funditus religiones euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Num eloquentia superare possumus Ciceronem? minime id quidē: sed fiducia illi defuit ignorant̄i ueritatem: quod ipse simpliciter in eodem opere confitē. Ait enim facilius se posse dicere quid non sit: q̄ quid sit: hoc est falsa se intelligere uera nescire. Clarum est igitur homines fuisse illos: qui dij putantur. Et eorum memoriam post mortem consecratam: ideo etiam ęrates diuersę sunt: & certę imagines singulorum q̄ in eo habitu, & ętate singulorum simulachra configurata sunt: in qua quęnq; mors deprehendit. Consideram⁹ si placet erūnas infeliciū deorum: Isis filium perdidit: Ceres filiam expulsam & per orbem terre iactatam: Latona uix in insulam parua; in qua pareret inuenit: Deum mater & amauit formosum adolescentē & eundem cum pellice deprehensum exectis uirilib⁹ se iuiꝝ reddidit. Et nūc a gallis sacerdotibus sacra eius celebrantur. Iuno Pellices acerrime persecuta est: quia parere ip̄a nō potuit ex fratre. Insulam samū scribit Varro prius partheniam nominatam, q̄ ibi Iuno adoleuerit: ibiq; etiā Ioui nupsit: itaq; nobilissimum & antiq̄ssimū templum eius est Sami: & simulachrum in habitu nubentis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarū ritu celebrantur. Si ergo adoleuit: si fuit uirgo primo postea mulier: hominem fuisse qui non intelligit, pecudē se fateret? Quid loquar obscœnitatem Veneris omnium libidinibus prostitutę: non deorum tātum: sed etiam hominum? Hęc enim ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam: ex Mercurio hermaphroditum: qui est natus Androginus: ex Ioue cupidine; ex Anchisa



Aeneam ex buthe Herichen. Ex Adone q̄de; nullū potuit q̄ etiā  
 tū puer ab apro ictus, occisus ē: q̄ p̄ma ut ī historia sacra cōtinet  
 artē meretriciā īstituit: auctorq; mulierib; ī cypro fuit: uti uulgo  
 corpoꝝ q̄stuz facerēt. Qd' iccirco īperauit, ne sola p̄t̄ alias mu-  
 lieres īpudica & uiroꝝ appetēs uideret. Etiā ne habet hęc aliqd  
 numinis: cui; plura numerāt adulteria q̄ part;. Sed ne illę quidē  
 uirgines illibatam castitatem seruare potuerunt. Vnde enim pu-  
 temus *Erichthonium* eē natū: an ex terra: ut poetę uideri uolūt?  
 At res ipsa clamat. Nam cuz *Vulcanus* d̄is arma fecisset: eiq; *Iu-*  
 piter optionem dedisset p̄mii quod uellet postulandi: iurassetq;  
 ut solebat per infernam paludem: se nihil negaturum: tum faber  
 claudus *Minerū* nuptias postulauit. Hic *Iupiter* optimus maxi-  
 mus tanta religione constrictus abnuere non potuit: *Minerū* tamen  
 monuit repugnare pudicitiamq; defendere: tuz in illa col-  
 luctatione *Vulcanum* in terram profudisse aiunt semē unde sit  
*Erichthonius* natus: idq; illi nomen impositum: ἀπό τῆς ἐρί  
 ἄδσ καὶ χθονόσ. idest ex certamine atq; humo. Cur igitur uir-  
 go eum puerum cum dracone conclusum & obsignatum tribus  
 uirginibus *cecropidis* commendauit: euidēs ut opinor incestū:  
 quod nullo modo tolerari possit. Altera cum pene amatorem  
 suum perdidisset: qui erat turbatis distractus equis: p̄stantissi-  
 mum medicum *Aesculapium* curando iuueni aduocauit: eumq;  
 sanatū secretis alma recondit sedibus. & *Nymphę egerię*: nemo  
 riq; relegat. Solus ubi in syluis italis ignobil' euum exigeret: uer-  
 soque ibi nomine uirbius esset. Quid sibi uult hęc tam diligens  
 tam sollicita curatio? Quid secrete sedes? Quid relegatio uel tam  
 longe: uel ad mulierem: uel ad insolitudinem? Quid deinde no-  
 minis commutatio? Postremo quid equoruz tam p̄tinax abomi-  
 natio? Quid significāt hęc omnia nisi cōsciētia; stupri: aut amo-  
 rē minime uirginalem? Erant plane: cur tantum laborem pro tā  
 fideli iuuenē susciperet: qui amanti nouerq; obsequium p̄negaret.

¶ Capitulum. xviii. Quomodo refellantur hi qui deos esse fa-  
 ctos ex hominibus mentiantur.

**H**oc in loco refellendi sunt etiam hi qui deos ex hominib;  
 esse factos non tantum fatentur: sed ut eos laudent etiam



glorianē aut uirtutis grā: ut Herculē: aut munerū: ut Cererem ac  
Libey: aut artiū repertay: ut Aesculapiū uel Mineruā. Hęc uero  
q̄ iēpta sint: q̄q; nō digna ppt̄ q̄ hoīes iēxiabili se scelere cōtami  
nent: hostesq; deo uero fiāt: q̄ cōtēpto mortuoꝝ sacra suscipiūt  
ex singulis reb⁹ ostēdā. Virtutē eē dicūt: q̄ hoīem tollat in cēlū:  
nō illā de qua philosophi dixerūt: quę posita est in bonisanimi  
sed hanc corporalem quę dicitur fortitudo: quę quoniam præci  
pua in Hercule fuit: immortalitatem meruisse creditur. Quis tā  
stulte ineptus est: ut corporis uires diuinum uel etiam humanū  
bonum iudicet: cum sint et maiores, pecudibus attributę: ut uno  
morbo sepe frangātur: uel ipsa senectute oculi minuantur et cor  
ruant? Itaq; idem ille cum deformari ulceribus thoros suos cer  
neret: nec sanari se uoluit: nec senem fieri: ne quādo seip̄o minor  
aut deformior uideretur. Hunc ergo quo uiuum seipsum com  
buserat, ascendisse in cēlum putauerunt: eaque ipsa quę stultissi  
me admirati sunt, simulachris & imaginibus compressa & con  
secrata posuerunt: ut imperpetuum uanitatis eorum monumen  
ta præstarent: qui ob necē bestiarum deos fieri credidissent. Sed  
hęc gręcorum fortasse culpa fit: qui res leuissimas pro maximis  
semp̄ habuerūt. Quid nostri num sapientiores: q̄ athleticā qdē  
uirtutem cōtemnunt? quia nihil obest sed regiam: quia late solet  
nocere: sic admirant̄ ut fortes & bellicosos duces in deoꝝ coetu  
locari arbitrentur. Nec esse ullā aliā ad imortalitatem uiā: q̄ exer  
citus ducere: aliena uastare: urbes, delere, oppida excidere: liberos  
populos aut trucidare: aut sb̄icere seruituti: uidelicet quo plures  
homines afflixerint: spoliauerint: occiderint: eo se nobiliores &  
clariores putant: & inanis glorię specie capti scelerib⁹ suis nomē  
uirtutis imponunt. Iam malle ut a feray cędibus deos sibi fin  
gerent: q̄ immortalitatem tam cruentam probarent. Si quis unū  
hominem iugulauerit pro contaminato ac nefario habetur. Nec  
ad terrenum hoc domicilium deorum admitti eum fas putant.  
Ille autem qui infinita hominum milia trucidauerit: cruore cam  
pos mundauerit: flumina ifecerit: non mō in templū: sed etiā in  
cēlum admittitur. Apud Enniū sic loquit̄ Africanus. Sic fas ce  
dendo cęlestia scandere cuiq̄ est: mihi soli cęli maxima porta pa  
tet: scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac per  
didit. O quātū in tenebris Africane uersat⁹ es: uel poti⁹ o poeta



qui per cedes & sanguinē patere hominib⁹ i cēlū ascensū putaue-  
ris. Cui uanitati etiā Cicero assentit. Est uero iquit Africane: naz  
& Herculi eadē ipa porta patuit, tāq̄ ipse plane, cū id fieret ianitor,  
fuerit i cēlo: eqdē statuere nō possū dolēdū ne poti⁹, ridendū an  
putē: cū uideā & graues & doctos & (ut sibi uident) sapiētes ui-  
ros: i tā miserādis erroꝝ fluctib⁹ uolitari: sed hęc ē uirtus q̄ nos  
imortales facit: mori qdē malī q̄ exitiū eē q̄ plurimis: si aliē para-  
ri imortalitas nō pōt: nisi p̄ sanguinē: quid fiet: si omnes i cōcor-  
diam cōsenserit. Quod fieri pōt: si pernitioso & impio furore  
proiecto inocentes esse ac iusti uelīt. Num igitur nemo erit cēlo  
dignus? Num peribit uirtus: quia hominibus in homines seuire  
non dabitur? Sed isti qui euerfiones urbium populorumq; sum-  
mam gloriam computant: ocium publicum non ferent: rapient  
seuiant: & iniurijs insolenter illatis, hūanę societatis foedus irrū-  
pent: ut habere hostem possint: quē sceleratius deleant q̄ laceffe-  
rint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomē deorū Cereri ac Libero  
traditio munerum fuit. Possum diuinis docere litteris: unum  
atq; fruges ante progeniem cēli; atq; Saturni fuisse in usu; homi-  
num: sed ab his sane inuenta esse fingamus. Num potest plus ui-  
deri aut maius collegisse fruges: hi q; fractis panem facere docu-  
isse: aut uuas de uitibus lectas expressisse: uinumq; fecisse: q̄ fru-  
ges ipsas aut uites generasse aut protulisse de terra? Reliquerit  
hęc sane deus humanis ingenijs eruenda: tamen fieri non potest  
quin ipsius sint omnia: qui tribuit sapientiam homini: ut inueni-  
ret & ipsa illa: quę possent inueniri primus inuenit. Artes quoq;  
suis inuentoribus immortalitatem peperisse dicuntur: ut Aescu-  
lapiō medicina: Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos q; ful-  
lonicā sutrināq; docuerūt. Cur aut figulino reptori honos non  
habetur? An quia isti diuites uasa samia cōtemnunt? Sunt & alię  
artes quaz; repertoꝝes humanę uite plurimū profuerūt. Cur non  
etiam illis attributa sunt templa? sed nimirum Minerua est: quę  
omnes reperit. Ideoq; illi opifices supplicant. Ergo ab his sordi-  
bus Minerua ascendit in cēlum. Est uero causa cur quisq; derelin-  
quat eum: qui terram cum animantibus: cēlum cu; astris & lumi-  
nibus exorsus est: ut eaz; ueneretur: quę telā docuit ordiri. Quid  
ille qui uulnera in corporibus sanare docuit? Num potest esse  
prestantior: q̄ qui corpora ipsa formauit? sentiendi aut uiuendi

ascendendum patem.

malle.

traditione



rationem dedit: Herbas deniq; ipsas & cetera quibus medendi  
ars constat: excogitauit atq; protulit.

**C**apitulum. xix. Quod deos uanos & deum uerum nemo  
simul potest colere.

**T**enim dicit aliquis & huic sūmo: qui fecit omnia: & illis  
qui partem proferunt suam, uenerationem esse tribuendā.  
Primum nec factum est unq;: ut qui hos colit etiam deum colue  
rit: neq; fieri potest: quoniam si honos idem tribuitur aliis: ipse  
ideo non colitur: cuius religio est, illum esse unum ac uerum deū  
credere. Clamat summus poeta eos omnes: qui in uentis uitam  
excoluere per artes apud inferos esse: ipsumq; illum medicine re  
pertorem talis & artis ad stygias undas fulmine esse detrusū: ut  
intelligamus quātum ualeat pater omnipotens: qui etiā deos ful  
minibus extinguat: sed homines ingeniosi hanc secum habebāt  
fortasse rationem: quia deus fulminari non potest: apparet non  
esse factum: imo uero quia factum est apparet hominem fuisse  
non deum. Mendacium enim poetarum non in facto sed in no  
mine. Metuebant enim malū si cōtra publicā p̄suasionē faterent̄  
qđ erat uey. Qđ si hoc cōstat iter ip̄os, ex hominib<sup>9</sup> deos factos:  
cur ergo nō credunt poetis: si qñ illoꝝ fugas & uulnera: & mor  
tes: et bella: & adulteria describūt? Quib<sup>9</sup> ex reb<sup>9</sup> itelligi dat̄ nō  
potuisse ullo pacto fieri deos: q̄ ne hoīes qđem p̄bi fuerunt: eaq;  
in uita sua gesserunt que mortem pariunt sempiternam.

**C**apitulum. xx. De propria romanorum religione.

**V**enio nunc ad proprias romanorum religiones: quoniam  
de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa, honorib<sup>9</sup> est  
affecta diuinis. Et ferrem si animal ipsum fuisset: cuius figuram  
gerit. Sed auctor est Liuius: larentinē eē simulachrum: & qđem  
non corporis: sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli uxor:  
& p̄p̄t̄ uulgati corporis uilitatem Lupa iter pastores: idest mere  
trix nuncupata ē: unde etiā Lupanar dicit̄. Exemplū scilicet athe  
nensium, in ea figuranda, romani secuti sunt: apud quos mere  
trix quēdam nomine Leena cum tyrannum occidisset: quia  
nefas erat simulachrum constitui meretricis in templo: animalis



effigiem posuerunt: cuius nomē gerebat. Itaq; ut illi monumen-  
tū ex noīe: sic isti ex p̄fessione fecerūt. Huius nominis etiā dies  
festus dicat<sup>9</sup> est, & larētilinalia cōstituta. Nec hāc solā Romani  
meretricē colūt: sed Faulam quoq; quā; Herculis scortū fuisse  
Verrius scribit. Iam quanta ista immortalitas putanda sit: quā  
etiam meretrices assequātur. Flora cū magnas opes ex arte mere-  
tricia quēsiuisset: populū Romanū scripsit heredē: certāq; pe-  
cuniā reliquit: cuius ex ānuo foenore suus natalis dies celebrare  
editione ludorū quos appellāt floralia. Quod q̄ senatui flagi-  
tiosum uidebat̄ ab ipso nomine argumentū sumi placuit: ut pu-  
dēde rei quēdā dignitas adderet. Deā finxerūt esse: quē florib<sup>9</sup>  
p̄clit: eāq; oportere placari: ut fruges cū laborib<sup>9</sup>: aut uitib<sup>9</sup> be-  
ne prospereq; florescerēt. Eū colorē secutus in fastis poeta non  
ignobilē nymphā fuisse narrauit quē sit coloris uocitata: eamq;  
Zephyro nuptā quasi dotis loco id accepisse muneris a marito  
ut haberet omniū florū p̄tatem. Honestē quidē ista dicunt̄: sed  
inhonestē turpiterq; credūt. Nō debēt cū ueritas q̄rit̄, huiusmo-  
di nos uelamēta decipere. Celebrant̄ ergo illi ludi cū omni lasci-  
uia cōueniētes memoriē meretricis. Nam p̄ter uerboꝝ licētia;  
quibus obscœnitas oīs effundit̄: exuūtur etiā uestibus populo  
flagitante meretrices: quē tunc mimorum funguntur officio: eti-  
am in conspectu populi usq; ad satietatem impudicorum lumi-  
nū cū pudendis motibus detinentur. Cloacinē simulachriū in  
cloaca maxima repertum Tatiū consecrauit: & quia cuius esset  
effigies ignorabat ex loco illi nomen imposuit. Pauorem pallo-  
remq; Tullius Hostilius figurauit & coluit. Quid de hoc dicā  
nisi dignum fuisse quē semper deos suos sicut optari solet p̄-  
sentes haberet. Ab hoc illud. M. Marcelli de cōsecratione hono-  
ris atq; uirtutis, honestate nominum differt, re congruit. Eadem  
uanitate, mentem quoq; inter deos Senatus quoque collocauit:  
quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra nūquam suscepisset  
Magnum Cicero audaxq; cōsiliū suscepisse grēcia; dicit: q̄ cu-  
pidinū & amorū simulachra in gymnasijs cōsecrasset: adulat<sup>9</sup> est  
uidelicet Athico: & irrisit hoīez familiarē. Nō est enim illud ma-  
gnū aut omnino cōsiliū dicēdū fuit: sed impudicoꝝ hominum  
perdita & deplorata nequitia: qui liberos suos: quos erudire ad  
honestā deberent: prostituerunt libidini iuuentutis: a quibus  
d

*scilicet, quis nō uidet*

*simulachrum*



flagitiorum deos, & in illis potissimum locis: ubi nuda corpora corruptorum lumib<sup>9</sup> patet: & in illa coli etate uoluerunt: que simplex & improuida prius irretit: & in laqueos potest cadere quam cauere. Quid mirum si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt: apud quam ipsa uicia religiosa sunt: eaque non modo non uitantur: uerum etiam coluntur. Et ideo huic sententiae tanquam grecos prudentia uinceret, adiecit: Virtutes enim oportere non uicia consecrari. Quod si recipis o Marce Tulli, non uides fore ut irrumpant uicia cum uirtutibus: quae mala bonis adherent & in animis hominum potentiora sunt: quae si uetas consecrari: respondebit tibi eadem illa greca se alios deos colere ut possint, alios ne noceant. Haec enim excusatio semper est eorum: quae mala sua pro diis habent: ut Romani rubiginem ac febrem: si ergo uicia consecranda non sunt: in quo tibi assentior: ne uirtutes quidem. Non enim per se sapiunt: aut sentiunt: neque intra parietes: aut ediculas luto factas: sed intra pectus collocandae sunt: & interius comprehendendae ne sint falsae: si extra hominem fuerint collocatae. Itaque preclaram illam legem tuam derideo: quam ponis his uerbis. Ast illa propter quae datur homini ascensus in caelum: mentem: uirtutem: pietatem: fidem: earumque laudum delubra sunt. An quin haec separari ab homine non possunt? Si enim colenda sint: in homine ipso necesse est sint. Si autem sint extra hominem: quid opus est ea colere quibus careamus. Virtus colenda est non imago uirtutis: & colenda est non sacrificio aliquo: aut thure: aut precatatione solemni: sed uoluntate sola aut proposito. Nam quid est aliud colere uirtutem: nisi eam comprehendere animo & tenere: quod unusquisque simul accepit uelle consequitur? Hic solus uirtutis est cultus: nam religio & ueneratio nulla alia nisi unius dei tenenda est. Quid igitur opus est o uir sapientissime superuacuis extructionibus loca occupare: quae possint humanis uisibus cedere? Quid sacerdotes constituere uana & insensibilia cultores? Quid immolare uictimas? Quid tantos sumptus: uel fingendis uel colendis imaginibus impendere? Firmius & incorruptius templum est pectus humanum: hoc potius ornatur: hoc ueris illis numinibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes sequitur quod necesse est. Qui enim uirtutes sic colunt: id est quae umbras atque imagines uirtutem consecrantur: ea ipsa quae uera sunt: tenere non possunt. Itaque nulla in quoquam uirtus est, uicijis

quod

uicijis



ubiq; dominantibus nulla fides: omnia pro se quoq; rapiente p  
 fidia: nulla pietas nec cō sanguineis: nec parētibus: parcente auari  
 tia & cupiditate in uenenū & ferrū ruēte; nulla pax: nulla cōcor  
 dia; publice bellis sēuētibus: priuatis iimicitijs usq; ad sangui  
 nē furētibus: nulla pudicitia libidinibus effrenatis omnē sexum  
 & oēs corporis ptes cōtaminātibus nec tñ desinūt ea colere que  
 fugiūt & oderūt. Colūt enī thure ac summis digitis: que senti  
 bus intimis colere debuerūt: qui error oīs ex illius principalis ac  
 summi boni ignoratione descendit. Vrbe a gallis occupata, ob  
 fessi ī capitolio Romani cū ex mulierū capillis tormēta fecissēt.  
 eđē Veneri caluē cōsecrarūt. Nō igit̄ intelligūt q̄ uanę sint reli  
 giones: uel ex eo ip̄o q̄ eas his ineptis cauillant. A lacedemoniis  
 fortasse didicerāt: deos sibi ex euentis fingere. Qui cum mesla  
 nos obsiderēt: & illi furtim decēptis oblesorib; egressi ad diri  
 piendā lacedemonē cucurrissēt: a parthanis mulieribus fusi fu  
 gatiq; sunt. Cognitis aut̄ hostium insidijs lacedemonij sequebā  
 tur. His armate mulieres obuiā longius exiuerūt: que cuz uiros  
 suos cernerent parare se ad pugnā: qui putarent messenios esse:  
 corpora sua nudauerunt. At illi uxoribus cognitis & aspectu  
 in libidinem concitati sicut erant armati permixti sunt utiq; p  
 miscue. Nec enim uacabat discernere: sic iuuenes hasdem antea  
 missi cum uirginibus: ex quibus sunt parthenij nati. Propter hu  
 ius facti memoria; eđē Veneri armate simulachrū poluerūt.  
 Quod tam & si ex causa turpi: tamen honestius uidet̄ armatam  
 Venerem cōsecrasse: q̄ caluam. Eodē tempore Ioui quoq; pasto  
 ri ara apposita est: q̄ eos in quiete monuisset ut ex omni frumē  
 to quod habebant panem facerent: & in hostium castra iactarēt  
 eoque facto soluta esset obsidione: desperantibus gallis inopia  
 subigi posse Romanos. Que ista religionum deritio est: si eo  
 rum defensor essem quid tam grauiter queri possunt: q̄ deo no  
 men in tantum uenisse contemptum: ut turpissimis nominibus  
 ludibrio habeatur! Quis non rideat fornacem deam: uel poti;  
 doctos uiros celebrandis fornacalibus operari! Quis cū audiat  
 deam mutam, tenere risum queat! Hanc esse dicunt ex qua sint  
 nati lares: & ipsam laram nomināt uel larundam. Quid presta  
 re colenti potest: que loqui nō potest! Colitur & cęca: que Her  
 culi fecit indiciū de furto boū: diuinitatem cōsecuta q̄ perdidit

*tormenta hęc in parte sunt, quib;  
 lapides tanguntur.*



*Doc.*



fratrē. Et Cunina quę infantes tuetur in cunis ac fascinas summo uet. Et Sterculi<sup>9</sup> q̄ stercoreādi agri rōem primus induxit. Et Turtinus in cui<sup>9</sup> sinu pudēdo nubētes p̄fidēt ut illaz pudicitia p̄ or de<sup>9</sup> delibasse uideat̄. Et mille alia portēta: ut iam uaniores q̄ hęc colēda susceperit quā egyptios eē dicam<sup>9</sup>: q̄ monstruosa & ridicula quędā simulachra uenerāt & colūt: hęc tñ aliquā habēt imaginē. Quid q̄ lapidē colūt informē atq; rudē: cui nomē erat Termin<sup>9</sup>. Hic est quē p̄ Ioue Saturn<sup>9</sup> dicit̄ deuorasse: nec īmerito illi honos tribuit̄. Nā cū Tarqni<sup>9</sup> capitolium facere uellet: eoq; in loco multoz deoz sacella essent: cōsuluit eos p̄ auguria: utrū Ioui cedere uellēt: & cedētib<sup>9</sup> ceteris solus Termin<sup>9</sup> māsit. Unde illū poeta capitolū imobile saxū uocat. Iam ex hoc ip̄o q̄ magnus Iupiter inuenit̄ cui nō cessit lapis: ea fortasse fiducia q̄ illū de paternis faucib<sup>9</sup> liberauerat. Facto itaq; capitolio supra ip̄m Terminū foramē est in tecto relictū: ut q̄ non cessaret libero celo fruere: quo ipsi neqdē fruebātur: qui lapidē frui putauerūt. Et huic ergo publice supplicatur quasi custodi finiū deo: qui n̄ tantum lapis sed etiam stipes interdum est. Quid de his dicam qui colunt talia: nisi ipsos potissimū lapides ac stipites esse!

#### Capitulum. xxi. de sacrificijs & mysterijs eorum.

**O**iximus de dijs ipsis: q̄ coluntur. Nūc de sacrificijs: ac mysterijs eoz pauca dicēda sunt. Apud cypros autē humana; hostiam Ioui Theucus immolauit. Idq; sacrificiū posteris tradidit: quod est nuper Adriano imperante sublatum. Erat lex apud tharos, inhumanam & feram gentem: ubi Diane hospites īmolarent: & id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli Esūm atq; Theutāntem humano cruore placabant. Nec latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt. Siquide; latialis Iupiter: & nunc sanguine colitur humano. Quid ab his boni precantur qui sic sacrificāt! Aut quid tales dij hominibus prestare possunt: quorum poenis propiciantur: sed de barbaris nō est adeo mirādum: quorum religio cum moribus cōgruit. Nostrī uero qui semper mansuetudinis & humanitatis gloriam sibi uendicauerunt: nonne sacrilegis, his sacris, immaniores reperiunt̄! Hi enim potius scelerati sunt habēdi: qui cū sint liberalium



disciplinarū studijs expoliti ab humanitate desciscūt: quā q̄ ru-  
 des & imperiti ad mala facinora bonoꝝ ignoratōe labunt. Ap-  
 paret tñ antiquū esse hūc immolandoꝝ hominū ritū. Sigdem  
 Saturnus in latio eodē genere sacrificij cult⁹ est: nō q̄dem ut ho-  
 mo ad arā immolaret: sed uti in tiberim de ponte miluio mitte-  
 retur: qd̄ ex responso quodā factitatū Varro auctor est. Cuius  
 respōsi ultimus uers⁹ ē talis. καί κεφαλάσ κροδή, καί τῶ πα-  
 τρι πέμπετε φῶτα. & capita Saturnio, & patri mittite lūina:  
 idest hominem. Quod quia uidetur ambiguum: & fax illi &  
 homo iaci solet. Verum id genus sacrificij ab Hercule cum ex  
 Hispania rediret dicitur esse sublatum ritu tamen p̄manente:  
 ut pro ueris hominibus imagines iacerentur ex scirpo: ut Oui-  
 dius in fastis docet. Donec inde uenit thiryntius arua quot ānis  
 Tristia: Leucadio sacra parata modo. Illum stramineum in a-  
 qua; misisse quirites. Herculis exemplo corpora falsa iace. Hęc  
 sacra uestales uirgines faciunt: ut ait idem. Tum quoq; priscoꝝ  
 uirgo simulachra uiroꝝ. Mittere roboreo scyrpea pōte solet  
 Nam de infantibus qui eidem Saturno immolabantur propter  
 odium Iouis: quid dicam! Non inuenio tam Babaros tam ima-  
 nes fuisse homines: ut parricidium suum: idest tetrum atq; exe-  
 crabile humano generi facinus sacrificium uocarent: cum tene-  
 ras atq; innocentes animas: quę maxime est ętas parentib⁹ dul-  
 cior sine ullo respectu pietatis extinguerēt: immanitatemq; om-  
 nium bestiarum: quę tamen foetus suos amat feritate superarēt.  
 O dementiā insanabilem: quid illis isti dū amplius facere non  
 possent: si essent iratissimi q̄ faciunt propicij! Cuiꝝ suos cultores  
 parricidijs inquināt: orbitatibus mactāt: humanis sensibus spo-  
 liāt. Quid pōt esse his hominibus sancti! Aut qd̄ in p̄phanis locis  
 faciēt: q̄ inter aras deoꝝ summa scelera cōmittunt! Pescenius fe-  
 stus in libris historiariꝝ per satyram refert, Carthaginēses Satur-  
 no humanas hostias solitos immolare: & cum uicti essent ab A-  
 gathocle rege siculorū iratū sibi deū putauisse: itaq; ut diligēti-  
 us piaculū soluerēt: ducentos nobiliū filios immolasse. tantū re-  
 ligio potuit suadere maloꝝ: quę peperit scelerosa atq; impia fa-  
 cta. Cuiꝝ ergo dementissimi homini illi sacrificio consulebant: *homines.*  
 cum tantam partem ciuitatis occiderent: quantam fortasse ne  
 Agathocles quidem uictor occiderat! Ab isto genere sacroꝝ nō  
 d 3:





matris, legendum  
potius.

phatidico.

minoris infanġe iudicanda sunt publica illa sacra: quoꝝ alia sũt  
matris, in quibꝰ homġes suis ipsis uirilibꝰ litāt. Amputato enim  
sexu nō uiros se nec foeminas faciũt. Alia uirtutis: quā eādē bel  
lonā uocāt: in qbus ipsi sacerdotes non alieno sed suo cruore ū  
crificāt. Sectis nāq; humeris & utraq; manu districtos gladios  
exerētes currũt: & efferunt & insaniũt. Optime igit̃ Quĩtilianꝰ  
in phatidico istud inq̃t. Si deꝰ cogit iratꝰ est: etiā ne hęc sacra sunt:  
Nōne satius est pecudū mō uiuere, q̃ deos tam impios: tam pro  
phanos: tā sanguinarios colere? S; unde isti errores: & hęc tanta  
flagitia manauerũt: suo loco differemꝰ. Interim uideamꝰ & cę  
tera quę carēt scelere: ne studio insectādi uideamur eligere peio  
ra. Isidis ęgyptia sacra sunt q̃tenus filiū puulū uel pdiderit uł in  
uenerit. Nā p̃mo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pecto  
ra tundũt: lamentant̃ sicut ipsa cū perdidit fecerat. Deĩde puer p  
ducitur quasi inuētus, & in lęticiā luctꝰ ille mutat̃. Ideo lucanꝰ.  
Nunq̃q; satis quęsitꝰ Osiris, semp̃ enĩ pdũt: semp̃ & inueniũt.  
Refertur ergo in sacris imago rei quę uera gesta est: quę pfecto  
(si qd sapimus) declarat̃ mortalē mulierē fuisse ac pene orbā: nisi  
unicū reperisset: qđ illū ipsum poetā minime fugit apud quem  
Pōpeius adolescēs morte patris audita hęc loq̃t. Euoluā busto,  
iam numen gētibus, Isim. Et tectum ligno spargam per uulgus  
Osirim. Hic est Osiris quem Serapym & Serapidem uulgus ap  
pellat. Solēt enĩ mortuis cōsecratis noĩa immutari: credo ne q̃s  
putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortē Quĩri  
nus dictꝰ est. Et Ledeā Nemesis: & Circe Marica: & Ino postq̃  
se p̃cipitauit Leuchoteā materq; Matuta: & Melicertes filius  
eius Palēmō atq; portunꝰ. Sacra uero Cereris Heleusine nō sũt  
his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu matris inqui  
ritur: ita hic ad incestuꝝ patruī matrimonium rapta proserpina:  
quam quia facibus ex ęthnę uertice accēsis quęfisse in Sicilia Ce  
res dicit̃: idcirco sacra eius ardentium thędarum iactatione cele  
brātur. Apud lāpsacum priapo lętabilis uictima est asellus: cu  
ius sacrificij ratio in fastis hęc redditur. Cuz dñj omnes ad festuꝝ  
matris magnę conuenissent: epulisq; satiati noctem lusibus du  
cerēt quieuisse humi Vestam somnumq; coepisse: ibi Priapum  
somno eiꝰ ac pudicitię insidiatū: sed illam ĩ tempestiuo clamo  
re aselli quo Silenus uehebat̃, excitatā, libidinē uero insidiatoris



7727

esse detectam. Hac de causa lapsa facenos asellum Priapo quasi in  
ultionē mactare cōsueuisse. Apud Romanos uero eūdē, uestali  
bus sacris in honorē pudicitie cōseruatę panib⁹ coronari. Quid  
turpius! Quid flagitiosius: q̄ si Vesta beneficio asini uirgo est? <sup>sit</sup>  
At poeta fabulā finxit. Nū ergo illud est uerius? Quid referunt <sup>quod.</sup>  
hi q̄ phenomena scripserūt: cū de duabus cancri stellis loquūtur  
quas gręci βρόνσ̄ uocāt asellos fuisse: q̄ Liberū patrē trāsuexe  
rint cū amnem trāfire nō posset: quoꝝ alteri hoc premiū dede  
rit: ut humana uoce loqueret. Itaq̄ inter eū Priapūq̄ ortum esse  
certamē: de obsceni magnitudine Priapū uictū & iratū intere  
misse uictorē. Hoc uero multo magis ineptū est: sed poetis licet  
q̄cqd uelint. Nō excutio tam deforme mysteriū: nec Priapū de  
nudo: ne qd appareat risu dignū. Finxerūt hęc sane poetę: s; ne  
cesse est alicui⁹ turpitudinis tegēde gratia ficta sint. Quę sint er  
go quęramus. At ea p̄fecto manifesta est. Nā sicut lunę thaurus  
mactatur: quia similiter habet cornua, & placat equo persis radi  
is hyperiona cinctum: ne detur celeri uictima tarda deo. Ita in  
hoc q̄ magnitudo membri uirilis enormis est: non potuit enī  
mōstro aptior uictima reperiri: q̄ quę ipsū, cui mactatur posset  
imitari. Apud Lindum quod est oppidum rhodi: Herculis ia  
cra sunt: quoꝝ a ceteris longe diuerius est ritus. Siquidem non  
Euphemia (ut Gręci appellāt) sed maledictis & execratione cele  
brantur. Ea q̄ pro uiolatis habent: si qñ inter solemnes ritus uel  
impudenti alicui exciderit bonum uerbū. Cui⁹ rei hęc rō red di  
tur: si tamen ulla esse in rebus uanissimis potest: Hercules cū eo  
delatus esset famēq̄ pateretur: aratorem quēdam aspexit operā  
tem: ab eo q̄ petere coepit ut sibi unū bouem uenderet. Enī uero  
ille negauit fieri posse: quia spes sua omnis colendę terrę duob⁹  
illis iumentis niteretur. Hercules solita uiolentia usus: q̄ unū ac  
cipere non potuit: utrūq̄ sustulit. At ille infoelix cū boues suos  
mactari uideret: iniuriam suam maledictis ultus est: qd homini  
eleganti & urbano gratissimum fuit. Nā dum comitibus suis  
epulas apparat: dūq̄ alienos boues deuorat illum sibi amarissi  
me conuiciantē cū risu & cachinis audiebat. S; postq̄ Herculi  
diuinos honores ob admirationem uirtutis deferri placuit a ci  
uibus ei ara posita est: quam de facto βούξυτον. idest bouis iu  
gū nominauit: ad quā duo uincti boues immolarerur: sicut illi <sup>uincti</sup>



quos abstulerat aratori: eumque ipsum sibi constituit sacerdotem ac  
precepit ut hisdem maledictis semper in celebrandi sacrificiis uteretur  
et negaret se nunquam epulatum iocundius. Hec iam non sacra sunt: sed sa-  
crilegia in quibus id sanctum dicitur: quod in alijs si fiat severissime vin-  
dicatur. Ipsius autem chretici Iouis sacra quod aliud quod quam sit aut sub-  
tractus patri aut nutritus ostendunt. Capella enim Amalthee Nym-  
pheque uberibus suis aluit infantem: de qua Germanicus Cæsar in  
arathæo carmine sic ait. Illa putatur nutrix esse Iouis si vere Iupiter  
infans ubera chreteque mulsit fidissima capre: Sidereque claro gra-  
tū testatur alūnū. Huius capelle corio, usu, esse pro scuto, Iovem  
contra titanæ dimicantem, Musæus auctor est: unde a poetis ægio-  
chus nominatur. Ita quicquid est gestum in abscondendo puero idipsum  
per imaginem geritur in lacris. Sed & matris eius mysterium idem continet  
quod Ovidius exponit in fastis. Ardua iam dudum resonant tinnitibus  
idem. Tutus ut infanti uagiat ore puer. Pars clipeos sudibus: galeas  
pars tundit inanes. Hoc curetes habent: hoc coribantes opus. Res  
latuit prisceque manent imitatio facti. Aera deque comites, raucaque ter-  
ga mouent. Cymbala per galeis: per scutis tympana pulsant. Tibia  
dat per brygios: ut dedit ante modos. Hanc totam opinionem quasi a  
poetis fictam Salustius respuit: uoluitque ingeniose interpretari, Cur  
altiores Iouis dicantur curetes fuisse, sic ait: quod principes diuini intel-  
ligendi fuerunt, uetustate ut cetera in maius componente altiores Iouis  
celebrauissent. Quamquam errauerit homo eruditus iam res ipsa decla-  
rat. Si enim princeps est Iupiter: & deorum: & religionum: si autem  
illum nulli dum colebant uulgo, quod nondum nati fuerant qui coluntur,  
apparet, Curetes ex diuerso principes fuisse diuini non intelligen-  
di per quos error omnis inductus est: & dei ueri memoria subla-  
ta. Ex ipsis itaque mysterijs & ceremonijs intelligere debuerunt  
hominibus se mortuis supplicare. Non igitur exigo ut aliquis  
poetarum fictionibus credat: qui hos mentiri putat pontificum ipso-  
rum scripta consideret: & quicquid est litterarum ad sacra pertinentium  
reuoluat plura fortasse quam nos afferimus; inueniet, in quibus intelli-  
gat inania: inepta: cometicia esse omnia que pro sanctis habentur.  
Si quis autem precepta sapientia deposuerit errore: profecto ridebit in-  
eptias hominum pene dementium: illos dico qui uel inhonesto sal-  
tatu tripudiant: uel qui nudi uncti coronati aut personati aut luto  
obliti currunt. Quid de scutis iam uetustate putridis dicam!

duabus.

quam

uenerat  
scilicet.

diuini

percepta



Quę cū portāt deos ipos se gestare humeris suis arbitrant. Nā  
 Furius Bibaculus inter p̄cipua pietatis exēpla numerat. Qui  
 cū p̄tor esset: tū lictoribus p̄cētib; ancillę portavit: cū ha  
 beret magistrat; beneficio muneris eius uacationē. Nō ergo ille  
 Furius: sed plane furio sus fuit: qui eū p̄turā hoc ministerio se  
 putauit ornare. Merito igit cū hęc a uiris non imperitis ac rudi  
 bus fiāt: Lucreti; exclamat. O stultas hominū mētes. O pectora  
 cęca: q̄libet in tenebris uite: quātisq; periculis degit: hoc eūi qd  
 cunq; est. Quis hęc ludibria nō derideat qui habeat aliquid sani  
 tatis! Cū uideat homīes uelut mēte captos ea serio facere: quę si  
 quis faciat in lusu nimis lasciuus & ineptus esse uideatur.

qualibet

ancilla, n. i. s. futum brebe rotundum  
 ancille absq. diphthongo. est. n. u.  
 accusatiuus casus nomi  
 neutralis quem ad modum nomi  
 tiuus ancille ancillis. non  
 illa, lla.

Capitulum. xxij. Quis auctor p̄dictarū uanitatū in ita  
 lia apud Romanos fuerit: & quis apud alias gentes.

**D**Arum uanitatū apud Romanos auctor & cōstitutor Sa  
 binus ille rex fuit: qui maxie animos hominū rudes atq;  
 imperitos: nouis sup̄stitionibus implicauit: quod ut faceret ali  
 q̄ cū auctoritate: simulauit cū dea Egeria nocturnos se habere  
 cōgressus. Erat quędā spelunca peropaca in nemore aricino: un  
 de riuus perenni fonte manabat. Huc se remotis arbitris inferre  
 cōsueuerat: ut mentiri posset monitu deę cōiugis ea sacra popu  
 lo se tradere: quę acceptissima dīs essent: uidelicet astutiam Mi  
 nois uoluit imitari: qui se in antrum Iouis recōdebat: & ibi diu  
 moratus: leges tāq; sibi a Ioue traditas afferebat: ut homines ad  
 parendū nō modo imperio sed etiā religione cōstringer; . Nec  
 difficile fane fuit p̄suadere pastoribus. Itaq; p̄tiffices: flamines  
 falios: augures creauit: deos per familias descripsit: sic noui po  
 puli feroces animos mitigauit: & ad studia pacis a rebus bellicis  
 auocauit. S; cū alios falleret: seipsum tamen non fefellit: nā post  
 annos plurimos Cornelio & Bebio consulibus in agro scribe  
 Petili; sub ianiculo arcę duę lapideę sunt reperte a fossoribus:  
 quarū in altera corpus Numę fuit: in altera septē latini libri de  
 iure p̄tificio. Itē gręci totidem de disciplina sapiētie scripti: q  
 bus religiones nō eas modo: quas ip̄e instituerat: sed omnes p̄  
 terea dissoluit. Qua re ad senatum delata decretum est: ut hi li  
 bri abolerentur. Ita eos. Q. Petilius p̄tor urban; in concione

d s.



populi cōcremauit. Infipienter id quidē. Quid enī p̄fuit libros esse cōbustos: cū hoc ipsum q̄ sunt ideo cōbusti: q̄ religionibus derogabāt memorię sit traditū. Nemo ergo tūc in senatu n̄ stultissim⁹. Potuerāt enim & libri aboleri: & res tñ in memoriam nō exire. Ita dū uolūt etiā posteris approbare q̄ta pietate defenderint religiones: auctoritatē religionū ipsarū, testando minuerūt. Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarū religionū fuit: sic ante Pompiliū Faunus in latio: q̄ & Saturno auo nefaria sacra cōstituit: & Picum patrē inter deos honorauit: & sororē suā Fautam Faunā eandēq; cōiugem cōsecrauit. Quam Gabius Bassus fatuā nominatā tradidit: q̄ mulieribus fata canere cōsueuisset: ut Faunus uiris. Eandē Varro scribit tantę pudicitię fuisse: ut nemo illā quoad uixerit p̄ter suū uirū mas uiderit: nec nomē eius audierit. Idcirco illi mulieres in operto sacrificāt: & bonam deam nomināt. Et. C. Sex. Clodius in eo libro quē gręce scripsit, refert, Fauni hāc uxorē fuisse: quę q̄ cōtra morem decusq; regium clam uini ollam ebiberat & ebria facta erat uirgis mirtheis a uiro usq; ad mortē cęsā. Postea uero cū eu; facti sui poeniter; & desideriū ei⁹ ferre n̄ poss; diuinū illi honorē detulisse: idcirco in sacris ei⁹ obuolutā uiniq; amphorā poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoq; nō parū erroris: quem tamen prudentes quiq; p̄spiciunt. Nam Lucilli⁹ eorū stulticiā: qui simulachra deos putāt esse: deridet his uersibus. Terricolas lamias Fauni quas Pompiliūq; istituere, Numęq; tremis omnia ponit. Ut pueri infantes credunt signa omnia aena. Viuere & eē homines: sic isti omnia ficta Vera putant: credunt signis corinesse aenis. Pergula pictorū: & cętera: Poeta quide; stultos homines infantibus comparauit: at ego multo imprudentiores eē dico. Illi enim simulachra homines dicunt uel putant: hi deos. Illos ętas facit putare quod non est: hos stulticia. Illi utiq; breui desinunt falli: horū uanitas & durat semp & crescit. Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in gręcia: primusq; celebrauit ī monte boetię thebis: ubi liber natus est proximo. Qui cum frequenter citharę cantu personaret: Citheron appellatus est. Ea sacra etiam nunc orphica nominantur: ī quibus ipse postea dilaceratus & carptus est. Et fuit per eadē tempora quibus Faun⁹. Sed quis etate p̄cesserit dubitari potest: siquidem per eosdē annos



Latinus Priamusque regnarunt. Item patres eorum Picus & Lau-  
 medon: quo regnante Orpheus cum argonautis ad Iliensium littus  
 accessit. Procedamus igitur ulterius & queramus: quos omnino colen-  
 do deorum primus auctor extitit. Didimus in libris ἐξήγησεως  
 πίνυ Δρικῆσ. i. narrationis pindarice ait. Melissea chretensium  
 regem primum deus sacrificasse ac ritus novos sacrorumque populos intro-  
 duxisse. Huius ducis fuisse filias: Amaltheam & Melissam: que Io-  
 uem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt. Unde poetica illa fa-  
 bula originem sumpsit: aduolasse apes atque os pueri melle comple-  
 se. Melissam uero a patre primam sacerdotem matri magnae constitu-  
 tam: unde adhuc eiusdem matris antistites Melisse nuncupant. Hi-  
 storia uero sacra testatur ipsum Iouem postquam rerum potitus est: in tanta  
 insolentiam uenisse: ut ipse sibi fana multis in locis constitueret.  
 Nam cum terras circuiret: in quamcumque regionem uenerat: reges princi-  
 pesue populorum hospitio sibi & amicitia copulabat: & cum a quo-  
 que digrederetur: iubebat sibi Fanum creari hospitis sui nomine: quod  
 si ut posset amicitiae & foederis memoria conseruari. Sic constitu-  
 ta sunt templa Ioui Athabirio, Ioui Labiriado. Athabirius enim &  
 Labiriadus hospites eius atque adiutores in bello fuerunt. Item Io-  
 ui Laprio: Ioui Molioni: Ioui Cassio: & que sunt in eundem mo-  
 dum: quod ille astutissime excogitauit: ut & sibi honorem diuinum: &  
 ut hospitibus suis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum.  
 Gaudebant ergo illi & huic imperio eius libenter obsequebantur:  
 & nominis sui gratia ritus annuos: & festa celebrabant. Simile  
 quiddam in sicilia fecit Aeneas: cum condite urbis Aceste hospitis no-  
 men imposuit: ut eam postmodum letus ac libens Acestes diligeret  
 augeret honoraret. Hoc modo religionem cultus sui per orbem terre  
 Iupiter seminauit: & exemplum ceteris ad imitandum dedit. Siue  
 igitur a Melisseo (sicut Didimus tradidit) colendo deorum ritus ef-  
 fluxit: siue ab ipso quoque Ioue: ut Euhemerus tradit. De tempore  
 tamen constat quoniam dii coli coeperint. Melisseus quidem multum  
 antecessit etate: quippe qui educauerit Iouem pronepotem. Et id  
 circo fieri potest: uel ut ante uel ut adhuc puero Ioue deos cole-  
 re instituerit: id est alumni sui matrem & auiam tellurem: que fuit  
 Vrani coniunx: patrem Saturnum. Et ipse hoc exemplo atque in-  
 stituto Iouem ad tantam superbiam prouexerit: ut postea sibi  
 diuinos honores auderet assumere.

πίνυ Δρικῆσ

Melissus rex, qui omnium  
primus, sacrificasse dicitur



Capitulum. xxiij. Quo tempore uanę superstitiones: qui  
bus sub auctoribus.

**N**unc quę uanarũ supstitionũ originẽ deprehẽdimus: sup  
est ut etiã tẽpora colligamus: per quę fuerint illi: quorũ me  
moria colit. Theophilus in libro de temporibus ad Auctholi  
cum scripto, ait in historia sua Tallum dicere: qđ Belus quem ba  
byloni & assyri colũt antiquior troiano bello fuisse inueniatur  
CCC. xxij. annis: Belũ aut Saturno equalẽ fuisse: & utrũq; uno  
tẽpore adoleuisse. Quod adeo uerũ est: ut ratione ipsa colligi  
possit. Nam & Agamemnon qui gessit bellum troicum: Iouis  
abnepos fuit: & Achilles Ajaxq; pnepotes: & Vlixes eodẽ gra  
du pximus. Priamus quidem longa serie: sed auctores quidam  
tradunt Dardanũ & Iasiũ Corynthis filios fuisse: nõ Iouis. Nec  
enim si ita fuisset: ad usus impudicos Ganymedẽ pronepotem  
suũ habere potuiss. Itaq; parẽtibus illoꝝ: quos supra nomĩauĩ:  
si cõgruenter annos diuidas, numerus cõsentiet. Ab excidio au  
tem Troianę urbis colligunt anni mille quadringẽti septuagin  
ta. Ex hac temporum ratione manifestum est ante annos nõ am  
plius qđ mille octingentos natum esse Saturnũ: qui & fator om  
nium deorum fuit. Non ergo isti gloriantur sacrorũ uetustate:  
quorum & origo & ratio & tẽpora deprehẽsa sunt. Restant ad  
huc aliqua quę ad arguendas religiones falsas plurimũ ualeant:  
sed iam finem facere libro decreuĩ: ne modũ excedat. Ea enĩ ple  
nius sunt exequenda: ut omnibus refutatis quę ueritati uidentur  
obstare: ut homines qui bonoꝝ ignorãtia uagant incerti: ad reli  
gionem uerã possũmus imbuere. Primus aut sapiẽtię grad⁹ est  
falsa intelligere. Secundus uera cognoscere. Ergo apud quę hęc  
prima institutio nostra pfecerit: qua falsa deteximus: excitabit  
ad ueri cognitionem: quia nulla est homini iocũdior uoluptas  
& erit iam sapiẽtia cęlestis disciplinę dignus: quare ad cogno  
scenda cętera libens ac paratus accesserit.

qua.

*finis primi libri*

*hic incipit secan  
dus liber.*

**L.** Coelij Lactancij firmiani diuinarũ institutionũ aduersus gen  
tes liber de origine erroris ad Cõstantinũ imperatorẽ.

**Q** rationis obliuio: & ignorãtia sui: facit homines ingratos  
ueri dei: qui colitur in aduersis & in p̄speritate cõtẽnit. Ca. i.





Vanq̄ primo libro religiones deorum falsas esse  
 mōstrauerim: q̄ hi quorum uarios dissimilesq̄  
 cultus: p̄ uniuersam terrā cōsensus hominū stul-  
 ta p̄suasione suscepit: mortales fuerint: functiq̄  
 uita, diuine necessitati, morte cōcesserint: tamē ne  
 qua dubitatio reliquatur: hic secūdus liber fontem ipsum pate-  
 faciet erroꝝ: causasq̄ omnes explicabit: quib⁹ decepti homines &  
 primit⁹ deos crediderūt: & postmodū inueterata p̄suasione in  
 susceptis prauissime religionibus pseuerauerint. Gestio enī con-  
 iunctis manib⁹: & hominum impia uanitate detecta, singularis  
 dei asserere maiestatem, suscipiēs utilius & maius officiū: scilicet  
 reuocādi homines a prauis itineribus: & in gratiā secū ipsos re-  
 ducendi: ne se (ut quidā philosophi faciūt) tā opere despiciant.  
 Neue se infirmos & superuacuos: & nihil & frustra omnino na-  
 tos putent: quę opinio plerōsq̄ ad uicia cōpellit. Nā dum existi-  
 māt nulli deo nos esse curę: aut post mortē nihil esse futuros: to-  
 tos se libidinibus adijciūt. Et dū licere sibi putāt: hauriēdis uo-  
 luptatibus sitienter incūbunt: per quas imprudentes in laqueos  
 mortis incurrāt. Ignorāt enim quę sit hominis ratio: q̄ si tenere  
 uellēt: in primis deum suum agnoscerent: uirtutem iusticiamq̄  
 sequerentur: terrenās figmentis animas suas non substernerent:  
 mortiferas libidinum uoluptates nō appeterent. Deniq̄ se ipsos  
 magni estimarent: atq̄ intelligerēt plus esse in homine q̄ uideēt:  
 cuius uim conditionemq̄ nōn aliter posse retineri: nisi cultum  
 ueri parentis sui: deposita prauitate, susceperint. Et quidem sicut  
 oportet de summa rerū sepe numero cogitans) admirari soleo,  
 maiestatem dei singularis: quę continet regitq̄ omnia: in tanta  
 uenisse obliuionem: ut quę sola coli debeat: sola potissimum ne-  
 gligatur. Homines autem ipsos ad tantam cecitatem esse dedu-  
 ctos: ut uero ac uiuo deo, mortuos anteferāt: terrenos autem in  
 terraq̄ sepultos, ei qui fundator ipsius terre fuit: & tamen huic  
 impietati hominum, posset uenia concedi: si omnino ab ignorā-  
 tia diuini nominis ueniret hic error. Cum uero ipsos deorum  
 cultores: sepe uideamus deum summū, & cōfiteri & p̄dicare  
 q̄ sibi ueniam sperare possint impietatis suę: qui nō agnoscunt  
 cultum eius: quem prorsus ignorari ab homine fas nō est. Nam  
 & cum iurant: & cum optant: & cum gratias agunt non Iouem

*milius, nature q̄ diuine.*

*quom̄ antea, salicate q̄.*

*terrenis.*



aut deos multos: sed deū nomināt a deo ipsa ueritas, cogente natura, etiā ab inuictis peccatorib<sup>9</sup> erūpit. Quod quidē nō faciūt in prosperis rebus. Nā tū maxie deus ex memoria hominū elabitur: cū beneficijs eius fruētes honorē dare diuine indulgentie debēt. At uero si qua necessitas grauis presserit: tūc deū recordātur. Si belli terror infremuerit: si morbo ꝛ pestifera uis incubuerit: si alimēta frugibus lōga siccitas denegauerit: si seua tempestas: si grādo ingruerit ad deū confugiūt: a deo petiūt auxilium: deus ut subueniat oratur: si q̄s in mari, uento seuiēte iactat, hūc inuocāt: si q̄s aliq̄ ui afflictat: hūc potius īplorāt. Si q̄s ad extremam mendicandi necessitatē deductus, uictū precibus exposcit, deū solum obtestatur: & per eius diuinum atq; unicum nomē, hominum sibi misericordiaz querit. Nunq̄ igitur dei meminē runt: nisi dum in malis sunt. Postq̄ metus deseruit: & pericula recesserunt: tum uero alacres ad deorum templa concurrunt: his libant: his sacrificant: hos coronant. Deo autem: quem in ipsa necessitate implorauerunt: ne uerbo quidem gratias agūt: a deo ex rerum p̄speritate, luxuria: ex luxuria uero ut uicia omnia: sic impietas aduersus deum nascitur. Qua nam istud ex causa fieri putemus: nisi esse aliquam peruersam potestatem: quę ueritatis sit semper inimica: quę humanis erroribus gaudeat: cui unicum ac perpetuum sit opus effundere tenebras: & hominum cęcare mētes: ne lucem uideant: ne deniq; in cęlum aspiciant: ac naturā corporis sui seruent. Nam cum cęteri animantes pronis corporib<sup>9</sup> in humū spectēt: q̄ rationem ac sapiētiā non acceperunt: nobis autem status erectus: sublimis uultus ab artifice deo datus sit: apparet istas religiones deorū non esse rationis humane: q̄ curuant cęleste animal ad uenerāda terrena. Parens ille noster unus & solus cum fingeret hominem: idest animal intelligens & rōis capax: eum uero ex humo subleuauit, ad contemplationem sui artificis erexit: quod optime īgenio sus poeta signauit. Pronaq; cum spectent animalia cętera terram. Os homini sublime dedit cęlumq; uidere, Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus. Hinc utiq; ἀνθρῶπιός gręci appellauerunt: q̄ sursum spectet. Ipsi ergo sibi renunciant: seq; hominum nomine abdicant: q̄ non sursum aspiciant: sed deorsu; nisi forte ad id ipsum q̄ recti sumus, sine cā homini attributū putāt. Spectare nos cęlu; deus uoluit:



utiq; nō frustra: nā & aues & ex mutis pene oīa celū uidēt: s; no  
 bis pprie datū est celū rigidis ac stātibus uidere: ut religionem  
 ibi queram⁹: ut deū cui⁹ sedes illa est: quē oculis nō possum⁹ aīo  
 cōtēplemur: qd̄ pfecto nō faciūt: qui es aut lapidē: quē sunt terra  
 uenerant. Est aut̄ prauissimū: cū ratio corporis recta sit: qd̄ est  
 temporale: ipsum uero animū qui eternus humilem fieri: cum  
 figura & stat⁹ nihil aliud significēt: nisi mentē homīs eo specta  
 re oportere quo multū: & animū tam rectū esse debere q̄ corp⁹  
 ut id cui dominari debet imitetur: uerū homines & nomīs iui  
 & rationis oblitī: oculos suos ab alto deiciūt: soloq; defigunt:  
 atq; timēt opa digitoꝝ suoꝝ: q̄si q̄c̄q; eē possit artifice suo mai⁹.

ultum.

**Capitulum. ij.** Quē fuerit prima causa fingendi simu  
 lachra. Et q̄ uerissima dei imago est homo: & q̄ extra  
 se deum nemo fideliter colit.

**Q**Uē igitur amētia est: aut ea fingere quē ipsi postmodū  
 timent: aut timere quē finxerint? Non ipsa inquit ti  
 memus: sed eos ad quorum imaginē ficta est: & quoꝝ nomīb⁹  
 cōsecrata sunt. Nempe ideo timetis: q̄ eos esse in celo arbitrami  
 ni. Neq; enim si dij sunt aliter fieri potest. Cur igitur oculos in  
 celū nō tollitis: & aduocatis deoꝝ nominibus in aperto sacri  
 tia celebratis? Cur ad parietes & ligna & lapides potissimum q̄  
 illos spectatis: ubi eos esse credātis? Quid sibi tēpla? Quid arē  
 uolunt? Quid deniq; ipsa simulachra: quē aut mortuorum: aut  
 absentium monumenta sunt? Nam omnino fingendarum simi  
 litudinum ratio idcirco ab hominibus inuenta est: ut posset eo  
 rum memoria retineri: qui uel morte subtracti uel absentia fue  
 rant separati. Deos igitur in quorum numero reponemus? Si in  
 mortuorum: quis tam stultus ut colat? Si in absentium: colen  
 di ergo non sunt: si nec uident: quē facimus: nec audiunt quē pre  
 camur. Si autem dij absentes esse non possunt: qui quoniam di  
 uini sunt: in quacuncq; mundi parte sunt: uident: & audiunt uni  
 uersa. Superuacua ergo sunt simulachra illis ubiq; p̄sentibus:  
 cum satis sit audientium nomina precibus aduocare. At enim  
 p̄sentes non nisi ad imagines suas adsunt: ita plane quemad  
 modum uulgus existimat: mortuoru; animos circa tumult⁹ &  
 corporū suoꝝ reliqas aberrare: sed tamē postq̄ deus ille p̄sto



simulachra



esse coepit: iam simulachro eius opus nō est. Quēro enim si q̄s  
imaginē hominis peregre cōstituti cōtēplet sepius: ut ex ea iola  
tiū capiat absentis: num idē sanus esse uideat: si eo reuerso atq̄  
prēfente in cōtēplanda imagine p̄seueret: eaq̄ potius q̄ ipsi⁹ ho  
minis aspectu frui uelit? Minime p̄fecto. Et tñ hominis imago ne  
cessaria tum uidet cū p̄cul abest: sup̄uacua futura cū p̄esto est.  
Dei aut̄ cuius spiritus ac numen ubiq̄ diffusus, abesse nunq̄ p̄t,  
scd <sup>ad est.</sup> semp̄, utiq̄ imago sup̄uacua est: sed uerent̄ ne oīs eoꝝ religio in  
anis sit & uacua: si nihil in p̄fēti uideāt quod adorēt: & ideo  
simulachra cōstituūt: quę q̄ mortuorum sunt imagines: similia  
mortuis sunt: omni enim sensu carēt. Dei aut̄ in eternū uiuētis  
uiuū & sensibile debet esse simulachꝝ. Quod si a similitudine  
id nomen accepit: quō possunt ista simulachra deo similia iudi  
cari: quę nihil sentiūt nec mouent̄? Itaq̄ simulachꝝ dei non il  
lud est: qđ digitis hominis: & lapide aut ēre: aliaue materia fa  
bricat̄: sed ipse homo: quoniā & sentit & mouetur: & multas  
magnasq̄ actiones habet. Nec intelligunt homines ineptissimi  
q̄ si sentire simulachra & moueri possent: ultro adoratura ho  
mines fuissent: a qb⁹ sunt expolita: quę essent aut incult⁹ & hor  
ridus lapis: aut materia informis ac rudis: nisi fuissent ab homīe  
formata. Homo igit̄ illoꝝ quasi parens putāndus est: p̄ cuius ma  
nus nata sunt: p̄ quē speciem: figurā: pulchritudinem habere coe  
perunt. Et ideo melior est q̄ fecit q̄ illa: quę facta sunt: & tamen  
factorem ip̄m nemo suscipit aut ueretur. Quę fecit, timet: tanq̄  
plus possit esse in opere q̄ in opifice. Recte igit̄ Seneca in libris  
moralibus simulachra inq̄t deoꝝ uenerant̄: illis supplicat: ge  
nu posito illa adorant: illis per totum assident diem aut astant:  
illis stipem iaciunt: uictimas cēdunt: & cum hęc tantopere susci  
pian̄: fabros q̄ illa fecere contēnūt. Quid inter se tam contrari  
um: q̄ statuarium despiciere factorem: statuam adorare: & eū ne  
in conuictu q̄dem admittere: qui tibi deos faciat? Quam ergo  
uim: quā potestatē habere possunt: cum ipse q̄ fecit illa non habe  
at: sed ne hęc q̄dem dare his potuit: quę habebat, uidere: audire:  
loqui: moueri? Quisq̄ne igitur tam ineptus est: ut putet aliquid  
esse in simulachro dei: in quo ne hominis quidem quicq̄ est p̄  
ter umbram: sed hęc nemo considerat: infecti sunt enim per  
suasione: ac mentes eorum penitus sūcum stulticię perbiberūt.

*suspiciat*

*statuarium.*

*sed ne daret quidem hęc ipsi  
potuit quę est.*

*suspiciat.*



Adorant ergo insensibilia qui sentiunt: irrationabilia qui sapiunt: exanima qui uiuunt: terrena qui oriuntur e celo. Iuuat ergo uelut in aliqua sublimi specula constitutum: unde uniuersi exaudire possint Persianum illud proclamare. O curue in terras aere & celestium manes. celum potius intuemini: ad cuius spectaculum uos excitauit ille artifex uerus deus: ille uobis sublimem uultum dedit: uos in terram curuamini: uos altas mentes & ad parentem suum cum corporibus uis erectas ad inferiora deprimitis: tanquam uos poeniteat non quadrupedes esse natos: fas non est celeste animal cum terrenis in terramque uergentibus adequari. Quid uos beneficiis celestibus orbat: pronique in humum uestra sponte percumbitis? Humi enim miseri uolutamini: cum deorsum queritis quod in sublimi querere debuistis. Nam ista mortalium digitorum ludicra & fragilia figmenta: ex quolibet materie genere formata quod aliud sunt terra ex qua nata sunt? Quid ergo rebus inferioribus subiaceritis? Quid capitibus uestris terram superponitis? Cum ergo uos terram submittitis humilioreque facitis ipsi uos ultro ad inferos mergitis: ad mortemque damnatis: quod nihil terra inferius & humilior: nisi mors & inferi: que si effugere uelletis subiectam pedibus uestris terram contemneritis: corporis statu saluo quod idcirco rectum accepistis: quo oculos atque mentem cum eo qui fecit conferre possitis. Contemere autem & calcare terram: nihil aliud est quam simulachra non adorare: que de terra facta sunt. Itaque diuitias non concupiscere: uoluptates corporis spernere: quia opes & corpus ipsum cuius hospitio utimur terra est

*contemneritis.*

*Vnum. vi.  
deus. uinum*

**V**inum colite ut uiuatis. Moriatur enim necesse est: qui se suamque animam mortuis adiudicauit.

**Capitulum. iij.** Quod & alij qui uidebantur sapientes: ceteris deterius peccauerunt.

**S**ed quod prodest ad uulgos & ad homines imperitos hoc modo concionari: cum uideamus etiam doctos & prudentes uiros cum religionum intelligant uanitate: nihilominus tamen etiam in his ipsis que dantur colendis: nescio qua prauitate prestare. Intelligebat Cicero falsa esse que homines adorarent. Nam cum multa dixisset que ad euerfionem religionum ualerent: ait tamen non esse illa uulgo disputanda: ne suscepta publice religionis disputatio talis



extinguat. Quid ei facies: qui cū errare se sentiat: ultro ipse in lapides impingat ut populus oīs offendat: ipse sibi oculos eruat: ut oēs cēci sint: qui nec de alijs bene mereat quos patit̄ errare: nec de seip̄o q̄ alienis accedit errorib⁹: nec utit̄ tandē sapiēt̄iē suę bono: ut factis impleat: qd̄ mente p̄cepit: sed prudēs & sciēs pedes laqueo inserit: ut simul cū ceteris quos liberare ut prudētior debuit & ipse capiat: quin potius si qd̄ tibi Cicero uirtutis est: experire populū facere sapientē. Digna res est: ubi omnes eloquentiē tuę uires exeras. Nō enim uerendū est ne tibi in tam bona cā deficiat oratio: q̄ sepe etiā malas copiose ac fortiter defendisti: sed nimirū Socratis carcerē times: ideo q̄ patrocinium ueritatis suscipere nō audes. At mortē ut sapiēs cōtēnere debuisti. Et erat multo pulchrius: ut ob bene potius dicta q̄ ob maledicta morereris. Nec tibi laudis plus philippicę afferre potuerunt: q̄ discussus error humani generis & mētes hominum ad sanitatē tua disputatione reuocare. S; cōcedamus timiditati quę in sapiēte esse nō debet. Quid ergo ipse in eodē uersat̄is errore? Video te terrena & manu facta uenerari. Vana esse intelligis: & tñ eadem facis: quę faciūt ipsi quos ipse stultissimos confiteris. Quid igit̄ profuit uidisse te ueritatē: quā nec defensusus esses: nec secuturus? Sed si libenter errant hi qui errare se sentiunt: quantomagis uulgus indoctum: quod pompis inanibus gaudet: animisq; puerilibus spectat omnia, oblectatur friuolis: & specie simulachrorum capitur: nec ponderare secum unamquāq; rem pōt: ut intelligat nihil colendum esse quod oculis mortalibus cernitur: q̄ necesse est mortale sit? Nec mirandum esse si deum non uideant: cum ipsi nequidem hominem uideant: quem uidere se credunt. Hoc enim quod oculis subiēctū est: non homo sed hominis receptaculū est: cui⁹ qualitas & figura nō ex lineamētis uasculi quo cōtinetur: sed ex factis & moribus peruidetur. Qui ergo colunt simulachra: corpora sunt hominibus carentia: q̄ se corporalibus dediderūt: ne uidēt plus aliquid mēte q̄ corpore: cū sit animi officium ea subtilius cernere quę acies corporalis non potest intueri. Quos hoīes idē ille philosoph⁹ ac poeta grauiter accusat: tanq̄ humiles & abiēctos q̄ contra naturę suę rationē ad ueneranda terrena p̄sternāt. Ait enī. Et faciūt aīos humiles formidīe diuū Depressosq; premūt ad terrā. Aliud quidem ille cū hoc diceret

ut hominem quidem



sentiebat: nihil utiq; esse colendū q̄ dū humana nō curēt. Deniq; alio loco religiones deoz & cultus inane esse officiū cōfiteretur. Nec pietas ulla est uelatū sepe uideri. Vertere se ad lapides: atq; oēs accedere ad aras: Et p̄cūbere humi p̄stratū & p̄ādere palmas Ante deū: delubra nec aras sanguine multo, Spargere quadrupe dū: nec uotis nectere uota. Quę p̄fecto si casia sunt: nō oportet s̄bblimes & excelsos aīos auocari atq; in terrā premī: s; nihil aliud q̄ cęlestia cogitare. Impugnate sunt ergo a prudētiorib; falsę religiones: q̄ sentiebāt eē falsas: s; nō est inducta uera: q̄ q̄lis aut ubi esset ignorabāt. Itaq; sic habuerūt tanq̄ nulla esset oīo: q̄ uerā nō poterāt inuenire. Et eodē mō inciderūt in errorē mltō maiore q̄ illi q̄ falsā tenebāt. Nā & isti fragiliū cultores q̄uis sint inepti: q̄ cęlestia cōstituūt in rebus corruptibilibus atq; terrenis: aliqd sapiētię retinēt: & habere ueniā possunt: q̄ sūmū hoīs officiū: & si nō re ip̄a: tñ p̄posito tenēt: siqdē hominū atq; mutorū uel solū uel certe maximū in religiōe discrimē est. Hi uero q̄to fuerūt sapiētiores q̄ intellexerūt falsę religiōis errorē: tanto facti sūt stultiores: q̄ eē aliquā uerā; nō putauerūt. Itaq; qm̄ facili⁹ ē de alienis iudicare q̄ de suis: dū alioz p̄cipitiū uidēt: nō p̄spexerūt qd̄ añ suos pedes eēt. In utraq; igit̄ p̄te: & sūma stulticia inuenit̄ & odor qd̄a sapiētię: ut possit dubitare quos dicas potissimū stultiores: illos neq; falsā; religionē suscipiūt: an eos q̄ nullā. S; ut dixi uenia cōcedi possit imp̄itis: & q̄ se sapientes esse nō fateant̄: his uero n̄ p̄b̄t: q̄ sapiētiā p̄fessi, stulticiam potius exhibēt. Non sum equidem tam iniquus: ut eos putem diuinare potuisse: ut ueritatē per seīpos inuenirent: qd̄ fieri ego non posse cōfiteor: sed hoc ab his exigo: ratione ipsa p̄stare poterunt. Facerēt enim prudentius si & intelligerēt esse aliquā uerā: & falsis impugnat̄, apte p̄nunciarēt eā quę uera esset ab hominibus non teneri. S; mouerit eos fortasse illud qd̄ si q̄ uera esset religio: exerceret se uīdicare: ne pateret̄ eē aliud qcq̄. Videre enī nullo modo potuerāt: quare aut a quo: & quēadmodū; religio uera opprimeret̄: quod est diuini sacramenti & cęlestis archani. Id uero nisi doceatur: aliquis scire nullo pacto potest. Summa rei hęc est. Imperiti & insipientes falsas religiōes p̄ ueris habent quia neq; uerā sciūt: neq; falsā; intelligūt. Prudētiores uero: quā ueram nesciunt: aut in his quas falsas eē intelligunt p̄seuerant: ut

quod

exerceret se  
et uīdicaret  
nec est.



aliquid tenere uideant: aut omnino nihil colunt ne incidat in errorē: cū idipm̄ maximi sit erroris: uitā pecudū sub figura hoīs imitari: falsū; uero intelligere: est qdē sapiētię: s; humane: ultra hūc gradū p̄cedi ab hoīe nō poterit. Itaq; multi phōꝝ religiōes (ut docui) sustulerūt: uerū autē scire diuinę ē sapiētię. Homo autē p̄ seipm̄ puenire ad hāc sapiētiā nō pōt: nisi doceat a deo. Philosophi qd̄ summū fuit hūanę sapiētię, assecuti sunt: ut itelligerēt qd̄ n̄ sit: illud asseq̄ nequerūt ut dicerēt qd̄ sit. Nota Ciceronis uox est: utinā tam facile uera inuenire possē: q̄ falsa cōuincere. Quod q̄ uires humane cōditōis excedit: eius officij facultas nobis est attributa: q̄bus tradidit deus scīa; ueritatis. cui explicāde q̄tuor posteriores libri seruiēt. Nūc interim falsa ut coepim⁹ de tegamus.

**C**api. iiii. Quod nil maiestatis & reuerentię habeāt idola.

**Q**uid igitur maiestatis possunt habere simulachra: quę fuerūt ī homūculi ptāte: ul' ut aliud fierēt: ul' ut oīo nō fierēt? idcirco apud Horaciū Priapus ita loq̄. Olim trūcus erā ficulus inutile lignū. Cū faber incert⁹ scānū faceret ne Priapū. Maluit esse deū: de⁹ inde ego, furū; auiūq; maxia formido. Quis n̄ sit tāto hoc custode securus? Fures enī tā stulti sunt: ut Priapi tē tiginē timeāt: cū aues ipse quas terrore falcis, aut inguinis, abigi existimāt simlāchris fabrefactis. i. hoīu; plane sibi infideāt: n̄ dīficēt: īgnēt. S; Flacc⁹ ut satirici carmīs scriptor, derisit hoīu; uanitatē. Verū hi q̄ faciūt: seriā se rē facere opinant. Deniq; poeta maxim⁹: hō in ceteris prudēs: in solo nō poetice: s; anilit̄ desipiuit: cū ī illis emēdatissimis libris etiā fieri hoc iubet. Et custos fuz atq; auiūq; cū falce saligna. Hellepōtiaci seruet tutela Priapi. Adorāt ergo mortalia: aut a mortalib⁹ facta: frāgi enī crema ri possunt ac pire: nam & tectis uetustate labētib⁹ sepe cōminui solēt: & cōsumpta incēdio dilabunt ī cinerē: & plerūq; nisi sua illis magnitudo s̄buenit: aut custodia diligēs sepsit in p̄dā furib⁹ cedūt. Quę igit̄ infania est: ea timere: p̄ qb⁹ aut ruine aut ignes aut furta timeantur? Quę uanitas aliquā ab his spectare tutelam: quę tueri semetipsa nō possunt? Quę p̄uersitas ad eorum presidia decurrere: quę ipsa cū uiolant̄ multa sunt: nisi a colentibus uindicent? Vbi ergo ueritas est: ubi nulla uis adhiberi pōt religiōi: ubi nil q̄ uiolari possit app; ubi sacrilegiū fieri n̄ pōt!

in hoc solo.  
desipuit.

multa.

ibi.  
ibi.



Quicquid autem oculis manibusque subiectum est: id uero quod fragile est: ab omni ratione immortalitatis est alienum. Frustra igitur homines auro: ebore: gemmis deos excolunt & exornant: quasi uero ex his rebus nullam possint capere uoluptatem. Quis usus est preciosis munere nihil sentientibus? An ille qui mortuus? Pari enim ratione defunctorum corpora odoribus ac preciosis uestibus illita & conuoluta humi condunt qua deos honorant: qui neque cum fierent sentiebant: neque cum colunt sciunt. Nec enim sensum, consecratione, supererunt. Non placebat Persio: quod aurea uasa templis inferant: superuacuum putati esse inter religiones: quod non sanctitatis: sed auaritie sit istud. Illa enim sati est deo, quem recte colas inferre pro munere, Compositum ius, fas quod animi sanctosque recessus. Metis, & incoctum generoso pectore honesto. Egregie sapienterque sensit: uerum illud ridiculum subdidit. Hoc esse autem in templis quod sint Veneri donatae a uirgine pupae: quas illa, omittente forsasse contempsit. Non uidebat. n. simulachra ipsa & effigies deorum, Polycleti & Eufranoris & Phidiae manu, ex auro atque ebore perfectas, Nihil aliud esse quam grandes pupas: non a uirginibus (quarum lusibus uenia dari potest) sed a barbatis hominibus consecratas. Merito igitur etiam senum stulticiam Seneca deridet. Non inquit bis pueri sumus ut uulgo dicitur; sed semper, uerum hoc iter est: quod maiores nos ludimus. Ergo his ludicris & ornatis & gradibus pupis: & unguenta & thura & odores inferunt: his opimas & pingues hostias immolant: quibus est quidem os: sed carent officio detentum. His peplos & indumenta preciosa: quibus usus uelaminis nullus est. His aurum & argentum consecrant: quae tam non habent qui accipiunt: quam qui illa donarunt. Nec immerito Dionysius sicilie tyrannus: post uictoriam graecia potitus, deos tales contempsit: spoliavit: illudit. Si quidem sacrilegia sua, iocularibus etiam dictis, prosequi batur. Nam cum Ioui olympio aureum amictum detraxisset: laneum iussit imponi dicens: estate esse graue aureum: hyeme frigidum: laneum uero utriusque tempori aptum. Idem auream barbam detrahens: et Aesculapio incongruus: & iniquum esse ait, Cum apollo propter eius imberbis esset adhuc ac leuis, priorem filium, quam patrem barbatum uideri. Item pateras & exuias: & parua quaedam sigilla quae simulachrorum protentis manibus tenebantur detrahebat: & accipe se illa non auferre dicebat. Per quam enim stultum esse & ingratum: nolle accipere ab his ultro porrigentibus: a quibus bona sibi homines precarentur. Haec enim fecit impune: quod rex & uictor fuit. Quae etiam secuta est



eum solita foelicitas. Vixit enī usq; ad senectutē : regnūq; p ma-  
nus filio tradidit. In eo igit q; hoīes sacrilegia vindicare non po-  
terāt: oportuit deos ipsos sui uīdices eē. At si humil' qd tale cō-  
miserit: huic p̄sto sūt flagella: ignes: eculei: cruces: et quicqd exco-  
gitare iratis & furētib' lic; . Sed cū puniūt dep̄hēsos ī sacrilegio  
ipsi de deoz suoꝝ ptāte diffidūt. Cur enī nō illis potissimū reli-  
quāt ulciscēdi sui locū: si eos posse aliqd arbitrāt: q̄netiā putant  
illoꝝ numine accidisse: ut p̄dones reꝝ sacraꝝ dep̄hēsi tenerēt: &  
seuiūt nō tā ira q̄ metu: ne si deoz iniuriā nō uīdicauerit: ipsos  
expectāt pene īcredibili. s. uanitate: q̄ nocituros sibi deos putant  
ob aliena scelera: q̄ ip̄is a q̄bus uiolati spoliatiq; sunt: p̄ se ipsos  
nihil nocē potuerūt. At enī sepe ip̄i quoq; in sacrilegos uīdicauē-  
runt, p̄t id uel casu accidisse: q̄ aliqñ nō sepe: sed tamen paulo  
post: quando id acciderit ostēdam. Sed quēro cur illi tot & tan-  
ta sacrilegia in Dionysio non uindicauerint: qui non furtim sed  
palam deos ludibrio habuit: Cur hūc tā potentē sacrilegū a tem-  
plis a ceremoniis: ab imaginib' suis nō acuerit? Cur etiam sacris  
rebus ablatis p̄spere nauigauit: quod ioco, ipse testatus est ut so-  
lebat? Videtis ne, inq̄t comitibus suis, naufragium timētib': q̄ p̄-  
spera sacrilegis nauigatio ab ip̄is dīs īmortalib' tribuat? Sed hic  
fortasse a Platone didicerat deos nihil eē. Quid. C. Verres quē  
Tullius accusator ei' eidē Dionysio: & Phalaridi: & tyrānis oī-  
bus cōpat: nonne omnem siciliā cōpilauit sublatis deoz simula-  
chris ornāmētisq; phanoꝝ? Ocio suꝝ est p̄seq̄ singula. Vnū libet  
cōmemorare: in quo accusator omnib' eloquētiē uiribus: omni  
deniq; conatu uocis & corporis deplorauit. De Cerere uel cathi-  
nensi uel etherēsi: quaz̄ alterius tanta fuit religio: ut adire tēpli  
ei' secreta penetralia, uiris nefas eēt. Alterius antiquitas tāta fuit:  
ut omnes historiē loquāt ipsam deā fruges ī ethnē solo, p̄mū re-  
perisse: filiazq; ei' uirginē ex eodē loco raptā. Deniq; gracchanis  
tēporib' turbata republica & seditiōib' & ostentis cū reptū eēt  
in carminib' sibillynis: antiquissimā Cererē debere placari: lega-  
ti sunt ethnā missi. Hęc igit Ceres uel religiosissima q̄ uidē ma-  
ribus, ne adorandi qdā gratia licebat, uel antiq̄ssima, quē: S. P. Q.  
R. sacrificiis donisq; placauerat: ex arcanis & uetustis penetrali-  
bus a. C. Verre īmissis latronib' seruis impune sblata ē: idē uero  
cum affirmaret se a siculis ut causam puiciē susciperet oratū: bis



uerbis usus est sese iam ne deos quidem in suis urbibus ad quos confugerēt habere: q̄ eorum simulachra sanctissima. C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset. Quasi uero si Verres ex urbibus delubrisq̄ sustulerat: de celo quoq̄ sustulerat. Vñ apparet istos deū nihil habere in se amplius: q̄ mām de qua sunt fabricati: nec īmerito ad te. M. T. hoc est ad te ipsum hominē siculi cōfugerūt quoniā triēnio sunt expti deos illos nihil ualere. Essent enī stultissimi: si ad eos ob defendēdas iniurias hominū cōfugissent. Qui. C: Verri ne p̄ seipsis irati eē potuerūt. At. n. Verres ob hęc facinora dānat⁹ ē: nō ḡ dū uīdicauerunt: sed Ciceronis īdustria qua uel defensores eius opp̄ssit: uel gratiē restitit. Quid q̄ apud ipsum Verrem nō fuit ulla dānatio: sed uacatio: ut quēadmodū Dionysio deoꝝ spolia gestāti: dū īmortales bonā dederāt nauigationē: sic etiā Verri bonā getē tribuisse uideantur: in qua sacrilegūis suis trāquille frui possēt. Nā fremētibus postea ciuilib⁹ bellis, s̄b optētā dominationis ab omni piculo & metu remotus: alioꝝ graues casus & miserabiles exit⁹ audiebat: & q̄ cecidisse solus omnibus stantib⁹ uidebatur: is uero uniuersis cadentibus solus stetit: donec illum & opibus sacrilegio partis & uita faciatū: ac senectute cōfectum: p̄scriptio triunuiralis afferret eadē scilicet quę Tullium uiolatę deoꝝ maiestatis ultorem. Quinetiam foelix in eo ipso fuit: q̄ añ suā; mortem crudelissimum exitum sui accusatoris audiuit: dūis uidelicet p̄uidentibus: ut sacrilegus ac p̄edo ille religionum suāꝝ nō añ moreret: q̄ solatium de ultione cępisset.

Capitulū. V. Q, solus omniū creator uerus de⁹ est: solusq̄ colēdus: nec elemēta nec corpa cęlestia aliqd̄ diuinitatis habēt: ī quo & stoici desipiūt: q̄ stellas deos putāt: quę nō sua uoluntate mouentur: sed dei: & qua ratione eas sic fieri uoluit.

**Q**uanto igit̄ rectius est, omissis insensibilibus, et uanis oculis eo tēdere: ubi sedes: ubi habitatio est dei ueri: q̄ terram stabili firmitate suspendit: qui cęlum distinxit astris fulgentib⁹: qui solem rebus humanis clarissimum: ac singulare lumē in argumētū suę unice maiestatis accēdit. Terris aut̄ maria circūfundit: flumina sempiterno lapsu fluere p̄cepit: iussit & extēdi campos subsidere ualles: fronde tegi syluas: lapidosos surgere montes



Que utiq; oia non Iupiter fecit: q; añ annos mille septingētos na-  
Aristoteli qui semp fore mundum putauerūt: licet sint eloquentes: ingratis tamen idem Epicurus eripiet: q̄ sequit̄ ut habeat & finē. S; hęc ī ultio libro plurib⁹: nūc ad hoīs originē recurram⁹.

Capitulū. xii. Quod nō de terra uel sponte nata sunt animalia: sed dispositione diuina: cui⁹ fecisset de⁹ nos cōscios si scire expediret.

**A** Iunt certis cōuersionib⁹ cęli: & astroꝝ motib⁹ maturitatē quādā extitisse aīaliū serēdoꝝ. Ita q̄ terrā nouā, semē generale retinētē: folliculos ex se quosdā ī uteroꝝ similitudinē ptulisse. De qb⁹ Lucreti⁹. Crescebāt uteri, terrā radicib⁹ apti. Eos q̄, cū matura sēt, nā cogēte ruptos: aīalia tenera pfudisse. Deinde terrā ip̄am hūore quodā, q̄ eēt lacti similis exuberasse: eo q̄ alimento aīantes eē nutritos. Quo aut̄ uim frigoris aut caloris ferre aut uitare potuerūt: aut omnino nasci cum sol exureret: frigus abstringeret: Nō erant, inquit, in principio mundi h̄yems nec ęstas: sed p̄petua tempies et uer ęquabile. Cur ergo nihil hoꝝ fieri etiā nūc uidemus: q̄ semel fieri necessarium fuit: ut animalia nascerētur. Postq̄ uero eē coeperūt: concessa his facultate generādi: & terra parere desit: & temporis conditio mutata est. O q̄ facile est mendacia redarguere. Primū q̄ nihil pōt esse in hoc mundo: qđ non sic permaneat ut coepit. Nec enim sol & luna & astra tunc non erant: aut cū essent, meatus nō habebāt: aut nō diuina moderatio, quę cursus eoꝝ temperat, & gubernat, cū ip̄is simul coeperit. Deinde (q̄ si ita sit ut dicūt) p̄uidētiam eē necesse ē: & in idipsum īcidūt quod maxime fugiūt. Nōdū enī natis aīalibus aliq̄s utiq̄ p̄uidit ut nascerent̄: ne orbis terre desertus aut incultus horrēt. Ut autē de terra sine officio parentum nasci possent: necesse est magna rōe esse p̄uisum. Deinde ut humor ille concretus de terra in uarias imagines corpoꝝ fingeret̄. Itē ut e folliculis qb⁹ tegebātur accepta uiuēdi sentiēdiq̄ rōe: tanq̄ ex aluo matrū pfunderentur: mira inexplicabilisq̄ p̄uisio est. Sed putemus id quoq̄ casu accidisse: illa certe quę sequūt̄ fortuita eē nō possūt: ut terra cōtinuo lacte manaret: ut aeris temperies eēt ęqlis: q̄ si cōstat idcirco eēt facta: ut aīalia recēter edita ul' haberēt alimētū: ul' nō haberent piculū: necesse ē ut aliq̄s diuina nescio q̄ rōe p̄uiderit. Quis autē pōt prouidere nisi deus! Videamus tamen an idipsum quod dicitant fieri potuerit: ut hoīs nascerentur e terra. Si consideret

potuerint



aliquis q̄ diu & q̄bus educet infans: itelliget p̄fecto non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit n. neces se q̄ plurib⁹ mētib⁹ iacere p̄fectos: donec confirmatis neruis mo uere se: locūq; mutare possēt: qd' uix itra unū āni spaciū fieri po test. Iā uide utq; ne infans eodē mō & eodē loco q̄ ē effusus iacē p̄ m'itos mēses ualuerit: an nō humore illo terre q̄ alimēti grā mi nistrabat: & sui corporis purgamētis ī unū mixtis: obrut⁹ corru ptusq; moreret. Itaq; nullo mō fieri pōt: qn ab aliquo fuerit edu cat⁹: nisi forte aīalia oīa nō tenera nata sūt: sed ex creta qd' ut dice rent, nūq̄ uenit illis ī mētē. Omnis ḡ illa ratio impossibilis & ua na est: si tamen ratio dici potest: qua id agit ut nulla sit rō. Qui enim dicit omnia sua sponte esse nata: nihilq; diuinę p̄uidentię tribuit: hic p̄fecto rationem non asserit sed euertit. Quod si neq; fieri quicq̄ sine ratione neq; nasci potest: apparet diuinā esse p̄uidētiā: cui⁹ ē ppriū quod dicit ratio. Deus igit rex omnium machinator, fecit hominē: qd' Cicero quis expers cęlestiū l̄rarū uidit tñ: q̄ libro de legibus primo hoc idem tradidit, quod pro phetę cuius uerba subięci. Hoc aīal prouidum, sagax, multiplex; acutū, memor; plenū rationis & cōsiliū: quē uocamus hominem, p̄clara quadam conditione generatum esse a summo deo solu. <sup>est.</sup> Est enim ex tot animantium generibus atq; naturis, particeps rō nis & cogitationis: cum cętera sint omnia exptia. Vides ne ho minem quāuis longe a ueritatis noticia remotum: tñ quoniam imaginem sapientię tuebatur: intellexisse non nisi a deo hominē potuisse generari: sed tamen diuinis, opus est, testimonijs, ne mi nus, humana, sufficiant. Sibylla, hominem dei opus esse, testatur: ὁσ μόνος ἐστὶ θεὸς κτιστῆς ἀκράτητος ὑπάρχων, αὐ τὸσ δὲ ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε, αὐτὸσ ἐμί ξε φύσιν πάντων τενεῆ βιοτόιο. i. qui solus est deus creator liber, ipse autem statuit figuram formę homini. Ipse miscuit na turam omnium in generatione uite. Eadem tamen sanctę l̄rę cō tinēt. Deus ergo ueri patris officio funct⁹ ē: ipse corpus effinxit: ipse aīam q̄ spiramus infudit: illius ē totū quicq; sumus. Quō id effecerit si nos oporteret scire, docuisset: sicut docuit cętera q̄ cogitationē nobis & pristini erroris & ueri luminis attulerunt.

**C** Ca. xiiij. Quare duo sexus mūdi minoris idest hōis: & qd sit mors ei⁹ p̄ma: qd secūda: & de p̄moq; parētū culpa & poena.

f z.



**Q**uoniam ergo marem ad similitudinē suā primū finxisset: tu; etiā foeminā cōfigurauit ad ipsius hominis effigiē: ut duo iter se pmixti sexus: ppagare sobolē possent: & omnē terrā multitudinē opplere. In ipsi⁹ aut hōis fictiōe illarū duarū materiaꝝ: quas iter se diximus eē cōntrias: ignis & aquæ cōclusit p̄fecitq; rōnem. Fictio enī corpore spirauit ei animā de uitali fonte spirit⁹ sui; qui est perennis: ut ipsius mūdi ex cōntrīs cōstātis elemētis similitudinē gereret. Constat enī ex anima & corpore: idest quasi ex cęlo & terra: quādo qdē anima qua uiuimus, uelut e cęlo orit̄ a deo, corpus e terra: cui⁹ e limo diximus esse formatum. Empedocles quē nescias utrum ne inter poetas an iter philosophos numeres: q; de rerum natura uersib⁹ scripsit: ut apud romanos Lucretius & Varro, quatuor elemēta cōstituit: idest ignē: aerē: aquā et terrā: fortasse Trismegystum secutus, q; nostra corpora ex his quatuor elementis constituta esse dixit a deo. Habere nāq; in se aliquid ignis: aliquid aeris: aliquid aque: aliquid terre: & neque ignem esse: neq; aerem: neq; aquam: neq; terram: quę quidem falsa non sunt. Nā terre ratio in carne est: humoris in sanguīe: aeris in spiritu: ignis in calore uitali: sed neq; sanguis a corpore secer- ni pōt: sicut humor a terra: neq; calor uitalis a spiritu: sicut ignis ab aere: a deo rerum omnium duo sola reperiunt̄ elementa: quorum omnis ratio in nostri corporis fictiōe cōclusa est. Ex rebus igit̄ diuersis ac repugnantibus homo factus est sicut ipse mūd⁹ ex luce ac tenebris: ex uita & morte: quę duo inter se pugnare in homine p̄cepit: ut si anima supauerit: quę ex deo orit̄ sit imortalis: & in p̄petua luce uersetur. Si aut̄ corpus uicerit aīam ditio niq; subiēcerit: sit in tenebris sempiternis & in morte: cuius non ea uis est ut iniustas aīas extinguat oīo: sed ut puniat in ęternum. Eā poenā, secundā mortē noīamus: q; est & ipsa p̄petua: sicut & imortalitas. Primā sic diffinim⁹. Mors est nature aīantiū dissolutio: uel ita. Mors ē corporis aīęq; seductio. Secundā uero sic. Mors est ęterni doloris p̄pessio: uel ita. Mors ē aīaru; p̄ meritis ad ęterna supplicia dānatio. Hęc mutas pecudes nō attingit: q̄rū aīę nō ex deo cōstātes: sed ex cōmuni aere morte soluunt̄. In hac igit̄ societate cęli atq; terre: quoꝝ effigies ī hōie exp̄ssa ē: supiorē p̄tē tenent ea q; sūt dei: aīa. s. quę dominium corporis habet: inferiore autem ea quę sunt diaboli. Corpus utiq; quod q; terrenū



est: anime debet esse subiectum: sicut terra celo. Est enim terra quasi  
 uasculum quo tanquam domicilio temporali hic spiritus celestis utatur.  
 Vtriusque officia sunt: ut hoc quod est ex celo, & deo, imperet: illud uero  
 quod ex terra est: diabolo seruiat. Quod quidem non fugit homines: neque Salu-  
 stiū qui ait. Sed omnis nostra uis in animo et corpore sita est: animi imperio: cor-  
 poris seruitio magis utimur: recte si ita uixisset ut locutus est. Ser-  
 uium. n. foedissimis uoluptatibus: suamque ipse sententiam uite prauitate,  
 dissoluit. Quod si anima ignis est (ut ostendimus) in celum debet eniti, sicut  
 ignis, ne extingatur: hoc est ad immortalitatem quam in celo est. Et sicut ardere  
 ac uiuere non potest ignis: nisi aliqua pingui materia teneatur, in qua habeat  
 alimentum: sic anime materia, & cibus est sola iusticia: quam tenet ad  
 uitam. Post hec deus hominem, qua expositi ratione, generatum posuit in pa-  
 diso. i. in horto sanctissimo & amoenissimo: quem in partibus orien-  
 tis omni genere ligni arborumque conseruit: ut ex earum uariis fructibus  
 aleretur: expersque omnium laborum deo patri summa deuotione serui-  
 ret. Tum dedit ei certa mandata quam si obseruasset, immortalis ma-  
 neret: si transcendisset, morte afficeretur. Id autem preceptum fuit, ut  
 ex arbore una, que fuit in medio paradisi non gustaret: in qua posu-  
 erat intelligentiam boni & mali. Tum criminator ille inuidens ope-  
 ribus dei: omnes fallacias & calliditates suas ad decipiendum hominem  
 intendit, ut ei adimeret immortalitatem: et primo mulierem dolo illexit:  
 ut uetitum cibum sumeret: & per eam ipsi quoque homini persuasit: ut transce-  
 deret dei legem. Percepta igitur scientia boni & mali, pudere eum nudi-  
 tatis sue coepit, absconditque se a facie dei, quod antea non solebat.  
 Tum deus, sententia in peccatores lata, eiecit hominem de paradiso: ut  
 uictum sibi labore conquireret: ipsumque paradisu igni circumuallauit:  
 ne homo posset accedere: donec summum iudicium faciat in terra: &  
 iustos uiros cultores suos in eundem locum reuocet, morte sublata: si-  
 cut sacre legis docet & Sibylla erithrea cum dicit. *ΟΙ ΔΕ ΘΕΩΝ ΤΙΜΩΝ*  
*ΤΕΣ ΑΛΙΘΙΝΩΝ, ΑΕΝΧΩΝ ΤΕ ΖΩΗΝ, ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΥΣΙ ΤΟΝ, ΑΙΩΝΟΣ*  
*ΧΡΟΝΟΝ. ΑΥΤΟΙ ΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΝ ΕΡΙΘΗΛΕΑ ΚΗΠΟΝ*  
 Qui autem deum honorant uerum: sapientiam utique uitam hereditario iure possident seculi tempus, ipsi habitantes ad para-  
 disum similiter florentissimum hortum. Verum quoniam hec extra  
 nea sunt, tota in eterna operis huius parte tractabimus. Nunc ea que  
 prima sunt explicemus. Mors itaque secuta est homines secundum dei sententiam:  
 quod etiam Sibylla in carmine suo docet dicens. *ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΠΕΠΛΑΣΘΑΙ*

seruiuit.

extrema.



θεόν.

sempiternam legendum



ἀμείλιτον.

θεοῦ παλάμαῖς, ὃν καὶ πλάνησεν ὄφις δολίως ἐπιμοί  
 ραν ἀνελεῖν τὸν θάνατον, γνῶσιν τε λαβεῖν ἀταθοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ.  
 κοῦτε. i. hominem factū dei manib⁹ quē & seduxit serpēs dolose  
 ad fatū ascendere mortis: notioneq; boni & mali, hominem plasma-  
<sup>plasmatum</sup> tam, dei ipi⁹ palmis: quē dolis fefellit serpēs: ut uim mortis icur-  
 reret: & sciētia accipere boni & mali. Sic scā hōis uitā ē: & p oēm <sup>mortalis p</sup>  
<sup>per omnes</sup>  
<sup>sim. bonu</sup>  
<sup>licet et malis</sup>  
 sciētia publicatū: cū Varro nō ignoraret argumētari nixus est:  
 cur putarēt antiq mille ānos uictitasse. Ait enī apud egyptios p  
 annis mēses haberi: ut nō solis p duodecī signa circuit⁹ faciat an-  
 num: sed lunāq; orbē illū signiferū, xxx. dierum spatio lustrat:  
 quod argumentum perspicue falsum est. Nemo enim tunc mille  
 simum annum transgressus est. Nunc uero qui ad centesimū per-  
 ueniunt: quod fit serpissime: mille certe ac ducentis mensibus ui-  
 uunt. Et auctores idonei tradūt ad cētū. xx. annos pueniri solē.  
 Sed q; ignorabat Varro cur aut quādo uita hōis esset diminuta  
 ipse diminuit, cū sciret mille & cccc. mētib⁹ posse uiuere hominē.

Capitulum. xiiiij. Quod nō Liber pater fuit inuentor uini: sed  
 Noe post diluuium. Et quē fuerit origo gentium. Et qui primi  
 habuerint scientiam astrorum & ignorantiam dei.

**Q** Eus aut postea cum uideret orbem terre malitia & sceleri-  
 bus oppletum: statuit humanū genus diluuiio perdere: sed  
 tamen ad multitudinem repandam delegit unū: quod corruptis  
 omnibus quod singulare iustitię superat exemplum. Hic cū sex-  
 cento & eēt annorum: fabricauit arcam sicut p̄cep̄erat ei deus: in  
 qua ipse cum cōiuge ac tribus filiis totidēq; nurib⁹ reseruatus est,  
 cum aqua uniuersos montes altissimos operuisset. Deinde orbe  
 ficcato execratus in iustitiā p̄oris seculi deus: ne rursus lōgitudō  
 uite, cā eēt excogitando & malo: paulatī p̄ singulas progenies di-  
 minuit hominis etatē: atq; in centū et. xx. annis metā collocauit:  
 quam transgredi non liceret. Ille uero cū egressus eēt ex archa: ut  
 sanctę litterę docēt: terrā studiose coluit: atq; uinea sua manu se-  
 uit. Vnde arguūtur q; auctore uini Libery putant. Ille enim non  
 modo Liberum: sed etiā Saturnū atq; Vranū mltis añcessit eta-  
 tibus. Qua ex uinea cum p̄mū fructum coepisset: letus factus bi-  
 bit usq; ad ebrietatem: iacuitq; nudus: quod cum uidisset unus  
 ex filiis cui nomē fuit Cham: nō texit p̄ris nuditatē: sed egressus



217

etiã fratrib⁹ indicauit. At illi sumpto pallio intrauerunt auersis uultibus patrēq; texerūt. Quę cū facta recognouisset p̄r: abdica uit atq; expulit filium. At ille profugus in eius terrę parte con se dit: quę nunc arabia nominat̄. Eaę terra de nomine suo chanaan dicta est: & posterius eius chananei. Hęc fuit p̄ma gens quę deum ignorauit: quoniã p̄nceps eius & conditor cultū dei a patre non accepit: maledict⁹ ab eo. Itaq; ignorantia diuinitatis, minorib⁹ suis reliquit. Ab hac gente pximi quicq; populi multitudine icre scente fluxerunt. Ipsius autem patris posterius hebrei dicti: penes quos religio dei resedit. Sed & ab his postea multiplicato in im mensum numero: cū eos angustię locoꝝ suoꝝ capere nō possēt: tū adolefcētes uel missi a parentibus: uel sua sponte: cū rez penuria cogeret, pfugi ad quęrendas sibi nouas sedes buc atq; illuc di spersi: omnes insulas et orbē totum repleuerūt: et a stirpe sanctę radicis auulsi: nouos sibi mores atq; instituta p̄ arbitrio cōdide runt. Sed omniū p̄mi q̄ egyptū occupauerāt, cęlestia suscipē atq; adorare coeperūt. Et q̄ domicilijs non tegabantur propter aeris qualitatē: nec ullis in ea regione nubibus s̄btexiē cęlū: cursus s̄ide rum & defectus notauerūt: dū ea sepe uenerantes curiosius atq; liberius intuerentur. Postea deinde portentificas aīaliū figuras quas colerent cōmenti sunt q̄busdam pdigijs īducti. Quorum mox auctores aperiemus: Cęteri aut̄ qui per terram dispersi fue runt admirātes elementa mundi, cęlum; solē; terram; mare; sine ullis imaginib⁹ ac templis uenerabant̄. Et his sacrificia in aperto celebrabāt: donec p̄cessu tempoꝝ potētissimis regib⁹ templa & simulachra fecerūt. Eaę uictimis & odorib⁹ colere īstituerunt: sic aberrātes a notitia dei gētes eē coeperūt. Errant igiř q̄ deoꝝ cultus, ab exordio rez fuisse cōtendūt: & p̄orē eē gentilitatem q̄ dei religionem: quā putāt posterius iuentā: q̄ fontē atq; originem ueritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

Capitulū. xv. De iniquatione angelorū: & duobus generi bus demonum: qui se persuaserūt ut deos coli: quos etiam fami liares philosophi habuerunt ut Socrates.

QV m ergo numerus hominū coepisset icrescere: p̄uidēs de us ne fraudib⁹ suis diabol⁹: cui ab ītio dederat terrę ptātē

*caute legendus hoc cap.*



uel corrumpere uel disperderet hoīes: quod in exordio fecerat: misit angelos ad tutelā cultūq; generis hūani: q̄b⁹ p̄cepit aī omnia: ne terre cōtagione maculati, s̄b̄stātiē celestis amittēt dignitatem. s̄. id eos facē p̄hibuit: qd̄ sciebat eē facturos: ut ueniā sperare nō possent. Itaq; illos cū hōib⁹ cōmorātes: dominator ille terre fallacissim⁹, cōsuetudine ip̄a paulatī ad uicia pellexit: & mulierū cōgressib⁹ inq̄nauit. Tū ī cēlū ob peccata (q̄b⁹ se īmerferāt) non recepti, ceciderūt ī terrā: sic eos diabolus ex angelis dei suos fecit satellites ac ministros. Qui aut̄ sūt ex his p̄creati: q; neq; angeli neq; hoīes fuerūt: sed mediam quandā naturā gerentes: non sunt ad inferos recepti: sicut in cēlum parentes eorum: ita duo genera demonum facta sunt, Vnum celeste: alterum terrenum. Hi sunt immundi spiritus, maloꝝ que gerunt, auctores: quoꝝ idem diabolus est p̄nceps. Vñ Trismegystus illū demonarchen uocat. demoniarum Demonas aut̄ grāmatici dictos aiunt: quasi Δαίμονας. id est peritos ac rerū scios. Hos aut̄ putant deos eē: sciunt illi quidem futura multa: sed nō omnia: quippe q̄b⁹ penitus cōsiliū dei scire nō liceat. Et ideo solent respōsa ī ābiguos exit⁹ temperare. Eos poetę & sciūt eē demonas, & loquūtur. Hesiodus ita tradit. τῶι μὲν Δαίμονες εἰσὶ Διὸς μεγάλου, Διάβουλάς ἐσθλοῖ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων. i. hi quide; demones sūt Iouis magni: p̄pter uoluptatem boni terrestris custodes mortaliū hominū. Quod iccirco dictus ē: quoniā custodes eos hūano generi de⁹ miserat: sed ip̄i cū sint p̄ditores hominum: custodes tñ se uocari uolūt: ut ip̄i colant̄: & de⁹ nō colant̄. Philosophi quoq; de his dixerūt. Nā Plato etiā naturas eoꝝ ī simposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduū demona loquebat̄: q; puero sibi adhēsisset: cuius arbitrio & nutu sua uita regeret̄. Magorum quoq; ars omnis, ac potentia horum aspiratōnibus constat: a quibus inuocati, uisus hominū prestigijs obcecātibus fallunt: ut non uideant ea que sunt: & uidere se putēt illa q̄ non sunt. Hi (ut dico) spirit⁹ cōtaminati ac p̄diti per omnē terrā uagant̄: & solatium p̄ditionis suę, perdēdis hominib⁹ opantur. Itaq; omnia, in fidis, fraudib⁹, errorib⁹ complent. Adhērent enī singulis hominibus: & oēs ostiatī domos occupāt: ac sibi genitorū nomē assumūt: sic enī latino sermone demonas interpretant̄. Hos in suis penetralibus cōsecrant. His quotidie profundunt: et



sciētes demonas uenerant: quasi terrestres deos: & quasi depulso  
res maloꝝ: q̄ ip̄i faciūt & irrogāt. Qui quoniā sūt spirit⁹ tenues  
& icōphēsbiles: insinuāt se corporib⁹ hominū: & occulte ī uisce  
rib⁹ operti ualitudinē uiciāt: morbos citāt: sōnūs aīos trēt: men  
tes furorib⁹ quatiūt: ut hoīes his malis cogant ad eoꝝ auxilia de  
currere

Capitulum. xvi. Quod hi pdesse putant cū nocere desinūt:  
nec possūt aliqd ī eos q̄ in fide solidati sunt: sed sanctis sibiēcti:  
eis tanq̄ seruis obediunt.

Varū omniū fallaciaꝝ ratio, ex p̄tib⁹ ueritatis obscura ē.  
Prodesse enī eos putant: cum nocere desinunt: qui nihil ali  
ud possunt q̄ nocere. Dicat fortasse aliquis colēdos esse ergo, ne  
noceant: si quidem possunt nocere. Nocent illi quidem: sed his  
a quibus timentur: quos manus dei potens & excelsa non p̄tegit,  
qui p̄phani sunt a sacramento ueritatis. Iustos aut. i. cultores dei  
metuūt: cuius nomine adiurati de corporibus excedūt: quorum  
uerbis tanq̄ flagris uerberati: nō modo demonas eē se confitent,  
sed etiam nomina sua edunt: illa que in templis adorātur: quod  
plerunq̄ coram cultoribus suis faciunt: non utiq̄ in obprobriū  
religionis: sed honoris sui: quia nec deo per quē adiurantur: nec  
iustis, quorum uoce torquentur, mentiri possunt. Itaq̄ maximis  
sepe ululatibus editis: uerberari se & ardere & iam iāq̄ exire p̄  
clamant. Tantū habet dei cognitio ac iustitia ptātis: cui ergo no  
cere possunt: nisi his quos habēt ī sua ptāte! Deniq̄ affirmat, eos  
Hermes; q̄ cognouerūt deū: nō tātū ab icursionib⁹ demonū tu  
tos eē: ueꝝ etiam ne fato quidem teneri. *μία φυλακή ευσέβεια  
ένσεβούσ γάρ ανθρωπου, ουτε δάιμων κακόσ, ουτε είμαρ  
μένη κρατεί, θεός γάρ ρύεται τόν ένσεβή έκ παντός κα  
κοῦ. τό γάρ έν καιμόνον έν ανθρωποισ έστί άγαθόν ένσε  
βεια. i. una inquit custodia pietas. Pium enim homini est nec de  
mon malus: nec fatum tenet: nam deus liberat pium ab omni  
malo: qđ piū unū & solū in omnib⁹ bonū est pietas. Quid sit  
aut pietas: alio loco his uerbis testatur dicens. *ή γάρ ένσεβεια  
γνωσις έστί θεού. i. pietas notio est dei. Asclepius autē audi  
tor eius eandem sententiā lati⁹ explicauit: ī illo sermone p̄fecto  
quē scripsit ad regē. Vterq̄ uero demonas eē affirmat iūmicos  
& uexatores hoīum: quos iō Trismegystus angelos malignos**



appellat: adeo nō ignorāt ex cęlestibus, deprauatos terrenos esse  
coepisse

**C**apitulū. xvii. Quod hi astrologiam aruspicia et omnes  
artes reprobas inuenerunt & persuaferunt cultum idoloru; per  
miracula; & uarias fallaciarum tendiculas.

**O**rum inuenta sunt astrologia: & aruspicia: & auguratio  
& ipsa quę dicuntur oracula & necyomantia: & ars magi  
ca & quicquid pręterea malorum exercent homines: uel pala; uel  
occulte: quę omnia per se falsa sunt: ut Sibylla erithrea testatur.  
ἐπεὶ πλάνη πάντα τὰ Δέστιν ἄπερ ἄφρονες ἄνδρες  
ἐρευνῶσι κατὰ ἡμᾶρ .i. quia error hęc omnia sunt quę stulti  
homines scrutātur quotidie. Sed idē ipsi auctores pręsentia sua  
faciunt: ut uera esse credantur. Ita hominū credulitatem, mentita  
diuinitate, deludunt: quod illis uerum aperire non expedit. Hi  
sunt qui imagines & simulachra fingere docuerunt: qui ut & ho  
minū mētes a cultu ueri dei auerterent: & fictos mortuoz regū  
iultus et ornatos exquisita pulchritudie statui cōsecrariq; fecerūt:  
& illoz sibi nomina quasi psonas induerūt aliquas: sed eos ma  
gi & hi quos uere maleficos uulgus appellat: cū artes suas execra  
biles exercent: ueris suis nominibus cient illis cęlestibus: quę in  
litteris sanctis leguntur. Hi porro incesti ac uagi spiritus: ut tur  
bent omnia & errores humanis pectoribus offundunt: serunt  
ac miscent falsa cum ueris. Ipsi enim, cęlestes multos finxerūt eē  
unūq; regē omniū Iouē: eo q̄ multi sunt spiritus angeloꝝ ī cęlo  
& unus parens ac dominus omniū de⁹: sed ueritatē, mentitis no  
minib⁹, iuolutam: ex oculis abstulerūt. Nā deus (ut in principio  
docui) neq; nomine cum solus sit eget: neq; angeli cū sint īmorta  
les dici se deos aut patiūtur aut uolunt: quoꝝ unū solūq; officiū  
est seruire nutibus dei: nec omnino quicq; nisi iussu facere. Sic, n.  
mundū regi a deo dicimus: ut a rectore prouintiam: cuius appa  
ritores nemo socios esse in regenda prouintia dixerit: quis illo  
rū ministerio res gerat. Et hi tñ possunt aliquid prę iussa recto  
ris p ipsius ignorantia: quę est cōditionis humane. Ille aut p̄ses  
mundi & rector uniuersi: qui scit omnia: cuius diuinis oculis ni  
hil septū est: solus habet rez omniū cū filio suo ptatē: nec est in  
angelis quicq;: nisi parendi necessitas. Itaq; nullū sibi honorē tri  
bui uolunt: quorū honor in deo est. Illi autem qui defierūt a dei

ne c̄hiomantia

in uocāt

quamuis



ministerio: q̄ sunt ueritatis inimici & p̄uaricatores: dei nomē sibi & cultū deoꝝ uēdicare conāt: nō quo ullū honorem deſiderēt. Quis. n. honor p̄ditis ē! Nec ut deo noceāt cui noceri nō po teſt: ſed ut hominibꝰ quos nitūt a cultu & noticia uerę maiesta tis auertē: ne imortalitatē adipiſci poſſint: quā ip̄i ſua neqtia per diderūt. Offundūt itaq; tenebras: et ueritatē caligine obducunt. ne dominū: ne patrē ſuū norit: & ut illiciāt facile: in tēplis ſe oc culūt: & ſacrificijs oībꝰ p̄ſto adſūt. Edūtq; ſēpe p̄digia: qbꝰ ob ſtupefacti homines fidē cōmodēt ſimulachris diuinitatis ac nu minis. Inde eſt q̄ ab aūgure lapis nouacula icifus eſt: & q̄ Iuno ueienſis migrare ſe romā uelle, r̄ndit: q̄ fortuna muliebris picu lum denūciauit: q̄ Claudię manū nauis ſecuta ē: q̄ i ſacrilegos et Iuno nudata: et Locrenſis Proſerpina: & Ceres Mileſia uindica uit: & Hercules de Appio: & Iupiter de Atinio: & Minerua de Cęſare. Hinc q̄ ſerpēs urbē romā peſtilētia liberauit Epidauro arceſſitꝰ. Nam illuc dēmoniarches ip̄e i figura ſua ſine ulla diſſi mulatōe perductꝰ eſt: ſi qdē legati ad eā rē miſſi draconē ſecum mirę magnitudinis attulerūt. In oraculis aut uel maxime fallūt quoꝝ p̄reſtigias p̄phani a ueritate itelligere non poſſunt: ideoq; ab illis attribui putāt: & iperia: & uictorias: & opes: & euentus p̄ſperos reꝝ. Deniq; ipſoꝝ nutu ſēpe rēpublicā piculis iminenti bus liberatam. Quę picula & reſponſis denunciauerūt: & ſacri ficijs placati auerterunt: ſed omnia iſta fallacię ſunt. Nam cu; diſ poſitiones dei p̄reſentiant: quippe qui miniſtri eius fuerunt: iter ponunt ſe in his rebus: ut quęcūq; a deo uel facta ſunt uel fuerūt, ipſi potiffimum facē aut feciſſe uideāt. Et quotiēs alicui populo uel urbi ſecundum dei ſtatutū boni quid impendet: illi ſe id fa cturos: uel p̄digijs: uel ſōnjs: ul' oraculis pollicēt: ſi ſibi templa: ſi honores: ſi ſacrificia tribuantur. Quibus datis cum illud acci derit: quod neceſſe eſt: ſummā ſibi pariunt ueneratōem. Hic tem pla deuouētur: & nouę imagines cōſecrāt: maētāt greges hoſtia rū. Sed cū hęc facta ſunt: nihilominꝰ tñ & uita & ſalus eoꝝ qui hęc fecerūt imolant. Quotiens aut picula impendent: ob aliquā ſe ięptam & leuem cauſam p̄fitētur iratos: ſicut Iuno Varroni: q̄ formoſum puerum in templo Iouis ad exuuias tenendas col locarat: & ob hanc cām romanū nomen apud Cannas pene dele tum eſt: quod ſi Iuno alterū Ganymeden uerebatur: cur iuuentꝰ



romana luit poenas! Vel si dū tantūmodo duces curāt: ceteram  
mūltitudinē negligūt. Cur Varro solus euasit: q̄ h̄ fecit! Et Paul⁹  
q̄ nihil meruit occisus ē! Videlicet nil tūc romanis accidit fati  
Iunonis iniquū: cū Hanibal duos exercit⁹ populi romani & astu et  
uirtute cōfecit. Nā Iuno audere nō poterat, aut carthaginē defen  
dere: ubi arma ei⁹ & currus fuit: aut romanis nocē: q̄ p̄geniē tro  
iano a sanguine duci audierat: tirias olī q̄ uerteret arces. Sed illo  
rū sūt isti lusus: q̄ s̄b noībus mortuoz, delitescētes, uiuētib⁹ pla  
gas tēdūt. Itaq̄ siue illud piculū qd̄ iminet uitari pōt; uideri uo  
lūt id placati auertisse: siue nō pōt, id agūt ut p̄pt̄ illoz cōtēptū  
accidisse uideatur. Itaq̄ sibi apud homines, q̄ eos nesciunt aucto  
ritatē ac timorē pariūt. Hac uersutia & his artibus, notitiam ueri  
ac singularis dei apud oēs gētes iueterauerūt. Suis enī uiciis p̄di  
ti seuiūt & grassant̄ ut p̄dāt. Iccirco etiā hūanas hostias excogi  
tauerūt: ip̄i hostes hūani generis: ut q̄m̄ltas deuoraret animas.

notitia ueri ac singularis  
dei, apud omnes gentes  
in uetera uis.

¶ **Capitulum. xviii.** Cur deus humano generi sic patiatur illudi.  
Et q̄ tribus de causis uana est eorum religio.

**O** Icet aliquis, cur ergo deus hęc fieri patitur: nec tā malis suc  
currit erroribus: ut mala cum bonis pugnent: ut uicia sint  
aduersa uirtutib⁹: ut habeat alios quos puniat: alios quos hono  
ret! Vltimis enim temporibus statuit de uiuis ac mortuis iudi  
care: de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatō. Differt  
ergo donec ueniat temporum finis: quo effundat iram suam in  
potestate ac uirtute cęlesti: sicut uatum p̄dicta priorum, terri  
bili monitu horrificant. Nunc autem patitur homines errare: &  
aduersum se quoq̄ impios esse: ipse iustus & mitis & patiens.  
Nec enim fieri potest: ut non is in quo perfecta sit uirtus: sit etiā  
perfecta patientia. Vnde quidā putāt: ne irasci qd̄ deū omnino,  
q̄ affectibus, qui sunt p̄turbationes animi, s̄biect⁹ nō sit: q̄ fragi  
le ē oē animal: qd̄ afficit̄ & cōmouetur. Quę persuasio ueritatē  
atq̄ religionem funditus tollit. Sed seponatur interim locus hic  
nobis de ira dei differendi: q̄ & uberior est materia: & opere p̄  
prio latius exequenda. Illos ergo nequissimos spirit⁹ q̄squis ue  
neratus fuerit & secutus: ne cęlo nec luce potiat̄: quę sunt dei: sed  
in illis decidet q̄ in distributione rez attributa esse ip̄si malorū



principi, disputauimus: in tenebras. f. & inferos: & in supplicium  
sempiternum. Docui religiones deorum triplici ratione uanas esse. Una  
quod simulachra ipsa que coluntur: effigies sint hominum mortuorum. Est  
autem peruersus & incongruus: ut simulachrum hominis a simulachro dei  
colatur. Colit enim quod est deterius & inbecillius: Tunc inexpiabile facinus  
est: deserere uiuentem: ut defuncto monumentis seruias: que nec uita,  
nec lucem dare cuiquam possunt qua ipsi carent. Nec est alium quem deum  
preter unum: cuius iudicio ac potestati omnis anima subiecta sit. Al  
tero quod ipse imagines sacre: quibus inanissimi homines seruiunt:  
omni sensu carent: quoniam terra sint. Quis autem non intelligat  
nefas esse: rectum animal curuari ut adoret terram! Que idcirco  
pedibus nostris subiecta est: ut calcanda nobis non adoranda sit:  
qui sumus ideo excitati: & ex ea statum sublimen preter ceteras ani  
mantes accepimus: ut non reuoluamur deorsum: nec hunc celestem  
uultum praeiciamus ad terram: sed oculos eo dirigamus: quo illos  
nature sue conditio direxit: nihilque aliud adoremus: nihil cola  
mus: nisi solum artificis parentisque nostri unicum nomen: qui pro  
pterea hominem rigidum figurauit: ut sciamus nos ad superna  
& celestia prouocari. Tertio quod spiritus qui presunt ipsis religio  
nibus: condonati & abiecti a deo per terram uoluntur: qui non  
tantum nihil prestare cultoribus suis possunt: quoniam rerum po  
testas penes unum est: Vex etiam mortiferis eos illecebris & erro  
ribus perdant: quoniam hoc illis quotidianum est opus: tenebras ho  
minibus obducere: ne queat ab his uerus deus. Non igitur colendi sunt  
quod sententie dei subiacent. Est enim piaculum maximum abdicere po  
testati eorum: quibus si iustitiam sequare potentior esse possis: &  
eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare. Quod si ap  
paret religiones istas tot modis esse uanas: quibus docui: manife  
stum est eos que uel mortuis supplicat: uel terram uenerant: uel spiri  
tibus impuris animas suas mancipant rationem hominum non tenent: eosque impieta  
tis ac sceleris sui supplicia persuros: que rebelles aduersus parentem ge  
neris humani deum susceptis inexpiabilibus sacris fas omne uiolauerunt.

Capitulum. xix. Quod in cultu simulachrorum nulla potest esse  
religio: nam a simulatione: id est a fallacia dicta sunt.

Quicumque igitur sacramentum hominis tueri: rationemque nature  
sue nititur optinere: ipse se ab humo suscitet & erecta mente



oculos suos tendat in celū nō s̄ pedibus quęrat deū : nec a uesti-  
gīs suis eruat qđ adoret: qđ qđ hōi s̄biacet: infra hoīe; sit necesse  
ē: sed qđrat ī s̄blimi: qđrat ī s̄ūmo: qđ nihil pōt hōie mai⁹ eē: nisi qđ  
fuerit supra hoīe; de⁹ aut maior ē hōie; supra tergo nō infra ē. Nec  
in ima poti⁹: sed ī s̄ūma regione qđrend⁹ ē. Quare nō ē dubium:  
qn religio nulla sit: ubicūq; simulachrū ē. Nā si religio ex diui-  
nis reb⁹ ē: diuini aut nihil ē: nisi ī celestib⁹ reb⁹. Carēt ḡ religiōe  
simulachra: qđ nihil pōt eē celeste in aere qđ fit ex terra. Qđ qđē  
de noīe ip̄o apparere sapiēti pōt. Quicqđ enī simulat: id falsum  
sit necesse ē: nec pōt unq̄ ueri nomē accipere: qđ ueritatē fūco &  
imitatōe mētitur. Si aut oīs imitatio nō res potissimū seria: sed  
quasi ludus ac iocus est : non religio in simulachris : sed minus  
religionis ē. Pręferendum est igitur uerum omnib⁹ falsis. Calcā  
da terrena ut celestia consequamur. Ita enī res se habet : ut qđsq; <sup>quisquis</sup>  
animam suam cuius origo de celo est: ad īferna & ima p̄straue-  
rit: eo <sup>cadat</sup> cadet quo se ipse deiçerit. Ideoq; oportet rōnis ac stat⁹ sui  
memorem: non nisi ad supna niti semp ac tendere. Quod qui fe-  
cerit hic plane sapiens: hic iustus: hic hō : hic celo deoq; dignus  
iudicabitur: quē suus parēs nō humilē: nec ad terrā more quadru-  
pedū abiectū: sed stātē poti⁹ ac rectū sicut eum fecit agnouerit.

¶ Capi. xx. Breuis Epilogus quo docet gentibus superatis : si-  
bia philosophis grauius imminere certamen.

**P**eracta est igit̄ ni fallor: magna & difficilis suscepti operis  
portio: & maiestate celesti suggerēte nobis dicēdi faculta-  
tem iueteratos depulimus errores. Nūc uero maior nobis ac dif-  
ficilior cum philosophis p̄posita luctatio ē: quorum sūma do-  
ctrina & eloquentia quasi moles aliqua mihi opponit̄. Nam ut  
illic multitudine ac prope cōsensu omniū gentiū p̄mebamur: ita  
hic auctoritate pręstatiū omni genere laudis uiroꝝ. Quis aute;  
nesciat plus esse momenti in pauciorib⁹ doctis: q̄ in plurib⁹ im-  
peritis! Sed non est desperandū: istos quoq; de sententia deo ac  
ueritate ducibus posse depelli. Nec tā pertinaces fore arbitror: ut  
clarissimum solem sanis ac patētibus oculis uidere se negēt: mō  
illud uerū sit: quod ipsi solēt profiteri studio īuestigādę uerita-  
tis se teneri. Efficiā profecto: ut quęsitā ueritatē diu & aliqñ iuē-  
tam eē credāt: & hūanis ingenis inueniri non potuisse fateātur.



L. Coelii lactantij firmiani diuinay institutionū aduersus gētes  
libro .iii. de falsa sapientia ad Constantinum Impatorem.

Cōmēdat i primis ueritas: & omnium p̄fert eloquētię. Et quare  
nō sint eā assecuti philosophi apitur. Et quare stilo simplici sa  
cra scribāt eloqa. Et q̄ p̄bis tūc maxie credēdū ē: cū suā ignoīati  
am profitentur. C. i.



Ellē mihi quoniā ueritas in obscuro latere adhuc  
existimat: uel errore atq; i peritia uulgi uariis et in  
eptis supstitiōib⁹ seruiētis: ul' p̄bis prauitate inge  
nioꝝ turbātib⁹ eā poti⁹ q̄ illustrātibus) & si nō q̄  
lis in Marco Tullio fuit: q̄ p̄cipua & admirabil'

fuit: aliquā tñ p̄ximā eloquētię cōtigē facultatē: ut quātū ueritas  
ui sua p̄p̄a ualeat: tātū i genij quoq; uirib⁹ nixa exercēt se aliqñ: et  
discussis cōuictisq; tā publicis: q̄ eoꝝ q̄ sapiētes putāt erroribus  
hūano generi clarissimū lumē i ferret. Qd' qdē duab⁹ ex causis  
fieri uellē: uel qd' magis possēt credē hoīes ornatę ueritati q̄ etiā  
mēdacio credūt; capti orationis ornatu lenocinioq; uerboꝝ: uel  
certe ut ipsi philosophi suis armis potissimu; qbus placere sibi  
& confidere solent, opprimerent a nobis: sed quoniā deus hanc  
uoluit rei esse naturam: ut simplex & nuda ueritas eēt luculētior  
quia satis ornata per se est: Ideoq; ornamentis extrinsecus addi  
tis fucata, corrumpit: Mendaciū uero specie placet aliena: q̄ p̄ se  
corruptu; uanescit ac defluit: nisi aliunde ornatu quęsito circū  
litum fuerit ac politum: equo animo fero ingenium mihi medi  
ocre fuisse concessum. Verum ego non eloquentię sed ueritatis  
fiducia suscepi hoc opus, maius fortasse q̄ ut possit meis uiribus  
sustineri: quod tamen etiam si ego defecerim, deo cuius est hoc  
munus adiuuante: ueritas ip̄a complebit. Etenim cum sciam ma  
ximos quoq; oratores a cauidicis mediocribus sepe uictos: q̄  
tanta est potentia ueritatis: ut seipsam quanuis in rebus exiguis  
sua claritate defendat: Cur hanc ego in maxima causa ab ingenio  
sis quidem illis ac disertis uiris: sed tamen falsa dicentibus opp̄f  
sum iri putem? ac nō illa si minus oratione nostra: quę de tenui  
fonte admodum exilis emanat: lumine tamen suo clara & illu  
stris appareat? Nec si philosophi doctrina litterarum mirabi  
les extiterint: ego illis etiam scientiam ueri, cognitionemque con  
cesserim: quam nemo cogitando aut disputando assequi potest.

exercet

dis, ualeat.

quo.



Neque enim nunc reprehendo eorum studium: qui ueritatem scire uoluerunt: quod natura hominis de ueri adipiscendi cupientissimam fecit: sed id arguo: id reuico: quod honestam illorum & optimam uoluntatem non sit secutus effectus: quod neque quod esset uerum ipsum sciebant: neque quomodo aut ubi aut qua mente querendum: ita dum succurrere humanis erroribus cupiunt: ipsi se in plagas & errores maximos induxerunt. Ad hoc igitur me opus coarguendi philosophiam: susceptae materiae ordo ipse deduxit. Nam cum error omnis: aut ex religione falsa oriatur: aut ex sapientia: in eo conuincendo necesse est utrumque subuertere. Cum enim sit nobis diuinis litteris traditum: cogitationes hominum philosophorum stultas esse: id ipsum re & argumentis docendum est: ne quis honesto sapientiae nomine inductus: aut inanis eloquentiae splendore deceptus: humanis malitiam quam diuinis credere: quae quidem tradita sunt breuiter ac nude. Nec enim decebat aliter, ut cum deus ad hominem loqueretur, argumentis assereret suas uoces: tanquam fides ei non haberetur: sed ut oportuit est locutus: quasi reus omnium maximus iudex cuius non est argumentari: sed pronuntiare uerum. Ipse ut deus: nos autem cum ad res singulas testimonia diuinae uocis habeamus: profecto monstrabimus: quanto certioribus argumentis possunt uera defendi: cum etiam falsa sic defendantur: ut uera soleant uideri: quare non est quod philosophis tantum honoris habeamus: ut eorum eloquentiam pertimescamus. Loqui enim bene potuerunt ut homines eruditi: uere autem loqui nullo modo: quia ueritatem non didicerant ab eo qui eius potens esset. Nec sane magnum aliquid efficiemus: quod illos ignorantiae redarguamus: quam ipsi sepiissime confitentur: in eo solo quoniam eis non creditur: in quo solo credi debuit, conabor ostendere nunquam illos tam ueridicos fuisse: quam cum sententiam de sua ignorantia dixerunt.

¶ Capitulum. ii. Quod ipso nomine philosophiae conuincitur: quod inanis fuerit gentiliter philosophantium occupatio.

**N**unc quoniam duobus superioribus libris religionum falsitas demonstrata est: necnon origo ipsa totius erroris exposita: huius libri munus est: philosophiam quoque ostendere: quod inanis & falsa sit ut omni errore sublato: ueritas patefacta clarescat. Ordiamur itaque a communi philosophiae nomine: ut ipso capite destructo



facilior nobis aditus pateat, ad excidendum omne corpus: si tamē potest corpus uocari: cuius partes ac mēbra discordēt nec ulla cōpage inter se cohēreant: sed quasi disiēcta & dissipata palpitare potius q̄ uiuere uideātur. Philosophia est ut nomen indicat: ipsiq; diffiniunt studium sapientiē. Vnde igit̄ probem magis, philosophiam non esse sapientiam: q̄ ex ipsius nominis significatione. Qui enim sapientiē studet: utiq; nondū sapit: sed ut sapere possit studet. In ceteris artibus studiū qd efficiat et quo tendat apparet: quas cum discendo aliquis assecutus est: iam nō studiosus artificij: sed artifex nominatur. At enim uerecūdię causa studiosos se sapiētię: nō sapiētes uocauerūt. Immo uero Pythagoras qui hoc primus nomen inuenit: cum paulo plus saperet q̄ illi priores: qui se sapientes putauerunt intellexit nullo humano studio posse ad sapientia; perueniri: & ideo non oportere incōprehenſę atq; imperfectę rei p̄fectum nomen imponi. Itaq; cum ab eo quęreret: quēnam se profiteretur. Respondit philosophū i. quęsitorem sapientiē. Si ergo philosophia sapientiam quęrit nec ipsa sapientia est: quia necesse est aliud <sup>esse</sup> quod quęrit: aliud quod quęritur: nec quęsitio sapientiē recta est: quia nihil potest inuenire. Ego uero ne studiosos quidem sapientiē philosophos esse concesserim: quia illo studio ad sapientiam non puenit. Nā si facultas inueniendę ueritatis huic studio s̄biaceret: et si esset id studium tanq̄ iter ad sapientiam: aliqñ esset inuenta. Cum uero tot temporibus: tot ingenijs in eius inquisitione cōtritis, non sit cōprehenſa: apparet nullam esse ibi sapientiam. Non ergo sapiētię student: qui philosophant: sed ipsi studere se putant: q̄ illud quod quęrunt: ubi aut quale sit nesciunt. Siue ergo sapientiē student: siue non student: sapientes non sunt: quia nunq̄ reperiri potest: quod aut non recte quęritur: aut omnino non quęritur.

**¶** Capitulum. iij. Ex quibus rebus philosophia constet. Et q̄s fuerit auctor academicę sectę: quę nihil recte diffinit, q̄ solā opinionem esse in philosophia gentilium, qui ideo plus audent: q̄ errores eorum non arguit nisi deus.

**¶** Ideamus tamen id ipsū, possit ne h̄ studio reperiri aliqd̄ an nil: Duabus rebus uidetur philosophia cōstare, scientia: &



opinatioe: nec ulla alia re. Sciētia uenire ab īgenio nō pōt: nec cogitatione comp̄hendi: q̄ in seipso habere ppriā sciētiā: nō hominis sed dei est. Mortalis autem natura nō capit sciētiā: nisi q̄ ueniat extrīsecus. Idcirco enī oculos: & aures: & ceteros sensus parafecit in corpore, diuina solertia: ut p̄ eos adit<sup>9</sup> sciētia pueniret ad mentem. Nā causas naturaliū reꝝ disqrere: aut scire uelle: solutꝝ ne tantus quātus uideatur: an multis partib<sup>9</sup> maior sit q̄ oīs hęc terra. Item luna globosa sit: an cōcaua. Et stelle utrum ne cohereant celo: an per aerem libero cursu ferantur. Cælum ipsum qua magnitudine: qua materia constet: utrum quietum sit an mobile: an incredibili celeritate uoluatur. Quanta sit terre crassitudo: aut quibus fundamentis librata & suspensa sit. Hęc inquam disputando & coniecturis uelle comprehendere: tale est profecto: quale si differere uelimus: qualem esse arbitramur cuiuspiā remotissime gentis urbem: quam nunquam uidimus: cuiusque nihil aliud q̄ nomen audiuius: si nobis in ea re sciētiā uendicemus: que non potest sciri: nonne insanire uideamur: qui affirmare id audiamus: in quo reuinci possumus! Quāto magis q̄ naturalia que sciri ab homine non possunt: si scire se putant: furiosi dementesq̄ sunt iudicandi! Recte ergo Socrates & eum secuti academici, sciētiā sustulerunt: que nō disputantis: sed diuinantis est. Superest ut opinatio in philosophia sola sit. Nam unde abest sciētia: id totum possidet opinatio. Id enim opinat̄ quisq̄ quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalib<sup>9</sup> disputāt: opinantur ita esse ut disputant. Nesciunt igitur ueritatem: quoniam sciētia certi est: opinatio incerti. Redeamus ad illud superius exemplum. Age opinemur de statu & qualitate urbis illius: que nobis rebus omnibus p̄ter nomen ignota est. Verisimile est in plano sitam lapideis moeniis: edificijs sblimibus: uis pluribus: magnificis ornatib<sup>9</sup> delubris. Describamus si placet mores habitumq̄ ciuiū. Sed cū hęc dixerimus alius contraria disputabit: & cum hic quoq̄ perorauerit: surget & tertius: & alij deinceps: & opinabunt̄ multo disparia: q̄ nos sumus opinati. Quid ḡ erit ex oīs ueri certius! Fortasse nihil. At oīa sunt dicta: q̄ in reꝝ natura cadunt: ut necesse sit aliquid eoz̄ esse uerum: at nescietur: quis uerum dixerit: potest fieri: ut omnes ex parte aliqua errauerint: ex parte attigerint ueritatem. Stulti ergo sumus si

audiamus



hoc disputatione queramus. Potest enim superuenire aliquis: qui opiniones nostras derideat: nosque pro insanis habeat: quod uelimus id quod nescimus quale sit opinari. Verum non opus est: longe posita conquirere. Unde nemo fortasse ueniat: quod nos redarguat. Age opinemur: quod nunc in foro geratur: quod in curia loquatur est id quoque dicam: interposito uno pariete quod fiat: nemo potest id scire: nisi quod audierit aut uiderit. Nullus enim audet id dicere: quod non statim uerbis sed re ipsa presenti refutabitur. Atque hoc idem faciunt philosophi: quod disputant in celo quid agatur: sed eo se id impune facere arbitrantur: quia nullus existit qui errores eorum coarguat. Quod si existimarent descensurum esse aliquem: qui eos delirare ac mentiri doceret: nunquam quicquam de his rebus quas scire non possent disputaret. Nec tamen ideo foeliciores putanda est eorum imprudentia & audacia quia non redarguuntur. Redarguit enim deus: cui soli ueritas nota est: licet conuiuere uideatur: eamque hominum sapientiam pro summa stulticia computat.

¶ Capi. iiii. Quo Zeno & Socrates totam philosophiam sustulerunt de medio: & quasi quodam ciuili bello iuis confecta est armis.

**R**ecte igitur Zeno ac stoici: opinionem repudiarunt. Opinari enim te scire quod nescias: non est sapientis: sed temerarij potius ac stulti. Ergo si neque sciri quicquam potest (ut Socrates docuit) nec opinari oportet (ut Zeno) tota philosophia sublata est. Quidem quod non tantum ab his duobus euertitur: qui philosophie principes fuerunt: sed ab omnibus ut iam uideatur: iam pridem suis armis esse confecta: in multas sectas philosophia diuisa est: & omnes uaria sentiunt: in qua ponimus ueritatem: in omnibus certe non potest: designemus quamlibet nempe in ceteris omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas. Eodem modo quicquid uni dabimus. ceteris auferemus. Vnaqueque enim secta, omnes alias euertit: ut se suaque confirmet. Nec ulli alteri sapere concedit: ne se desipere fateatur: sed sicut alias tollit: sic ipsa quoque ab alijs tollitur omnibus. Nihilominus enim philosophi sunt: qui eam stulticie accusant. Quaecumque laudaueris: ueramque dixeris: a philosophis uituperatur ut falsa. Credemus ne igitur uni: se suamque doctrinam laudati: an multis unius alterius ignorantiam



culpantibus? Rectius ergo sit necesse est: quod plurimi sentiunt: quod unus. Nemo enim potest de se re recte iudicare: quod nobilis poeta testatur. Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium: aliena ut melius uideant & diiudicent quam sua. Cum igitur omnia incerta sint: aut omnibus credendum sit: aut nemini. Si nemini: sapientes ergo non sunt: quia singuli sapientes esse se putant: si omnibus: eque non sunt sapientes: quia singuli ab omnibus esse negantur sapientes. Pereunt igitur uniuersi hoc modo: & tanquam spartiate illi poetarum: sic se inuicem iugulant: ut nemo ex omnibus restet: quod eo fit: quia gladium habent: scutum non habent. Si ergo singule secte multarum sectarum iudicio, stulticie conuincuntur: omnes igitur uane atque inanes reperiuntur. Ita seipsum philosophia consumit & conficit. Quod cum intelligeret Archefilas academice conditor reprehensiones omnium inter se collegit: confessionemque ignorantie clarorum philosophorum: armauitque se aduersus omnes. Itaque constituit nouam non philosophandi philosophiam. Eo igitur auctore: duo philosophie genera esse coeperunt. Vnum illud uetus quod scientiam sibi uendicat. Alterum nouum repugnans: quod eam detrahit. In his duobus generibus uideo diffidium: & quasi ciuile bellum: sapientiam que distrahi non potest: in qua parte ponemus? Si natura rerum sciri potest: hec tironum caterua interibit: si non potest, ueterani conficiunt: si pares fuerunt: nihilominus peribit dux omnium philosophia, quia distracta est. Nihil enim potest sine interitu suo sibi esse contrarium. Si autem (ut docui) nulla potest esse in homine interna & propria scientia: ob fragilitatem conditionis humane Archefile manus uincit: sed ne ipsa quidem stabit: quod non potest omnino nihil sciri.

**Capitulum. v. Contra academicos multa scire & natura rerum & uitae necessitas cogit.**

**S**unt enim multa que natura ipsa nos scire: & usus frequens & uitae necessitas cogit. Itaque pereundum est nisi scias que ad uitam sunt utilia; ut appetas: que periculosa; ut fugias & uites. Preterea multa sunt que usus inuenit. Nam solis ac lune uarij cursus: & meatus siderum: & ratio temporum deprehensa est: & natura corporum a medicis, herbarumque uires: & ab agricolis natura terrarum: necnon imbrium futuro: ac tempestatum signa, collecta



sunt. Nulla denique ars est: que non scientia consistat. Debit ergo Archefilas si quid sciret distinguere: que sciri possent: que nesciri. Sed si id fecisset ipse se in populum redegisset. Nam vulgus interdum plus sapit: quam tantum quantum opus est sapit: a quo si queras utrum sciat aliquid: an nihil: dicet se scire que sciat: fatebitur se nescire que nesciat. Recte ergo aliorum sustulit disciplinas: sed non recte fundavit suam. Ignoratio enim rerum omnium non potest esse sapientia: cuius est scire proprium. Ita cum philosophos expugnauerit: ac docuerit nihil eos scire: ipse quoque nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est nihil scire. Nam qui alios reprehendat quod nesciant, ipse debet sciens esse. Cum autem nihil sciat: que puerilitas: que insolentia est: ob id ipsum se philosophum constituere propter quod ceteros tollat? Possunt enim sic respondere: si nihil nos scire convincis: & ideo non esse sapientes: quia nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens: quia te quoque confiteris nihil scire. Quid ergo promovit archefilas nisi quod confectis omnibus philosophis: seipsum quoque eodem mucrone transfixit? Nusquam ne igitur sapientia est?

Capitulum. vi. Quomodo sapientia in medio errantium fuerit. Et academici contra physicos: & physici contra academicos dimicauerint. Et que sint assistatarum exempla questionum. Et que rationes celestium sine naturalium scire non possunt. *sciri.*

**U**mmo uero iter philosophos fuit: sed nemo uidit. Alii putauerunt scire posse omnia: sapientes utique non fuerunt. Alii nihil: ne hi quidem sapientes fuerunt, illi: quia plus homini dederunt: hi quia minus, utriusque in utraque partem modus defuit. Vbi ergo sapientia est: ut neque te omnia scire putes quod dei est: neque omnia nescire quod est pecudis. Est enim aliquid medium quod sit hominis: id est scientia cum ignorantia coniuncta & temperata. Scientia in nobis ab anima est: que oritur e celo: ignorantia a corpore quod est e terra. Vnde nobis & cum deo: & cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constat elementis: quorum alterum luce preeditum est: alterum tenebris. Pars nobis data est scientie: pars ignorantie: per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet. Nam si illi omnes qui in alteram partem inclinauerunt: aut dextro: aut sinistro uersus



ceciderūt. Vtraq̄ aut̄ pars quō errauerit dicā. Academici contra  
phycos ex rebus obicuris argumentati sunt nullā esse scientiā:  
& exemplis paucarū rerū incōprehēibiliū cōtēti: amplexi sunt  
ignorantiā: tanq̄ scientiā totam sustulissent: quia in parte sustule  
rāt: phyci contra ex his quę aperta sunt: argumentum trahabant  
sciri posse: cōtentiq̄ p̄spicuis retinebant scientiā: tanq̄ totā defen  
dissent: quia ex parte defenderāt. Ita neq̄ hi clara: neq̄ illi obscu  
ra uiderūt: sed utriq̄ dum solā scientiā confertis manibus: uel re  
tinēt uel eripiūt: nō uiderunt in medio constitutā fore: quę illos  
ad sapiētiā transmitteret. Verū Archefilas ignorantie magister:  
cū Zenoni obtractaret principi stoicorū: ut totā philosophiam  
euerteret (auctore Socrate) suscepit hāc sententiam: ut affirmaret  
nihil sciri posse. Itaq̄ coarguit ad existimatōem philosophorū:  
q̄ putassent ingeniis suis erutā esse atq̄ inuentā ueritatē: uidelicet  
q̄ mortalis fuerat illa sapiētia: paucisq̄ ante temporibus institu  
ta: ad summū iam incrementū puenerat: ut iam necessario cōsene  
sceret ac periret, repēte exstitit academia tāq̄ senect̄ philosophię  
quę illā cōficeret iam deflorescentē. Recte uidit Archefilas arro  
gātes uel potius stultos esse: q̄ putēt scientiam ueritatis cōiectura  
posse cōprehēdi: sed tamen fallia dicentē redarguere nō pōt, nisi  
qui scierit ante quid sit uerum: q̄ Archefilas ueritate non cognita  
facere conatus: introduxit genus philosophię assistatum: quod  
latine instabile siue inconstans possumus dicere. Vt enim nihil  
sciendum sit: aliquid sciri necesse est. Nam si omnino nihil sci  
as idipsuz nihil sciri posse, tolletur. Itaq̄ qui uelut sentētie loco  
pronunciat: nihil sciri tanq̄ perceptū p̄fitetur & cognitum: ergo  
aliquid sciri potest. Huic simile est illud q̄ in scholis pponi so  
let in asystati generis exemplum somniafle quendam, ne somni  
is crederet. Si enim crediderit: tum sequitur ut non sit credenduz  
si aut̄ non crediderit: tum sequitur ut credendum sit. Ita si nihil  
**O** Ixi de philosophia quod breuiter potui: nunc ad philosophos ueniamus: non ut cum eis certemus: quod stare non possunt: sed ut eos fugientes atque deiectos nostro capite insequamur. Epicuri disciplina multa celebrior semper fuit quam ceterorum: non quod ueri aliquid afferat: sed quod multos ad populare nomen uoluptatis inuitat. Nemo enim non in uicia pronus est. Preterea ut ad se multitudinem contrahat: appositae singulis quibusque moribus loquitur. Desidiosum uetat litteras discere: auarum populari largitione liberat: ignauum prohibet accedere ad rempublicam: pigrum exercere: timidum militare. Irreligiosus audit deos nihil curare: inhumanus & suis commodis seruus, iubet nihil cuiquam tribuere. Omnia enim sui causa facere sapientem: fugienti turbam solitudo laudat. Qui nimium parcus est: discit aqua & polenta uita posse tolerari. Qui odit uxorem: huic enumerantur celibatus bona. Habenti malos liberos: orbitas predicat. Aduersus impios patres nullum uinculum esse nature. Impatiens ac delicato, dolore, esse omnium malorum maximam dicit, forti etiam in tormentis beatus esse sapientem. Qui claritati ac potentię studet: huic precipit reges colere. Qui molestiam ferre non potest: huic regiam fugere. Ita homo astutus ex uariis diuersisque modis circulum cogit: & dum studet placere omnibus: maiori discordia secum ipse pugnavit, quam inter se uniuersi. Vnde autem disciplina eius tota descendat: quam originem habeat, explicandum est. Videbat Epicurus bonis aduersa semper accidere: paupertatem: labores: exilia: carorum amissiones: malos contra bonos esse: augeri potentia: honoribus affici: uidebat innocentiam minus tutam: scelera impune committi. Videbat sine dilectu morum sine ordine ac discrimine annorum sequi mortem: sed alios ad senectutem peruenire: alios infantes rari: alios iam robustos interire: alios in primo adulescentię flore immaturis funeribus extinguere, in bellis potius meliores & uinci & perire. Maxime autem commouebat homines in primis religiosos grauioribus malis affici. His autem qui aut deos omnino neglexerunt: aut non pie coluerunt: uel minora incommoda euenire uel nulla: ipsa etiam sepe templa fulminibus conflagrare: quod Lucretius querit cum dicit de deo. Tunc fulmina

multo

afferbat.  
inuitabat.

hanc enim

delictu



mittat, & sedes. Ipse suas disturbet, & in deserta recedens Sequiat  
exercens telum: quod sepe nocentes Preterit, examinatque indignos inque  
merentes. Quod si uel exigua ueritatis auram colligere potuisset:  
nunquam diceret sedes illum suas disturbare, cum ideo disturbet, quod non  
sunt sue. Capitulum quod est romanę urbis & religionis caput sum-  
mum, non semel, sed sepius fulmine ictum conflagrauit. Homines autem in-  
geniosi quod de hoc existimauerint: ex dicto Ciceronis apparet: qui  
ait diuinitus extitisse illam flammam: non que terre illud domicili-  
um Iouis deleteret: sed que sublimius magnificentiusque deposceret.  
Qua de re etiam in libris consulatus sui eadem dixitque Lucretius.  
Nam per altitonans stellati nixus olympo: Ipse suas arces atque inclita  
templum petiuit, Et capitulinis iniecit sedibus ignes. Pertinaci ergo  
stulticia non modo uim maiestatemque ueri dei non intellexerunt: sed  
etiam impietatem sui erroris auxerunt: quod templum celesti iudicio, sepe  
damnatum, restituere contra fas omne contenderint. Cum hoc igitur  
cogitaret Epicurus earum rerum uelut iniquitate inductus (Sic  
enim causam rationemque ignoranti uidebat) existimauit nullam  
esse prouidentiam. Quod cum sibi persuasisset: suscepit etiam defendendum:  
sic in errores inextricabiles se ipse inclusit. Si enim prouidentia  
nulla est: quomodo tam ordinate tam disposite mundus  
effectus est? Nulla inquit dispositio est: multa enim facta sunt aliter  
quam fieri debuerunt: & inuenit homo diuinitus, que reprehenderet: que sin-  
gula si uacarent refellere, facile ostenderent, nec sapientem hunc fuisse  
nec sanum. Item si nulla prouidentia est: quomodo animalium corpora  
tam prouidenter ordinata sunt: ut singula queque membra mirabili  
ratione disposita: sua officia conseruent? Nihil inquit in procreandis  
animalibus prouidentie ratio molita est. Nam neque oculi facti sunt  
ad uidentium: neque aures ad audiendum: neque lingua ad loquendum:  
neque pedes ad ambulandum: quam prius hec nata sunt quam esset loqui:  
audire: uidere: ambulare. Itaque non hec ad usum nata sunt: sed usus  
ex illis natus est. Si nulla prouidentia est: cur imbres cadunt: fru-  
ges oriuntur: arbuta frondescunt? Non inquit semper animantium  
causa ista fiunt: quoniam prouidentie nihil profunt: sed omnia sua  
sponte fieri necesse est. Unde ergo nascuntur: aut quomodo fiunt  
omnia que geruntur? Non est inquit prouidentie opus: sunt enim semina  
per inane uoluntaria: quibus inter se temere conglobatis uniuersa  
gignuntur atque conrescunt. Cur igitur illa non sentimus: aut non



cernimus! Quia nec colorē habēt inq̄t: nec calorē ullū: nec odo  
 rē: saporis quoq̄ & humoris expertia sunt: & tā minuta ut seca  
 ri ac diuidi neq̄ant. Sic eū q̄ in p̄ncipio falsuz suscep̄erat: conse  
 quētiū rez necessitas ad deliramēta p̄duxit. Vbi enī sūt: aut un  
 de ista corpuscula! Cur illa nemo pr̄ter unū Leucippū somnia  
 uit! a quo Demōcrit⁹ erudit⁹ h̄reditatē stulticię reliquit Epicu  
 ro. Quę si sint corpuscula: & q̄dē solida ut dicūt! s̄b oculos cer  
 te uenire possunt. Si eadē est natura omniū: quō res uarias effici  
 unt! Vario inq̄t ordine ac positione cōueniūt: sicut litteræ: q̄ cū  
 sint pauce: uarie tamen collocatę innumerabilia uerba cōficiunt.  
 At litterę uarias formas habēt. Ita inq̄t & hęc ip̄a primordia: nā  
 sunt aspera: sunt hamata: sunt leuia. Secari ergo & diuidi p̄nt: si  
 aliqd̄ inest illis, q̄d̄ emineat. Si aut̄ leuia sunt & humoris idigēt,  
 coh̄erere nō possunt. Hamata igit̄ esse oportet: ut possint iuice;  
 cōcatenari. Cū uero tā minuta esse dicant̄: ut nulla ferri acie disij  
 ci ualeāt: quō hamos aut āgulos habēt! Quos q̄ extāt necesse est  
 posse diuelli. Deinde quo foedere inter se: qua mēte cōueniūt: ut  
 ex his aliquid cōstituāt: si sensu careant: nec coire tam disposite  
 possunt! Quia nō potest q̄c̄q̄ rationale p̄ficere nisi ratio. Quaz  
 multis coargui hęc uanitas potest: sed properat oratio. Hic est  
 ille qui genus humanum ingenio superauit: & oēs extinxit stel  
 las: ut exort⁹ ethere⁹ sol. Quos eq̄dē uersus nūq̄ sine risu legere  
 possum. Non enim de Socrate aut Platone hoc ialtim dicebat:  
 qui uelut reges habent̄ philosophorum: sed de homine quo sa  
 no ac uigenti nullus eger ineptius delirauit. Itaq̄ poeta inanissi  
 mus leonis laudibus murē nō ornauit: s̄ obruit & obtriuuit. At  
 idē nos metu liberat mortis: de qua hęc ipsius uerba sunt exp̄ssa  
 Quādo nos sum⁹ mors nō est. Quādo mors est: nos nō sum⁹  
 Mors ergo nihil ad nos: q̄ argute nos fefellit: quasi uero transa  
 cta mors timeat̄: qua iam sensus ereptus est: ac non ipsum mori  
 quo sensus eripit̄. Est igitur temp⁹ aliquod quo & nos iam nō  
 sumus: & mors tamen nondū est: idq̄ ipsuz uidet̄ miserum esse  
 q̄ & morse esse incipit: & nos esse desinim⁹. Nec frustra dictuz  
 est: mors misera nō est. Adit⁹ ad mortē est miser: hoc ē morbo  
 tabescere: ictū p̄peti: ferrū corpore excipere: ardere igni: dētib⁹  
 bestiaz laniari. Hęc sunt quę timent̄: nō q̄ mortē afferūt: sed q̄  
 dolorē magnum. Quin potius effice ne dolor malū sit: omniū

consist  
linea





ingit maloz maximū est. Quid ergo nō possuꝝ nō timere: si id  
qd mortē antecedit aut efficit malū est! Quid q̄ totū illud argu  
mētū falsū est: q̄ nō intereūt animē! Vere, ingit nā qd cū corpo  
re nascit: cū corpore intereat necesse est. Iā superi⁹ dixi differre  
hūc locū meli⁹: & operi ultimo reseruare: ut hāc Epicuri p̄suasi  
onem: siue illa Democriti: siue Dicearchi fuit: argumētis & diui  
nis testimonijs redarguā. Verum ille fortasse impunitatē uicij  
suis sp̄o sp̄odit: fuit enī turpissimē uoluptatis assertor: cui⁹ capi  
ēde cā nasci hominē putant. Quis cum hoc affirmari audiat: ui  
cij & sceleribus abstineat. Nā si periture sūt animē: appetamus  
diuitias: ut oēs suauitates capere possim⁹. Quē si nobis desunt:  
ab his q̄ habent auferamus clam: dolo: ui. Eo magis si humanas  
res nullus deus curat: quā docūq̄ spes impunitatis arriserit: rapi  
amus: necem⁹: sapientis est enī malefacere: si & utile sit & tutuz:  
qm̄ si qs in celo deus est: nō nascit cuiq̄. Aequē stulti est bñ face  
re: q̄ sicut ira nō cōmouet: ita nec gr̄a tangit. Voluptatib⁹ igiē  
quoquomō possimus seruiam⁹. Breui enī tempore nulli erim⁹  
omnino. Ergo nullū diē: nullū deniq; temporis punctū fluere  
nobis sine uoluptate patiamur: ne q̄ ip̄i quādoq; perituri sum⁹  
idiōm qd uixim⁹ pereat. Hoc ille tam & si nō dicit uerbo: re ta  
men ip̄a docet. Nā cū disputat oīa sapienter sua causa facere: ad  
utilitatem suam refert omnia quē agit. Itaq; qui audit hęc flagi  
tia: nec boni qcq; faciendū putabit: qm̄ benefacere ad utilitatē spe  
ctat alienā: nec a scelere abstinēdū: q̄ maleficio p̄da cōiūcta est.  
Archipirata q̄sq; uel latronū ductor: si suos ad grassandū coher  
tet: quo alio sermone uti pōt: q̄ ut eadem dicat quē dicit Epicu  
rus: deos nihil curare. Nō ira nō gratia tangi: inferorum poenas  
nō esse metuēdas: q̄ animē post mortē occidāt: nec ulli omnino  
sunt inferi: uoluptate; esse maximū bonū: nullā esse humanā so  
cietatē: sibi quēq; cōsulere: neminē esse q̄ alterum diligat nisi sua  
causa: mortem non esse metuēdam forti uiro: nec ullū dolorem:  
qn̄ etiam si torqueatur: si uratur: nihil se curare dicat. Est plane  
cur quisq; putet hāc uocem uiri esse sapientis: quē potest latroni  
bus aptissime commodari.

¶ Capitulum. xviij. Quomodo pythagorici & stoici cōtrario  
epicureis errore desipiant: sic anniarū immortalitatem statuētes  
ut eas in uaria corpora transire mentiant. Et uoluntariā morte;

putant

inascitur.

diferre

sapientem

animam



persuaserūt inaniter philosophantibus

**A**lii autē cōtraria his dixerūt: fuisse aīas post mortē & hi sunt maxime Pythagorici: ac stoici: quibus & si ignoscēdū est: quod uerū sentiūt: nō possum tñ nō reprehēdere eos: quod nō scientia: sed casu incidērūt in ueritatē. Itaque in eo ipso quod recte sentiebāt aliqd errarūt. Nā cū timerēt: argumentū illud quo colligīt necesse est: ut occidāt animę cū corporib⁹: quod cū corporib⁹ nascuntur. Dixerūt nō nasci aīas: sed insinuari potius in corpora: & de alijs in alia migrare corpora. Nō putauerunt aliter posse fieri: ut sup̄ sint animę post corpora: nisi uideāt fuisse aīa corpora. Parigīt ac prope similis errorē partis utriusq;: sed hęc in preterito falsa est: illa in futuro. Nemo enim uidit quod est uerissimū: & nasci aīas: & nō occidere: quod cur id fieret: aut quę ratio esset homines nescierūt. Multi ergo ex his: qui ęternas esse animas iudicabantur: tanq̄ in celū migraturi essent: sibi ipsis manus intulerunt: ut Cleantes & Crysiippus: ut Zeno & Empedocles: qui se in ardentis ęthnę specū in tempesta nocte deiecit: ut cū repēte nō apparuisset: abiisse ad deos crederet. Et ex romanis Cato: qui fuit in oī sua uita socraticę uanitatis imitator. Nā Democritus in alia fuit p̄suasione: sed tamen sponte sua leto caput obuius obtulit ipse: quo nihil sceleratius fieri pōt. Nā si homicida nefari⁹ est: quod hominis extinctor est: eidem sceleri obstruct⁹ ē quod se necat: quod hominē necat. Immo uere maius esse id facinus existimādū est: cuius ultio deo soli subiacet. Nā sicut in hęc uitā nō nostra spēte uenimus: ita rursus ex hoc domicilio corporis quod tuendū nobis assignatū est: eiusdē iussu nobis recedēdū est: quod nos in hoc corp⁹ induxit: tam diu habitaturos: donec iubeat emitti: & si uis aliqua inferat: ęqua mente patiendū est: cū extincta innocētis anima in ulta esse nō possit: habeamusq; iudicē magnū: cui soli uindicta integra semper est. Homicidę igit̄ illi oēs philosophi: & ipse romanę sapientię princeps Cato: quod anteq̄ se occideret: p̄legisse platonis librū dicit: quod ē scriptus de ęternitate animarū. Et ad tumulum nefas philosophi auctoritate cōpulsus est. Et hic tamē aliqua moriendi cām uideēt habuisse: odiū seruitutis. Quid Ambrachiotēs ille: quod cū eūdē librū p̄legisset: p̄cipitē se dedit: nullā aliā ob cā: nisi quod Platoni credidit. Execrabilis prorsus ac fugienda doctrina: si abigit homines a uita. Quod si scisset Plato

error est

o. Str. P. u.



atq; docuisset: a quo: & quō: & quibus: & quę obfacta: & quo tē-  
pore immortalitas tribuat: nec Theobritū impegisset in mortē  
uolūtariā: nec Catonē: sed eos ad uitam & ad iusticiā poti⁹ eru-  
disset. Nam Cato uideť mibi cām quęsisse moriēdi: nō ut tā cę-  
sarem fugeret: q̄ ut stoicoꝝ decretis obtēperaret quos sectabat:  
nomēq; suū grandi aliquo facinore clarificaret: cui qđ mali acci-  
dere potuerit: si uiuerit nō inuenio. C. eni; Cęsar ut clemēs erat:  
nihil aliud efficere uolebat: etiā in ipō belli ciuilib ardore: q̄ ut be-  
ne mereri de repub. uideret: duob⁹ optimis ciuib⁹ Cicerone &  
Catonē seruatus. Sed redeam⁹ ad eos qđ mortē pro bono laudāt.  
De uita quereris qđ si uixeris: aut unqđ tibi ratio cōstiterit: cur om-  
nino sis natus. Nōne igitur tibi uerus ille & cōis omnium pater  
terētianū illud iure increpauerit! Prius disce qđ sit uiuere: si di-  
splicebit uita: tum istoc utitor: indignaris te malis esse subiēctū  
qđ si qcqđ merearis boni: qđ p̄re; qđ dominū: qđ regē tuū nescis: qđ quā-  
uis clarissimā lucē intuearis oculis: mente tamen cęcus es: & in p-  
fundis ignorantie tenebris iaces. Quę ignorātia efficit: ut quos-  
dā dicere nō puderet: iccirco nos esse natos: ut scelerū poenas lu-  
erem⁹: quo qđ delirius dici possit nō inuenio. Vbi eni; uel quę  
scelera potuim⁹ admittere: qđ omnino nō fuimus! Nisi forte cre-  
dem⁹ inepto illi seni: qđ se in priori uita Euforbiū fuisse mētitus  
est. Hic credo qđ erat ignobili genere natus: familiam sibi ex Ho-  
meri carminib⁹ adoptauit. O mirā & singularē Pythagore me-  
moriā. Et o miserā obliuionē nostrū omniū: qđ nesciam⁹ qđ ante  
fuerim⁹. S; fortasse uel errore aliquo uel grā sit effectū: ut ille so-  
lus lethęū gurgitē nō attigerit: nec obliuiois aquā gustauerit: ui-  
delicet senex uanus (sicut ociose aniculę solēt) fabulas tanqđ infan-  
tibus credulis finxit. Quod si bene sensisset de his quibus hęc lo-  
cutus est: si hoies eos existimasset: nunqđ sibi tam petulanter men-  
tiēdi licētiā uēdicasset: s; deridēda hois leuissimi uanitas. Quid  
Ciceroni faciem⁹: qđ cū in principio cōsolatōis suę dixisset luen-  
dorū scelerū cā nasci homīes! Iterauit id ipsum postea: quasi ob-  
iurgās eū: qđ uitā nō esse malis poenā putet! Recte ergo p̄fat⁹ est  
errore ac miserabili ueritatis ignorātia se teneri.

**C**api. xix. Quod Cicero & alij sapiētissimi immortalitate;  
animarum se infideliter docent. Et qđ mala uel bona mors sit  
ponderāda ex antea cta uita & gratia dei.

seruatis

uideret

uere fatus

sed



**T**illi q̄ de mortis bono d̄sputāt: q̄ nihil ueri sciūt: sic ar-  
 gumētant̄. Si nihil est post mortē: nō est malum mors: au-  
 fert enī sensu; mali. Si aut̄ sup̄sunt anime: etiā est bonū: q̄ imor-  
 talitas seq̄t̄: quā sentētiā Cicero de legib⁹ sic explicauit. Gratule-  
 murq̄ nobis: qm̄ mors aut leuiorē q̄ q̄ est in uita: aut certe nō de-  
 teriorē est allatura statū. Nam sine corpore animo uigēte, diuina  
 est uita: sensu carēte nihil p̄fecto est mali. Argute ut sibi uidetur  
 q̄ si nihil esse aliud possit. At qn̄ utrūq̄ hoc falluz est. Docēt enī;  
 diuinę litterę nō extingui aīas: sed aut pro iusticia p̄mio affi-  
 ci: aut poena pro sceleribus sempiterna. Nec enim fas est: aut euz  
 qui scelerat⁹ in uita foeliciter fuerit effugere quod meretur: aut  
 eum qui ob iusticiam miserrimus fuerit, sua mercede fraudari.  
 Quod adeo uerum est: ut idem Tullius in cōsolatione nō easdē  
 sedes incolere iustos atq̄ impios p̄dicauerit. Nec enī omnib⁹  
 inqt̄ iīdem illi sapientes arbitrati sūt: eunde; cursum in cęlo pa-  
 tere. Nam uicijs & sceleribus cōtaminatos deprimi in tenebras  
 atq̄ coeno iacere docuerūt: castos autē animos: puros: integros:  
 incorruptos: bonis etiam studijs atq̄ artibus expolitos: leui quo-  
 dam & facili lapsu ad deos: idest ad naturam similem sui peruo-  
 lare. Quę sententia superiori illi argumento repugnat. Illud enī  
 sic assumptum est: tanq̄ necesse sit omnem hominem natum im-  
 mortalitate donari. Quod igit̄ erit discrimē uirtutis ac sceleris  
 si nihil interest: utrū ne Aristides sit aliquis, an Phalaris? Vtruz  
 Cato an Catilina? Sed hāc repugnātiā rerū, sententiāq̄ non cer-  
 nit: nisi q̄ tenet ueritatē. Si qs̄ igit̄ nos roget: utz mors ne sit bo-  
 num an malū: respondebimus qualitate; eius, ex uite ratione, p̄-  
 dere. Nā sicut uita ipsa bonū est: si cū uirtute uiuat̄: malum si cū  
 scelere: ita & mors ex p̄teritis uite actibus pōderanda est. Ita  
 fit ut si uita ī dei religiōe trāfacta sit: mors malū nō sit, q̄ trāsla-  
 tio est ad immortalitē: si aliter: malū sit necesse est: qm̄ (ut dixi)  
 ad ęterna supplicia trāsmittit. Quid ergo dicemus: nisi errare  
 illos q̄ aut mortē appetūt tanq̄ bonū: aut uitā fugiūt tāq̄ malū?  
 Nisi q̄ sunt iniquissimi q̄ pautiora mala nō cōpensant bonis plu-  
 rib⁹. Nā cū omnē uitā p̄ exq̄sitas & uarias traducāt uoluptates,  
 mori cupiūt; si qd̄ forte his amaritudinis supuenit, & sic habent  
 tanq̄ illis nunq̄ fuerit bene: si aliquando fuerit male. Damnāt igit̄  
 tur uitā omnē bonis plena;: quę nihil aliud q̄ malis opinantur.



*nasci*

Hinc nata est inepta illa sententia: hanc esse mortem: quam nos uitam putamus: illam uitam quam nos pro morte timeamus. Ita primum bonum esse non nasci: secundum citius mori. Quae ut maioris sit auctoritatis sileno attribuit. Cicero in consolatioe. Non nasci inquit longe optimus: nec in hos scopulos incidere uitae. Proximum autem si natus sis: quod primum mori tanquam ex incendio effugere uolentiam fortunae credidisse se illi uanissimo dicto. Exinde apparet quod adiecit aliquid de suo ut ornaret. Quero igitur: cui esse optimum putet non nasci: cum sit nullus omnino qui sentiat? Nam ut bonum sit aliquid aut malum sensus efficit. Deinde cur omnem uitam nihil aliud esse quam scopulos & incedum putauerit: quasi aut in nostra fuerit potestate ne nasceremur: aut uitam nobis fortuna tribuat non deus: aut uiuendi ratio quicquid simile incendio habere uideatur. Non dissimile Platonis illud est: quod aiebat se gratias agere naturae: primum quod homo natus esset potius quam mutum animal: deinde quod mas potius quam foemina: quod graecus quam barbarus: postremo quod atheniensis non thebanus: & quod temporibus Socratis. Dicit non potest quantam mentibus caecitatem: quanto scilicet pariat errores ignorantio ueritatis. Ego plane contenderim nunquam quicquam dictum esse in rebus humanis delirius: quam si uero si aut barbarus: aut mulier: aut asianus: denique natus esset idem ipse Plato non esset: ac non illud ipsum quod natus fuisset. Sed Pythagorae uidelicet credidit: quod ut ueterum homines animalibus uesci: dixit animas de corporibus in aliorum animalium corpora commutare: quod etiam uanum & impossibile est. Vanum quod necesse non fuit: ueteras animas in noua corpora inducere: cum idem artifex qui primas aliquando fecerat: potuerit semper nouas facere. Impossibile quod recte rationis animam immutare naturam statum sui non potest: quam ignis aut deorsum nititur: aut in trauersum fulminis modo flammam suam fundere. Existimauit ergo homo sapiens fieri potuisse: ut anima quae tunc erat in Platone: in aliquid mutum animal includeret: eamque humano sensu praedita ut intelligeret ac doleret: incongruenti se corpore onerata. Quanto sanius faceret: si gratias se agere diceret: quod ingeniosus: quod docilis natus esset: quod in his opibus ut liberaliter erudiret. Nam quod athenis natus est: quod in eo beneficium fuit? An non plurimi extiterunt in alijs ciuitatibus excellenti ingenio atque doctrina uiri: qui meliores singuli quam omnes athenienses fuerunt? Quanta hominum milia fuisse credamus qui & athenis nati: & temporibus Socratis: indocti tamen ac stulti fuerunt? Non enim aut parietes aut locus: in quo quisque est

*quicquam*

*ueteres*

*anima, tam*

*ueteris uexillum*

*dolere*



effusus, ex utero cociliat homini sapiētiam. Quid uero attinuit Socratis se tēporibus natū gloriari? Num Socrates ingenia discētibus potuit dare? Nō uenit in mente; Platoni, Alcibiadē quoq; & Crīcia; eiusdē Socratis assiduos auditores fuisse: quoq; alter hostis patrię acerrimus fuit: alter crudelissim⁹ omniū tyrānoq;.

**Capitulū. xx.** Quod Socrates in eo fuit cordatior ceteris: q; a scrutinio cęlestiū & naturaliū causis disputationem suspen dit: in qbus temere cōsumit ingenium & tempus: & ī multis desipiunt: quoq; subijciuntur exempla.

**U** Ideam⁹ nūc qd in Socrate ipso tam magnū fuerit: ut hō sa piens merito gratias ageret illis temporib⁹ esse lenatū: nō inficior fuisse illū paulo cordatiorē: q; ceteros q naturā rerū pu tauerūt ingenio posse cōprehēdi. In quo illos non tm̄ excordes fuisse arbitror: sed etiā impios q; in secreta illi⁹ cęlestis prouidē tię curiosos oculos uoluerūt immittere. *Romane* & in plerisq; urbib⁹ scim⁹ eē qdā sacra: q; aspici a uiris nefas habet. Abstinēt igit̄ aspectu: q; illa cōtaminati nō l;: & si forte ul' errore ul' casu quopiā uir aspexit: p̄mo poena ei⁹: deīde īstauratōe sacrificij sce lus expiat. Quid his facias: q; incōcessa scrutari uolūt? Nimirū mlto sceleratiores q; arcana mūdi, & hoc cęleste tēplū pphanari ip̄is disputatōib⁹ q; rūt: q; q; edē Vestę: aut bonę deę: aut Cereris ītrauerit: q; penetralia q; uis adire uiris nō liceat: tm̄ a uiris fabrica ta sunt. Hi uero nō tm̄ ī pietatis crimē effugiūt: s; qd est multo in dignius eloquētię famā: aut ingenij gloriā cōsequūtur. Quid si aliqd inuestigare possent? Sūt enī tā stulti in asseuerādo: q; īpro bi in q; rēdo: cū neq; inuenire qcq; possūt, nec defendere: etiā si in uenerint. Nā si ueq; uel fortuito uiderit qd sepi⁹ cōtingit: cōmit tūt ut ab alijs id p̄ falso refellať. Nō enī descēdit aliqs de cęlo: q; sentētiā de singuloq; opinionibus ferat: quapropter nemo dubi tauerit eos qui ista cōquirāt: stultos, iēptos, īanos esse. Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani: qui cū intelligeret hec nō posse inueniri, ab eiusmodi quęstionibus se remouit. *uenerot.* Vereorq; in eo solo: mlta enī sunt eius non mō laude īdigna: s; etiā rep̄hē sione dignissima: in qb⁹ fuit suoq; simillim⁹. Ex his unū eligaz

*Romane*

*contaminati.*

*uenerot.*



quod ab omnib<sup>9</sup> sit probatū celebre hoc prouerbiū Socrates habuit. Quod supra nos nihil ad nos. Procūbam<sup>9</sup> igit in terrā: & man<sup>9</sup> ad præclara opera nobis datas cōuertam<sup>9</sup> in pedes. Nihil ad nos cælū: ad cui<sup>9</sup> cōtēplationē sumus excitati: nihil deniq; lux ip̄a ptineat. Certe uictus nostri cā, de cælo est. Qd̄ si hoc sensit nō esse de rebus cælestibus disputandū: ne illoꝝ qd̄ rōem poterat cōprehēdere: quę sub pedib<sup>9</sup> habebat. Quid ergo num errauit in uerbis? Verisimile nō est: s; nimiz id sensit qd̄ locutus est: religioni minime seruiendū: qd̄ si aperte diceret: nemo patere. Quis enim nō sentiat hunc mundū tam mirabili ratione perfectū: aliq̄ prouidētia gubernari? Quādoq; dem nihil est qd̄ possit sine ullo moderatore cōsistere. Sic dom<sup>9</sup> ab habitatore dilabit<sup>9</sup>. abigo Navis sine gubernatore abit pessum. Et corpus relictum ab aīa defluit: ne dū putemus tantā illā molē: aut cōstrui sine artifice: aut stare sine rectorē tā diu potuisse. Quod si publicas illas religiones uoluit euertere: nō improbo: qn etiā laudabo: si ipse qd̄ est meli<sup>9</sup> inuenerit: uerū idē p̄ canē & anserē deierabat. O hominē scurrā (ut ait Zeno Epicureus) ineptū: p̄ditū: desperatum: si cauillari uoluit religionē dementem: si hoc serio fecit: ut aīal turpissimū pro deo haberet. Quis iam superstitiones egyptiorū audeat reprehēdere: quas Socrates athenis auctoritate confirmauit sua? Illud uero nōne sūmę uanitatis: q̄ añ mortē familiares suos rogauit: ut Aesculapio gallū quē uouerat pro se sacrarent? Timuit uidelicet ne apud Rhadamātum receptorē reus uoti fieret ab Aesculapio. Demētissimū hominē putarē: si morbo affectus perisset: cū uero hoc san<sup>9</sup> fecerit: est ip̄e isan<sup>9</sup> q̄ eū putet eē sapiētē. En cui<sup>9</sup> tēporibus natū esse se hō sapiēs gratuletur.

¶ Capitulū. xxi. Quod Plato didicerit a Socrate: quod si obtineret: humani generis periret societas.

¶ Videamus tamen quid illum Socrates docuerit: qui cū totā p̄hysicam repudiasset: eo se cōtulit ut de uirtute atq; officio quęreret. Itaq; nō dubito: qn auditores suos iusticię præceptis erudierit. Docēte igit Socrate nō fugit Platonē: iusticię uim in eq̄tate cōsistere. Siq̄dē omnes pari cōditione nascunt: ergo inquit, nihil priuati ac p̄priū habeāt: sed ut pares esse possint: quod



iusticię ratio desiderat: oia in cōe possideāt : ferri hoc pōt q̄ diu  
 de pecunia dici uideēt: qd̄ ip̄m q̄ impossibile sit & q̄ iniustū: po  
 terā multis rōibus ostendere. Cōcedam⁹ tñ ut possit fieri. Oēs  
 enī sapiētes erūt & pecuniā cōtemnēt. Quo ergo illū cōitas ista  
 p̄duxit? Matrimonia quoq; inq̄t, cōia esse debebūt: s. ut ad eāde;  
 mulierē multi uiri tanq̄ canes cōfluant: & is utiq; obtineat: q̄ ui  
 ribus uicerit. Aut si sapiētes sunt ut philosophi: expēctēt ut uici  
 bus tāq̄ lupanar habeāt. O mirā Platonis eq̄tatē. Vbi est igitur  
 uirtus castitatis? Vbi fides cōiugal̄is? Quę si tollas: oīs iusticia  
 sublata est. At idē dixit beatas ciuitates futuras fuisse: si aut phi  
 losophi regnarēt: aut reges philosopharent. Huic ergo tā iusto  
 tam eq̄uo uiro regnū dares: q̄ alijs sustulisset sua: alijs cōdonass;  
 aliena: prostituisset pudicitia mulierū: q̄ null⁹ unq̄ nō mō rex: s;  
 ne tyrann⁹ quidē fecit? Quam uero intulit rationem turpissimi  
 huius consilij? sic inquit, Ciuitas concors erit: & mutui amoris  
 constricta uinculis: si omnes omnium fuerint: & mariti & p̄res  
 & uxores & liberi. Quę ista cōfusio generis humani est? Quo  
 modo seruari potest caritas: ubi nihil est certum quod ametur?  
 Quis aut uir mulierem: aut mulier uirum diliget: nisi habitauē  
 rint semper una: nisi deuota mens & seruata inuicem fides indi  
 uiduā fecerit caritatem? Quę uirtus in illa promiscua uoluptate  
 locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint: quis ama  
 re liberos tāq̄ suos poterit: cū suos esse aut ignoret aut dubitet?  
 Quis honorē tanq̄ patri deferet: cū unde nat⁹ sit nesciat? Exquo  
 fit: ut nō tantum alienū pro patre habeat: sed etiā patrē pro alie  
 no. Quid q̄ uxor potest esse cōis: filius uero non potest? quem  
 concipi non nisi ex uno necesse est. Perit ergo illi uni cōmunitas,  
 ipsa reclamante natura. Superest ut tātum mō cōcordię causa uxo  
 res uelint esse cōmunes. At nulla uehementior discordiarū est  
 causa: q̄ unius foeminę a multis maribus appetitio: quod Plato  
 si ratione nō poterat: exemplis certe potuit admoneri: & muto  
 rū animalium quę ob hoc uel acerrime pugnēt: & hominum qui  
 semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserūt.

Charitas

Charitatem

Capitulu; .xxij. Quod dogma Platonis non erat nisi crimi  
 nis fons & fomes & uirtutum omnium exterminium.



<sup>γ</sup>  
**H** Est ut cōmunio ista nihil aliud habeat: præter adulteria  
& libidines: propter quas funditus evertēdas: est uirtus ul'  
maxime necessaria. Itaq; nō inuenit concordia: quā querebat: q;  
nō uidebat unde oriat. Nā iusticia in extrapōsitis nihil momen  
ti habet: nec in corpore quidem: sed tota in hominis mēte uerū  
tur. Qui ergo uult homines adæquare: nō matrimonia: nō opes  
subtrahere debet: sed arrogantia: supbia: tumorē: ut illi potētes  
& elati pares esse se, etiā mēdicissimis sciāt. Detracta enim diui  
tibus insolentia & iniquitate: nihil intererit: utrū ne alij diuites:  
alij pauperes sint: cū animi pares sint: quod efficere nulla alia res  
præter religionē dei potest. Putauit igit se inuenisse iusticia: cū  
eam prorsus euerteret: q; nō rerū fragiliū: sed mētium debet esse  
cōmunitas. Nam si iusticia uirtutū omniū est mater: cū illē sin  
gulę tollunt: ipsa subuertit. Tulit aut Plato ante oīa frugalitatē:  
quę utiq; nulla est: ubi propriū nihil habeat. Tulit abstinentiam:  
si quidē nihil fuerit, quo abstineat alienū. Tulit tēperantiā: tulit  
castitatem: quę uirtutes in utroq; sexu maxime sunt. Tulit uere  
cūdiā: pudorem & modestiam: si honesta & legitima esse inci  
piunt: quę solēt flagitiosa & turpia iudicari. Sic uirtutem cum  
uult omnib<sup>9</sup> dare: omnibus ademit. Nam rerū proprietates, & ui  
ciorū & uirtutum materie cōtinet: cōmunitas aut nihil aliud q;  
uiciorū licentiam. Nam uiri qui multas mulieres habent: nihil  
aliud dici possūt q; luxuriosi ac nepotes. Itē mulieres quę a mul  
tis habent: non utiq; adulterę: q; certū matrimoniū nullū est: s;  
prostitute ac meretrices sint necesse est. Redegit ergo humanā  
uitā ad similitudinē nō dico mutoꝝ: sed pecudū ac bēluarū. Nā  
uolucres pene omnes faciunt matrimonia: & paria iungunt: &  
nidos suos tanq; geniales thoros cōcordi mēte defendūt: & foe  
tus suos q; certi sunt amāt: & si alienos obieceris abigūt. At hō  
sapiēs cōtra mortē hominū cōtraq; naturā: stultiora sibi, quę se  
quere, elegit. Et quoniā uidebat in ceteris animalib<sup>9</sup> officia mari  
um foeminarūq; nō esse diuisa: existimauit oportere etiā mulie  
res militare: & cōsilijs publicis interesse & magistratus gerere:  
& imperia suscipere. Itaq; his arma & equos assignauit: conse  
quēs est: ut lanā & telā uiris, & infantium gestatōes: nec uidit ipō  
sibilia esse: quę diceret ex eo: q; adhuc in orbe terrę neq; tā stulta  
neq; tam uaria ulla gens extiterit: quę hoc modo uiueret.

materiam

materiam



Capitulum xxiiii. De minoribus philosophis: & quatenus inuicem ratione, ex rerum cōtemptu pficiāt & erroris assertores sint.

**Q**uoniam igitur in tanta uanitate ipsi philosophorum principes deprehēdant: quod illos minores putabimus: quoniam nunquam sibi tam sapientes uideri solent: quam cum pecunię cōtemptu gloriantur. Fortis animus: sed expecto quod faciāt: & quo ille cōtēptus euadat. Tradita sibi a parētib⁹ patrimonia: tanquam malū fugiūt ac deserūt. Et ne in tēpestate naufragiū faciāt: in trāquillo se ultro precipitāt: nō uirtute, sed peruerso metu fortes: sicut illi qui cum timēt ne ab hoste iugulentur, ipsi se iugulāt: ut mortē morte deuitēt. Sic isti unde possēt gloriā libertatis acquirere: sine honore sine gratia perdūt. Laudat Democrit⁹ quod agros suos dereliquerit: eo quod pascua publica fieri passus sit: probarem si donasset. Nihil autē sapienter fit, quod si ab oīb⁹ fiat, inutile est ac malum: sed hęc negligentia tolerabilis. Quid ille qui patrimoniū in numos redactum effudit in mare? Ego dubito utrum ne sanus an demens fuerit. Abite inquit in profundum, male cupiditates: ego uos mergā: ne ipse mergar a uobis. Si tantus pecunię contēptus est: fac illā beneficium: fac humanitatem: largire pauperibus. Potest hoc quod pditurus es multis succurrere; ne fame aut siti aut nuditate moriantur. Imitare in faniā saltem furorēque Tuditani: sparge populo diripiēda. Potes & pecuniā effugere: & tamē bene collocare: quod saluum est quicquid pluribus pfuit. Zenonis autem paria peccata quod probat: Sed omitamus id quod est ab oībus semper irritum. Illud satis est ad cohercendū furiosi hominis errorē: quod inter uicia & morbos misericordiā posuit. Adimit nobis affectum; quo ratio humane uite pene omnis continetur. Cū enim natura hominis imbecillior sit quam ceterorum animalium: que uel ad pferēdā uim tēporum: uel ad incursiones a suis corporibus arcendas: naturalibus munimētis puidētia celestis armauit. Homini autē quod nihil istorum datū est: accepit per istos omnibus, miserationis affectum: qui plane uocatur humanitas: quod nosmet inuicem tueremur. Nā si hō ad cōspectū alterius hominis efferretur (quod facere uidemus animantes quarum natura soliuaga est) nulla esset hominū societas: nulla urbium condēda: uel cura uel ratio: sic neque uita quidem satis tuta cum ceteris animalibus exposita: esset imbecillitas hominū & ipsi inter semetipsos

*Thales erat hic milesius qui numos in mare proiecit.*

*insequitur, intelligendum nam modum subest.*



beluarū more sequirēt. Nō minor in alijs demētia. Quid enī dici  
pōt de illo q nigrā dixit eē niuē! q cōsequēs erat ut etiā picē albā  
esse diceret. Hic est ille q se iccirco natū esse diceret: ut cēlū ac so  
lē uideret: q in terra nihil uidebat, sole lucēte. Xenophanes dicen  
tib<sup>9</sup> mathematicis orbē lunę duo de uiginti ptib<sup>9</sup> maiore; esse q  
terrā: stultissime credidit: & q huic leuitati fuit consentaneum:  
dixit intra cōcauū lunę sinū, esse aliā terrā: & ibi aliud genus ho  
minū simili mō uiuere, quo nos in hac terra uiuim<sup>9</sup>. Habēt igit  
illi lunatici hoīes alterā lunā: quę illis nocturnū lumē exhibeat:  
sicut hęc exhibet nobis. Et fortasse hic noster orbis, alteri<sup>9</sup> inferi  
oris terrę luna sit. fuisse Seneca inter stoicos ait: q deliberarent  
ut ne soli quoq; suos populos darēt: inepte. s. qui dubitauerit,  
Quid enī pderet si dedisset! S; credo calor deterrebat: ne tanta;  
multitudinē periculo cōmitteret: ne si ęstu nimio perissent ipsi<sup>9</sup>  
culpa euenisse tanta calamitas dicerēt.

¶ Capitulū. xxiiiij. De antipodibus quos ideo esse finxerūt:  
q opinati sunt mundum esse rotundum.

**Q**uid illi q esse cōtrarios uestigijs nostris antipodas putāt!  
Nunqd aliquid loquūtur? Aut est quisq; tam ineptus: qui  
credat esse homines: quorum uestigia sint superiora q capita!  
Aut ibi quę apud nos iacent uniuersa pendere: fruges & arbores  
deorsu; uersus crescere: pluuias & niues & grādines sursu; uer  
sus cadere in terrā. Et mirat aliquis ortos pensiles inter septem  
mira narrari: cum philosphi & agros & maria & urbes & mō  
tes pēsiles faciāt. Huius quoq; erroris aperiēda nobis origo est.  
Nam semp eodē mō fallunt. Cū enim falsum aliquid in princi  
pio sumpserūt, uerisimilitudine inducti: necesse ē eos in ea quę  
consequuntur currere: sic incidunt in multa ridicula: quia neces  
se est falsa esse: quę rebus falsis congruunt. Cum aut primis ha  
buerint fidem: qualia sunt ea quę sequunt nō circūspiciūt: s; de  
defendunt omnimō: cum debeant prima illa utrum ne uera sint  
an falsa: ex cōsequentibus iudicare. Quę igit illos ad antipodas  
ratio pduxit? Videbant siderum cursus in occasum meantiu;  
solē atq; lunā in eandem partē semp occidere: atq; oriri semper  
ab eadem. Cū aut nō perspicerent quę machinatio cursus eorū  
temperaret: nec quomō ab occasu ad orientem remeant. Cēlum

*erat Sastantig negans anti  
contra ueram phiaz  
nedixerunt q fidem  
est istig capitis sent.*



aút ipsum in oēs fere partes putarēt esse deuexum: qđ sic uideri ppter immensam latitudinem necesse est. Existimauerūt rotundum esse mundum sicut pilam. Et ex motu siderū opinati sunt celū uolui: sic astra solemq; cū occiderint uolubilitate ipa mūdi ad ortū referri. Itaq; ethereos orbes fabricati sunt: quasi ad figurā mūdi: eosq; celarūt portentuos qbusdam simulachris que astra esse dicerent. Hāc igit̃ celi rotūditatē illud sequebat̃: ut terra in medio sinu eius esset inclusa: qđ si ita esset terrā ipa; globo similē: neq; enī fieri posset: ut nō esset rotūdū: qđ rotūdo inclusū teneret̃. Si aut̃ rotūda etiā terra esset: necesse esset: ut ī oēs celi partes eādē faciē gerat: idest montes erigat: cāpos tendat: maria cōsternat: Quod si esset: etiā sequebat̃ illud extremum: ut nulla sit pars terre que non ab hoībus: ceterisq; animalibus incolatur. Sic pēdulos istos antipodas celi rotunditas adinuenit. Quod si queras ab his qui hęc portenta defendūt: quō nō cadūt oīa in inferiorē illā celi partē? Hāc respōdēt rez esse naturā: ut pōdera in mediū ferant̃: & ad mediū cōnexa sint oīa: sicut radios uideamus in rota. Que aut̃ leuia sunt ut nebula: fum⁹: ignis: a medio deferātur ut celū petāt. Quid dicā de his nescio: qđ cū semel aberrauerint: cōstāter in stulticia p̃seuerāt: & uanis uana defendunt: nisi qđ eos iterdū puto ioci cā philosophari: aut prudētes & scios mēdacia defendēda suscipere: qđsi ut ingenia sua in malis reb⁹ exercent̃ ul' ostēdāt. At ego multis argumētis pbare possem: nullo mō fieri posse: ut celū terra sit inferi⁹: nisi & liber iā cōcludēdus esset: ut adhuc aliqua restarēt que magis sint p̃senti operi necessaria. Et qm̃ singulorū errores p̃currere nō est vni⁹ libri op⁹ satis sit pauca enarrasse: ex qb⁹ possint q̃lia sint cetera intelligi.

¶ Capi. xxv. Quot & quāta p̃dicēda sūt: & alias necessarias gētilit̃ philosophātib⁹ ut pbiam nullus assequat̃ aut rarus.

**N**unc pauca nobis de philosophia in cōmuni dicēda sunt: ut cōfirmata cā peroremus. Summus ille noster Platonis imitator existimauit pbiam non esse uulgarem: qđ eam non nisi docti homīes asseq possent. Est inq; philosophia paucis cōtenta iudiciis: multitudinē cōsulto ipsa fugiens. Non est igit̃ sapientia si ab hominum coetu abhoreret: quoniam sapientia si



homini data est: sine ullo discrimine oibus data est: ut nemo sit  
prorsus: q̄ eā capere nō possit. At illi uirtutē humano generi datā  
sic amplexabant: ut soli oīum publico bono frui uelle uiderent:  
tā inuidi q̄si uelit deligare oculos: aut effodere ceteris ne solē ui  
deāt. Nā qd̄ est aliud homib⁹ negare sapiētīā: q̄ mētib⁹ eoꝝ ueꝝ  
ac diuinū lumē auferre! Qd̄ si natura hoīs sapiētīę capax ē: oport  
uit & opifices & rusticos & mulieres: & oēs deniq; humanā q̄  
formā gerūt, doceri ut sapiāt: populūq; ex omni lingua & cōdi  
tione & sexu & etate cōflari. Maximū itaq; argumētū est philo  
sophiā neq; ad sapiētīā tendere: neq; ip̄a eē sapiētīā: qd̄ myste  
riū eius barba tm̄ celebrať & pallio. Senserūt hoc adeo stoici: q̄  
& seruis & mulierib⁹ philosophādū esse dixerūt. Epicur⁹ quo  
q; q̄ rudes omniū litterā ad philosophiā iuitat. Itē Plato q̄ ciui  
tatē de sapiētib⁹ uoluit cōponere. Conati qd̄ sunt illi facere qd̄  
ueritas exigebat: s; nō potuit ultra uerba p̄cedi. Primū q̄ multis  
artibus opus est: ut ad philosophiā possit accedi. Discendę lit  
terę istę cōmunes p̄pter usu; legendi: q̄ in tāta reꝝ uarietate: nec  
disci audiēdo possunt omnia: ne memoria cōtineri. Grāmaticis  
quoq; nō parū operę uel dandū est: ut rectā loquendi rationem  
scias. Id multos annos auferat necesse est. Nec oratoria quidem  
ignorāda est: ut ea quę didiceris: p̄ferri atq; eloq; possis. Geome  
tria quoq; ac musica & astrologia necessaria est: q̄ hęc artes cum  
philosophia hñt aliquā societate: quę uniuersa p̄discere neq; foe  
minę possunt: q̄bus intra puberes annos officia mox n̄sibus do  
mesticis p̄futura discenda sunt. Neq; serui q̄b⁹ p̄ eos annos uel  
maxime seruiendū est: q̄bus possunt discere: neq; paupes: aut o  
pifices: aut rustici: q̄bus in diē uictus labore est quęredus. Ob eā  
causam Tullius ait abhorrere a multitudine philosophiam. At  
enim rudes Epicurus accipiet. Quomodo ergo illa quę de prin  
cipijs reꝝ dicunt̄ intelligēt: quę p̄plexa & inuoluta uix etiā poli  
ti homīes assequūt̄! In rebus igit̄ obscuritate implicitis: & inge  
nioꝝ uarietate cōfufis: & eloquentiū uiroꝝ exquisito sermone fu  
catis: quis imperito ac rudi loc⁹ est! Deniq; nunq̄ ullas mulieres  
philosophari docuerūt: p̄ter unam ex omni memoria Thēnī  
sten. Neq; seruos p̄ter unum Pythagoram: quem male seruien  
tem redemisse ac docuisse tradunt̄. Enumerāt etiam Platonem  
ac Diogenē: qui tamen serui nō fuerūt: sed his seruitus euenerat:

legendum, redemptum fuisse



sunt enim capti: platonē quidē redemisse Aniceris q̄dam tradit̄  
 sestertiis octo. Itaq; infectatus est cōuiciis hūc ip̄m redemptorē  
 Seneca : q̄ Platonē paruo existimauerit furiosus ut mihi quide;  
 uideēt: qui homini fuit iratus q̄ non multā pecuniam perdidit. s.  
 aurum appendere debuit tanq̄ pro mortuo Hectore: aut tantum  
 in genere nummorum: quantū uenditor non poposcit. Ex bar  
 baris uero nullum pr̄ter unū Anacharsim Sytham: qui philoso  
 phia; ne somniaffet quidē: nisi & linguam & l̄ras añ didicisset.

estimauerit.

scitiam

Cap. xxvi. Quod doctrina cęlestis sapiētiā sola largit̄: quā  
 natura cōmunis appetit: et q̄rens philosophiā nō iuenit. Et q̄ effi  
 cax sit lex dei: & ecclesię sacramenta.

1 Quid ergo illi poscēte natura faciendum esse senserūt: sed  
 tamen neq; ipsi facere potuerunt: neq; a philosophis fieri  
 posse uiderunt. Sola hęc efficit doctrina cęlestis: quę sola sapien  
 tia est. Illi scilicet persuadere cuiq̄ potuerunt: qui nihil persuadēt  
 etiam sibi: Aut cuiusq̄ cupiditates oppriment: temperabunt ira;  
 libidinem cohercebūt: cū ipsi & cedant uiciis: & fateantur plus  
 ualere naturam: Dei autem pr̄cepta quia & simplicia et uera sūt:  
 quantū ualeant in animis hominum: quotidiana experimenta de  
 monstrant. Da mihi uirum: qui sit iracundus: maledicus: effrena  
 tus: paucissimis dei uerbis tam placidum q̄ ouem reddam. Da  
 cupidum: auarum: tenacem: iam tibi eum liberalem dabo: & pe  
 cuniam suam plenis manibus largientem. Da timidum doloris  
 ac mortis: iam cruces & ignes: & pericula & taurum contemnet.  
 Da libidinosum: adulterū: ganeonē: iam sobriū: castū: continētē  
 uidebis. Da crudelem & sanguinis appetentem: iam in ueram cle  
 mentiā furor ille mutabit̄. Da iniustum: insipientem: peccatore;  
 continuo & equus & prudens & innocēs erit. Vno enī lauacro  
 malicia omnis abolebit̄: tanta diuinę sapientię uis est: ut in hōis  
 pectus infusa: matrem delictorū stulticiā uno semel ip̄etu expel  
 lat. Ad quod efficiēdū: nō mercede: nō liberis: non lucubrationi  
 bus opus ē. Gratis ista fiūt facile: cito, mō pateāt aures: & pectus  
 sapiētiā sitiāt. Nemo uereat: nos aquam nō uendimus: nec solem  
 mercede pr̄stamus. Dei fons uberrimus atq; plenissimus patet  
 cunctis: & hoc cęleste lumen uniuersis oritur: quicūq; oculos ha  
 bent. Num q̄s h̄ philosophorum: aut unq̄ pr̄stitit: aut pr̄stare

phalaridis, scilicet.





si uelit pōt! Qui cū etates suas in studio philosophiē conterant: neq; aliū quēq; neq; seipfos si natura paululū obstitit possunt facere meliores. Itaq; sapiētia eorū ut plurimū efficiat: nō excidit uicia: sed abscōdit. Pauca uero dei p̄cepta sic totū hoīem imūtant: & exposito uetere nouum reddūt: ut nō cognoscas eundē esse.

¶ Cap. xxvii. Quod philosophi sepe recte p̄cipiūt: & iterdū uidēt uey. Et quare nō sit eis credendū, in quo solo nitat cōditō creaturę et unde: nec nō aut fortunę. Et quō p̄bi suis iuicē gladiis pereunt.

9 Vid ergo: Nihil ne illi simile p̄cipiunt! Immo p̄ multa & ad uerum frequenter accedunt: sed nihil ponderis habent illa p̄cepta: quia sunt humana: & auctoritate maiori: idest diuina, illa carent. Nemo igitur credit: quia tam se hominem putat eē qui audit: q̄ est ille qui p̄cipit. Pręterea nihil apud eos certi est: nihil quod a scientia ueniat. Sed cum omnia coniecturis agant: multa etiam diuersa & uaria proferantur: stultissimi ē hominis p̄ceptis eorū uelle parere: quę utrū uera sint an falsa dubitatur: & ideo nemo paret: quia nemo uult ad incertū laborare. Virtutem esse stoici aiunt: quę sola efficiat uitā beatā. Nihil pōt uerius dici: sed quid si cruciabit̄ aut dolore afficiet̄! Poterit ne q̄s q̄ iter carnifices beatus eē! Immo uero illat̄ corpori dolor, materia uirtutis est: itaq; ne ī tormētis qdē miser ē. Epicurus mlto forti⁹: sapiens inqt semp beat⁹ ē: & uelut īclusus in phylaridis tauro hāc uocē emittet: suaue ē & nihil curo: q̄s eū nō irriferit! Maxie q̄ homo uoluptari⁹ personam sibi uiri fortis imposuit: & qdē supra modū. Non enī fieri pōt: ut q̄s q̄ cruciatus corporis p̄ uoluptatibus ducat: cum satis sit ad officium uirtutis implendū, perferre ac sustinere. Quid dicitis stoici! Quid tu Epicure! Beat⁹ ē sapiēs etiam cum torquet̄: si propter gloriam patientia non fruatur! In tormentis enim fortasse morietur: si propter memoriam aut nō sentiet si occidūt animę: aut si sentiet: nihil ex ea cōsequet̄. Quis ergo alius fructus est in uirtute! Quę beatitudo uite: ut equo animo moriant̄! Bonū mihi affertis unius horę aut fortasse momēti: p̄pter quod nō expediat in tota uita miseris & laboribus confici. Quātum aut̄ temporis mors occupat, quę cum uenit: utrum equo animo: an iniquo eam sbieris: iā nihil refert. Ita fit: ut nihil



aliud ex uirtute capere nisi gloria. Sed hec aut superuacua et breuis est: aut prauis hominum iudiciis non sequetur. Nullus igitur ex uirtute fructus est: ubi uirtus mortalis est & caduca. Itaque quae hec locuti sunt: umbram quadam uirtutis uiderunt: ipsam uirtutem non uidebant. Deflexi enim fuerunt in terram: nec uultus suos in altum erigebant: ut eam possent intueri: quam sese caeli regionibus ostendebat. Hec causa est, cur perceptis eorum nullus obtineret, quoniam aut ad uicia erudiunt, si uoluptatem defendunt, aut si uirtutem asserunt: neque peccato poenam minant: nisi soli turpitudinis: neque uirtuti ullum premium pollicentur: nisi soli honestatis & laudis: cum dicant non propter aliud: sed propter seipsam expetendam esse uirtutem. Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed cum torquetur pro fide: pro iusticia: pro deo: illa patientia doloris beatissimum faciet. Est enim deus qui solus potest honore uirtutem: cuius merces immortalitatis sola est: quam quae non appetunt: nec religionem tenent: cui aeterna subiacet uita. Profecto neque uirtutis uim sciunt: cuius premium ignorant: neque in caelum spectant: quod ipsi se facere putant: cum res non inuestigabiles querunt: quia ratio in caelum spectandi nulla alia est: nisi aut religionem suscipere: aut animam suam immortalem esse credere. Quisquis enim aut deum colendum esse intelligit: aut immortalitatis spem sibi propositam habet: mens eius in caelo est. Et licet id non aspiciat oculis: animae tamen lumine aspicit. Qui autem religionem non suscipiunt: terreni sunt: quia religio de caelo est. Et quae animas putant cum corpore interire: aequae in terram spectant: quia ultra corpus quod est terra nihil amplius uident: quod sit immortale. Nihil igitur prodest hominem esse fictum: ut recto corpore spectet in caelum: nisi erecta mente deum cernat: & cogitatio eius in spe uitae perpetuae tota uersetur.

**C**api. xxviii. Quod fortuna nihil est quam philosophi non modo deam: sed deum mentiuntur. Et quomodo hunc errorem demones immiserint eis qui deum nesciebant: aut contemnebant.

**Q**uia propter nihil aliud est in uita, quo ratio: quo, conditio nostra nitatur: nisi dei, quae nos genuit, agnitio: & religiosus ac pius cultus. Unde quoniam philosophi aberrauerunt: sapientes utique non fuerunt. Quaesierunt illi quidem sapientiam: sed quia non rite querebant: lapsi sunt longius: & in maximos errores inciderunt:



ut etiam cōmunem sapiētiam nō tenerēt. Nō enī tantū religionē  
asserere uoluerūt: ueꝫ etiā sustulerūt, dū specie uirtutis fallē īdu  
cti: conāt amicos oī metu liberare: q̄ religiōis euerfio nature no  
<sup>ignorant</sup>men īuenit. Illi enī cū aut ignorāt a quo eēt effect⁹ mūd⁹: aut per  
suadere uellēt nihil eē nisi diuina mēte p̄fectū: naturā eē dixerūt  
reꝫ omniū matrē: quasi dicerēt oīa sua spōte eē nata: quo uerbo  
plane īprudentiā suā cōfiteꝫ. Natura enī, remota p̄uidencia &  
potestate diuina prorsus nihil est. Quod si deum naturam uo  
cant: queꝫ peruerfitas est: naturam potius q̄ deū nominare. Si aut  
natura ratio est: uel necessitas uel conditio nascendi: non est p̄ se  
ipsam sensibilis: quia necesse est mentem diuinam: queꝫ sua pro  
uidencia nascendi p̄ncipium rebus omnibus p̄beāt. Aut si natu  
ra est cēlum atq; terra: & omne quod natum est: non est de natu  
ra: sed dei opus. Non dissimili errore credunt eē fortunaz: quasi  
deam quandā res humanas uarijs casibus illudentem: q̄ nesciunt  
unde sibi bona & mala eueniant. Cum æ se compositos ad p̄  
liandum putant: nec ullam tamen rationeꝫ reddunt: a quo & quā  
ob causam: sed tantum cū fortuna se digladiari momētis omni  
bus glorianꝫ. Iā quicūq; alios cōsolati sunt ob interitū omiffio  
<sup>harorum.</sup>nemq; carorum: fortunę nomen acerrimis accusationibus p̄sci  
derūt: nec omnino ulla eoꝫ disputatō de uirtute ē: in qua nō for  
tuna uexet. Marcus Tullius in sua consolatione pugnas se sem  
per cōtra fortunam loquitur: eamq; a se esse superatam: cum for  
titer inimicoꝫ īpetus retudisset: nec tū q̄dem se ab ea fractū: cum  
domo pulsus patria caruit. Tū aut cum amiserit carissimam fili  
am: uictum se a fortuna turpiter confiteꝫ. Cedo inquit: & manū  
tollo. Quid hoc homine miserius: qui sic iaceat? īsipienter inq̄t:  
sed qui p̄fiteꝫ se esse sapientē? Quid ergo sibi uult assumptō no  
minis? Quid est cōtempt⁹ ille reꝫ: qui magnificis uerbis p̄tēdi  
tur? Quid dispar ceteris habitus? Aut cur omnino p̄cepta sapi  
entię dantur: si nemo qui sapiat adhuc inuentus est? Et quisq; no  
bis inuidiam facit: quia philosophos negamus esse sapientes: cuz  
ipsi nec scire se quicq; nec sapere fateatur? Nam si quando ita de  
fecerint: ut ne affigere quidem quicq; possint: quid faciunt in reb⁹  
ceteris? Tum uero ignorantie admonentur: & quasi furibundi  
exiliunt: & exclamāt se cecos esse & excordes. Anaxagoras pro  
nunciat circumfusa esse tenebris omnia. Empedocles angustas

carissimam  
cedo fortunam



gas tuos corrige. Quis negat iustā eē hāc respōsionē: q̄netiā s; in  
cōtēptū ueniet huiusmodi doctōr: & eludet̄ uicissim q̄ uidebit̄  
& ip̄e deludē! Quid ḡ faciet & ille p̄ceptor: si hęc fuerint opposi  
ta: quō adimet excusationē cōtumacib⁹: nisi ut p̄sentib⁹ factis do  
ceat possibilia se docere! Vñ euenit ut philosophoꝝ p̄ceptis nul  
lus obtēperet: hōies. n. malūt exēpla q̄ v̄ba: q̄ loq; facile ē: p̄stare  
difficile. Vtinā quidē tā multi bene facerent: q̄ multi loquuntur

no

qua p̄cipit, presentis temporis

respondet

sint



bene: sed qui præcipiunt nec faciunt: abest ab his fides: & si homines fuerint cõtenunt ut leues: si deus opponet ei fragilitatis hũanę excusatio. superest: ut factis uerba firmet: quod & philosophi facere nequeunt. Itaque cum ipsi præceptores uicant affectibus: quos uici prædicant oportere neminem possunt ad uirtutem quam prædicant falso erudire. Ob eamque causam putant neminem adhuc perfectum esse sapientem. id est in quo summe doctrine ac scientie summa uirtus & perfecta iusticia cõsenserit: quod quidem uerum fuit. Nemo enim post mundum conditum talis extitit nisi christus: qui & uerbo sapientiam tradidit: & doctrinam presenti uirtute firmavit.

¶ Cap. xxiiii. Quod celestem doctorem perfectum esse oporteat: et quare perfectus esse non possit sine corporis assumptione mortalis

**A**ge nunc consideremus an doctor e celo missus, possit non esse perfectus: non dum de hoc loquor quem uenisse a deo negant. Figamus aliquem e celo esse mittendum: qui uitam hominum rudimentis uirtutis instituat: & ad iusticiam formet. Nemini dubium potest esse quin is doctor qui celitus mittitur: tanta scientia sit reum omnium quam uirtute perfectus: ne nihil inter celeste terrenumque differat! Nam in homine interna & propria doctrina esse nullo pacto potest: nec enim mens terrenis uisceribus inclusa & tabe corporis impedita: aut comprehendere per se potest: aut capere ueritatem nisi alium doceat: & si maxime possit, summam tantum uirtutem capere nequeat: & ab omnibus uiciis resistere: quorum materia in uisceribus continetur. Eo fit ut terrenus doctor perfectus esse non possit. At uero celestis cui scientiam diuinitas: uirtutem immortalitas tribuit: in docendo quoque sicut in ceteris perfectus & consummatus sit necesse est. At id omnino fieri non potest: nisi mortale corpus sibi assumat. Cur autem fieri non possit: ratio clara est. Nam si ad homines ueniat ut deus: ut omittam quod mortales oculi claritate; maiestatis eius conspiciere ac sustinere non possent: ipse certe deus uirtutem docere non poterit: quia expers corporis non faciet quod docebit: ac per hoc doctrina eius perfecta non erit. Alioquin si uirtus summa est dolorem patienter per iusticia officioque preferre: si uirtus est mortem ipsam; et itetatem non metuere: & illatam fortiter sustinere. Debet ergo doctor ille perfectus & docere ista precipiendo: & confirmare faciendo: quod qui dat præcepta uiuendi amputare debet omnium excusationum uias: ut imponat hominibus parandi necessitatem non aliqua uia: sed pudore: & tamen libertatem relinquat: ut & premium sit constitutum parantibus: quod poterant non parere si uellent. Quo ergo poterit amputari



excusatio: nisi ut qui docet faciat que docet: & sit quasi prius & manu porrigat secuturo: quemadmodum potest facere qui docet: si non sit ei filius quem docet: Nam si nulli subiectus sit passioni: potest ei docenti homo sic respondere. Volo eadem non peccare: sed vincor. Indutus sum enim carne fragili & inbecilla: hec est que irascitur: que concupiscit: que <sup>et dolat</sup> docet: que mori timet. Itaque ducor iustus & pecco: non quia uolo sed quia cogor. Sentio me etiam ipse peccare: sed necessitas fragilitatis impellit: cui repugnare non possum. Quid ad hec respondebit preceptor ille iusticie: que modo confutabit ac redarguet hominem que delictis suis excusatione; carnis ostendet: nisi & ipse carne fuerit indutus: ut ostendat etiam carnem posse capere uirtutem: Contumacia enim redargui non potest: nisi exemplo: nam habere non possunt que doceas firmitatem nisi ea prior feceris: quia natura hominum percliuis in uicia uideri uult: non modo cum uenia: sed etiam cum ratione peccare. Oportet magistrum doctoremque uirtutis homini simillimum fieri: ut uincendo peccatum doceat hominem uinci ab eo posse peccatum: si uero sit immortalis: exemplum proponere homini nullo modo potest. Existet enim constans aliquis ac dicet. Tu quidem non peccas: quia liber es ab hoc corpore: non concupiscis: quia immortalis nihil est necessarium: nihil uero multis rebus opus est: ut tuear hanc uitam. Mortem non times: quia in te ualere non potest. Dolorum contemnis: quia nullam uim pati potes. At ego mortalium utrumque timeo: quia cruciatibus mihi grauissimos inferunt: quos tolerare infirmitas carnis non potest. Doctor itaque uirtutis etiam hanc excusationem debuit hominibus auferre: ne quis quod peccat necessitati potius ascribit quam culpe sue. Ergo ut perfectus esse possit: nihil ei debet opponi ab eo qui docendus est: ut si forte dixerit impossibilia precipis. Rpondeat ecce ipse facio: ego carne indutus sum cuius est peccare proprium: at ego eadem carnem gero: & tamen peccatum in me non dominatur. Mibi opes contemere difficile est: quia uiui aliter non potest in hoc corpore. Ecce mihi corpus est: & tamen pugno contra omnem uoluptatem. Non possum pro iusticia nec dolorem ferre nec mortem: quia fragilis sum. Ecce & in me dolor ac mors habet potestatem: & ea ipsa que times uico: ut uictorem te faciam doloris ac mortis. Prior uado pro ea que sustineri non posse preterdis: si precipientem sequi non potes sequere antecedentem. Sublata huius modo omnis excusatio est: & fateri hominem necesse est sua culpa iniustum esse: qui doctorem uirtutis & eundem ducem non sequatur. Vides ergo quanto perfectior sit mortalis doctor (quia dux est mortalium potest) quam immortalis: qui patientiam docere non potest: quia subiectus

passio hic non est intelligenda de peccato, sed de passibili quod

dolet

ascribat



passionibus non ē. Nec h̄ tñ eo p̄tinet ut hoīem deo p̄ferā: sed ut ostēdā neq; hoīem p̄fecta doctrina eē nō posse: nisi sit idē deus: ut auctoritate celesti necessitatē parēdi hoīb⁹ iponat. Neq; deus nisi mortali corpore iduat: ut p̄cepta sua factis adimplēdo ceteros parēdi necessitate cōstrigat. Ligdo ḡ appet eū q̄ uite dux & iusticię sit magister: corporalē eē oportē: nec alit̄ fieri posse ut sit illi⁹ plena & p̄fecta doctrina: nisi habeat radicē & fūdamētū, stabilisq; apud hoīes ac fixa p̄maneat, Ip̄m aut̄ sbire carnis ac corporis ibecillitatē: uirtutēq; ī se recipe doctoris: ut eā sil' & v̄bis doceat & factis. Itē sbiectū eē morti & passionib⁹ cūctis: qm̄ & in passione tolerāda: et ī morte sbēūda uirtutis officia uersāt. Que oīa (ut dixi) cōsumat⁹ doctor p̄ferre debet: ut doceat posse p̄ferri

**Cap. xxv.** Quod christus licet mortalitatē nostrā sūpserit: nō tñ nat⁹ est ut alii homines: sed ex carne uirginis: & quare cum immunis eēt a culpa: sponte subierit poenā.

**O**iscant igit̄ homines & intelligant: quare deus summus cuius legatū ac nunciū suū mitteret ad erudiendā p̄ceptis iusticię suę īmortalitatē; mortali uoluerit eū carne indui & cruce affigi & morte mulctari. Nā cū iusticia nulla esset in terra: doctores misit quasi uiuā legē: ut nomē ac templū nouū conderet: ut uerū ac piū cultū p̄ omnē terrā uerbis et exemplo seminaret: sed tamē ut certū esset a deo missū: nō ita illū nasci oportuit: sicut homo nascit̄ ex mortali utroq; cōcretus: sed ut appareret illū etiā in homine esse celestē, creatus ē sine opa genitoris. Habebat. n. spūales p̄rem deū: & sicut p̄r spūs ei⁹ de⁹ sine matre: ita mater corporis eius uirgo sine patre fuit. Igit̄ de⁹ & homo: inter deū atq; hominē medius constitutus. Vnde illū gręci μεσίτην uocant: ut hominē p̄ducere ad deū posset: idest ad immortalitatē: q̄a si deus tantū fuisset (ut sup̄ius dictū est) exempla uirtutis homini p̄bere nō posset: si homo tantū nō posset hoīes ad iusticiā cogere nisi auctoritas ac uirt⁹ hoīe maior accederet. Etenī cū constet homo ex carne & spiritu: & oporteat spiritū iusticię opibus emereri ut fiat etern⁹. Caro quoniā terrena ē ideoq; mortal̄: copulatum sibi spiritū trahit secū: & ab īmortalitate ducit ad mortē. Ergo spūs carnis expers dux eē hōi ad īmortalitatē nullo pacto poterit: qm̄ caro īpedit spiritū quo min⁹ deū sequat̄. Est enī fragilis & sbiecta peccato. Peccatum autem pabulum mortis est. Itaque iccirco



mediator aduenit: id est deus in carne: ut caro eū sequi posset: & eriperet morti hoīem cui⁹ ē dominatio in carne: iō carne se induit: ut desiderijs carnis edomitis doceret non necessitatis eē peccare: sed p̄positi ac uolūtatis. Vna enim nobis & magna & p̄cipua cū carne luctatio est: cui⁹ infinite cupiditates premunt animam: nec dñm retinere patiūtur: sed eam uoluptatib⁹ & illecebris sua uib⁹ mācipatā morte afficiūt sempiterna. Quibus ut repugnare possemus: deus nobis uiam supandę carnis: & aperuit & oñdit. Quę uirtus p̄fecta & oībus numeris absoluta coronā uicentib⁹: & mercedē expetendę nobis imortalitatis imptit.

¶ Cap. xxvi. De mysterio dominicę crucis: & uirtute et significatione eorum: quę christus gessit aut ptulit. Et quō p̄figurat⁹ sit in immolatione agni legalis.

○ Ixi de hūanitate & fragilitate & passione: cur hęc deus subire maluerit: nūc ipsi⁹ crucis rō reddēda ē & uis enarrāda: qđ sūmus p̄ a p̄ncipio disposuerit: & quēadmodū cūcta q̄ gesta sunt ordinauerit: nō tātū diuinatō p̄phetarū: q̄ in christū uera p̄cessit: s; etiā rō ipsi⁹ passionis docet. Quęcūq; enī passus ē non fuerūt inania: s; habuerūt figurā & significatiā magnā: sicut etiā diuina illa opera q̄ fecit: quorū uis & ptās ualebat qđ ē i p̄sens: sed declarabat aliqd i futuꝝ. Apuit cęcoꝝ oculos uirt⁹ cęlestis: & lucem nō uidētib⁹ reddidit. Et h̄ facto significauit fore: ut conuersus ad gētes q̄ deū nesciebāt īsipiētū pectora illuminaret luce sapientię: & ad ueritatē cōtēplādā oculos cordis aperiret. Vere. n. cęci sūt q̄ cęlestia nō uidētes: & tenebris ignorantie circūfusi: terrena & fragilia uenerant. Patefecit aures surdoꝝ. Nō utiq; hactenus uis illa cęlestis operata ē: sed declarabat breui fore: ut q̄ erant ueritatis expertes: & audirēt & itelligerēt diuinas dei uoces. Vere enī surdos dixeris: q̄ cęlestia & uera faciēda nō audiūt: mutoꝝ linguas in eloquiū soluit. Admirabilis etiā cū fieret potentia: sed inerat huic uirtuti alia significatio quę ostenderet mox futurū: ut rerum cęlestium nuper ignari p̄cepta sapientię disciplina de deo & ueritate dislererēt. Nā q̄ rōem diuinitatis ignorat: is uere eliguis & mut⁹ ē: s; sit omniū disertissim⁹. Līgua. n. cū ueꝝ loq̄ cęperit. i. uirtutē maiestatēq; dei singularis it̄ptari: tū demū officio nature suę fūgit: q̄ diu aut falsa loq̄tur: i usu suo non est: & ideo infans sit necesse ē: q̄ diuina p̄loqui nō potest. Pedes quoq;

1 5:



claudoy ad officiū gradiendi reformauit. Laudabil' diuini opis  
fortitudo: s; figura id cōtinebat qd' cohibitis errorib' uite secul  
laris ac deuię it' ueritatis aperiēt: p' qd' graderēt hoīes ad dei grā;  
cōsequēdā. Is. n. uere claud' existimād' ē: q' caligine ac tenebris ī  
sipiētīę īplicat': & quo tēdat ignar': offēnsibilib' & caducis gres  
sib' p' uia' mortis īcedit. Itē labe & maculas īgnatoꝝ corpoꝝ re  
pugnauit. Nō exigua īmortal' potētīę opa: ueꝝ id ptendebat hęc  
uis q' peccatoꝝ labib' ac uicioꝝ macul' īgnatos: doctrina ei' puri  
ficatura eēt eruditōe iusticię: leprosi. n. atq; elephāticī debēt habe  
ri: quos uel īfinite cupiditates ad scelera: uel īsatiabiles uoluptates  
ad flagitia cōpellūt: & dedecoꝝ macul' īiustos labe afficiūt sēpit  
na. Iacētia mortuoꝝ corpa erexit: eo s; noīb' p'p'rijs īclamos a  
morte reuocauit. Quid cōgruenti' deo! Quid miraculo digni'  
omniū seculoꝝ: q' decursā uitā resignasse: cōpletisq; hominū tē  
porib' tēpora abiēcisse p'petua: arcana mortis reuelasse! S; hęc in  
enarrabil' potestas imago uirtutis maioris fuit: quę demōstrabat  
tantam uim habiturā esse doctrinā suā; ut gentes in orbe toto q̄  
alienę a deo s'bięctę morti fuerūt: cognitione ueri luminis anima  
tę ad immortalitatis p'emia peruenirent. Eos enī recte mortuos  
existimaueris: qui datorem uite deū nesciētes: atq; animas suas a  
cēlo in terrā deprimētes, in laqueos ęternę mortis īcurrūt. Quę  
igit' cū faciebat ī p'sens imagines erāt futuroꝝ: q' illęsis affectisq;  
corporibus exhibebat, ea spūaliū figurā gerebāt: ut ī p'senti uirtu  
tis nobis terrene opa monstraret: & in futuroꝝ ptātem suę cęlestis  
maiestatis ostenderet. Ergo sicut opa ei' significantiā quoq; ma  
ioris potestatis habuerūt: ita etiam passio nō simplex nec supua  
cua nec fortuita p'cessit: s; ut illa q' fecit magnā uirtutē ac ptātem  
doctrinę ei' significabāt: sicea quę passus est odio futuram esse  
sapientiam nunciabant. Aceti enim potus ac fellis cibus, acerbita  
tes & amaritudines in hac uita sēctatoribus ueritatis pollicebat.  
Et q̄q; passio ipsa acerba & amara specimē nobis futurorum tor  
mentoꝝ dabat: quę morātib' nobis ī hoc seculo uirtus ipsa p'po  
nit: tñ illiusmōi cibus & potus ī os doctoris nostri ueniens: p'psu  
ram nobis laboꝝ ac miseriaꝝ p'beat exēplum. Quę omnia tolera  
ri ac p'peti necesse est eos qui ueritatē sequūt: quoniam ueritas est  
acerba & inuisa oīb'; q' ueritatis exptes uitā suā mortiferis uolu  
ptatibus dederūt. Nā corona spinea capiti eius īposita id decla

at' repurgauit.

adiacisse

at', ęternę.

prebet

quę illęsis



foce.

flexi.

rabat forte: ut diuinā sibi plebē de nocētib⁹ cōgregaret. Corona enī dicit̄ circūstans ī orbe popul⁹. Nos autē q̄ añ cognitionē dei fuim⁹ īiusti, spine; idest mali & nocētes eram⁹, ignorātes qd esset bonū: & a iusticię notatione atq; operibus alięni: oīa scelere ac libidine polluebam⁹. Plecti, uero ex dumis & sētib⁹ sanctū dei caput cingim⁹: q̄ cōuocati ab ip̄o circūfusi undiq; ad eū, magistro et doctōri deo assistim⁹: regēq; illū mūdi et oīum uiuētū dñm coronam⁹. Qd̄ uero ad crucē spectat magna ī ea uis ac rō ē: quaz nūc conabor oñdere. De⁹ nāq; (sicut sup̄i⁹ exposui) cu; statuisset hoīem liberare: magistꝝ uirtutis legauit ī terrā: q̄ & p̄ceptis salutarib⁹ formaret hoīes ad īnocētiā: & opib⁹ factūq; p̄sētib⁹ iusticię uia pāderet: qua gradiēs hō & doctōrē suū sequēs: ad uitam eternā pueniret. Is igit̄ corporatus est & ueste carnis indutus: ut homini ad quē docēdū uenerat: uirtutis & exempla & icitamēta prēberet. Sed cum ī oīb⁹ uite officijs iusticię specimē prēbuisset ut doloris quoq; patientiā, mortisq; cōtēptū: q̄b⁹ p̄fecta & cōsūmata sit uirt⁹ traderet hōi: uenit ī manus impię nationis: cum & uitare potuisset scientia futuri quā gerebat: & repellē eadem uirtute q̄ mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cruciat⁹ ac uerbera & spinas. Postremo etiā mortē suscipere nō recusauit: ut homo, illo duce subactā & catenatā mortē cū suis terroribus triūpharet. Cur autē sūmus pater id potissimū gen⁹ mortis elegerit: q̄ affici eum sineret: hęc rō est. Dicat enī fortasse aliq;: cur si deus fuit, & mori uoluit: non salte; aliquo honesto mortis genere affectus est? Cur potissimum cruce? Cur infami genere supplicij: quod etiam homini libero quāuis nocēti uideat̄ indignū? Primū; q̄ is q̄ humil' aduenerat: & humilib⁹ & īfirmis opē ferret: & ī oīb⁹ spem salutis ostenderet: eo genere afficiendus fuit: quo hūiles et infirmi solent: ne q̄s eēt omnino: q̄ eū nō posset imitari. Deinde ut integrū corpus eius seruaretur: quem die tertio resurgere ab inferis oportebat. Nec hoc cuiq; ignorādum est: quod ipse ante de sua passione prēdicās: etiā id notū fecerit habere se potestātē cum uellet deponēdi spiritū et resumēdi. Suffixus itaq; cū spiritū spōte deposuerat: necessarium carnifices nō putauerūt ossa eius suffringere: sicut mos eoꝝ ferebat: sed tātūmō lat⁹ ei⁹ p̄forauerunt: sicut integrū corpus patibulo detractū est: & sepulchro diligēter īclusū. Quę omnia iccirco facta sunt: ne lēsum ac diminutū corpus ad



resurgendū inhabile redderet. Illa quoq; præcipua fuit cā: cur de  
us crucē maluerit q̄ illa exaltari eū fuit necesse: & omnibus genti  
bus passionem dei notescere. Nam quoniā is q̄ patibulo suspēdit̄  
& conspicuus est omnib⁹ & ceteris altior: crux potius electa est:  
quę significaret illū tā cōspicuū tā sublimē futuꝝ: & ad eum co  
gnoscendum pariter & colendum cunctę nationes: ex oī orbe cō  
currerēt. Deniq; nulla gens tam inhumana est: nulla regio tam re  
mota: cui aut passio eius aut sblimitas maiestatis ignota sit. Extē  
dit ergo in passione manus suas orbēq; dimēsus est: ut iam tūc  
ostenderet ab ortu solis usq; ad occasū: magnū populu; ex oib⁹  
linguis & tribubus cōgregatū sub alas suas eē uenturū: & signu;  
illud maximū atq; sublime frōtibus suis susceptuꝝ. Cuius rei fi  
gurā iudei etiā nunc exhibent: cum limina sua de cruore agni no  
tant. Deus enī pcussurus egyptios: ut ab ea plaga imunes faceret  
hebreos: p̄ceperat his ut agnū candidū sine macula imolarēt: ac  
signū liminib⁹ suis de sanguine ei⁹ iponerēt. Itaq; cū egyptiorū  
primogenita una nocte interissent: hebrei soli signo sanguis tuti  
fuerūt: nō quia cruor pecudis tātam in se uim haberet: ut hōibus  
saluti esset: sed imago fuit reꝝ futurarū. Nam agnus candid⁹ si  
ne macula christus fuit: idest innocēs & iustus & sanct⁹: q̄ ab his  
dem iudeis imolat⁹ saluti est omnib⁹ qui signis sanguinis: idest <sup>signum.</sup>  
crucis, qua sanguinē fudit, sua in fronte cōscripserūt. Frons enim  
sūmū limē est hominis: & lignū sāguine delibutū crucis signifi  
catio ē. Deniq; imolatō pecudis ab his ipis q̄ faciūt pascha, noīat̄  
ἀπό τοῦ πάσχειν: quia passionis est figura quam deus p̄sciens  
futuroꝝ tradidit p̄ Moysen populo suo celebrandam: sed tamen  
figura ualuit in p̄senti ad depellendū piculū: ut appareat quātum  
ueritas ipsa ualitura sit ad plebē dei p̄tegendā, in extrema totius  
orbis necessitate. Quomodo aut uel in qua plaga tuti hoīes sint  
futuri: q̄ signu; h̄ ueri & diuini sanguinis in sūmo corporis sui  
notauerunt: in nouissimo libro docebo.

**Ca. xxvii.** De potētia signi crucis: q̄tę efficacīe sit iuocatō no  
minis crucifixi. Et q̄tū a demoniis timeat̄ signū crucis.

**N**unc satis ē de hui⁹ signi potētia: q̄tū ualeat exponere q̄to  
terrori sit demonibus hoc signū: sciet q̄ uiderit quatenus  
adiurati p̄ christū de corporib⁹ q̄ obsederit fugiant. Nam sicut  
ipse cū inter hoīes ageret: uniuersos demones uerbo fugabat: ho  
minūq; mētes emotas & malis icursib⁹ furiatas: i sensus p̄stinos



reponerat. Ita nūc sectatores ei⁹, eosdē spūs ingnatos de homini  
bus & noīe magistri sui & signo passiōis excludūt. Cuius rei nō  
difficil' ē pbatō. Nā cū dūs suis imolāt si assistat aliq⁹ signatam  
frōtē gerēs: sacra nullo mō litāt: nec rñsa pōt cōsult⁹ reddē uates:  
Et hęc sēpe cā p̄cipua iusticiā p̄seq̄ndi mal' regib⁹ fuit. Cū .n. qui  
dā ministroꝝ n̄ri sacrificatib⁹ dñis assisterēt iposito frōtibus si  
gno: deos illoꝝ fugauerūt: ne possēt ī uiscerib⁹ hostiaꝝ futura de  
p̄igere. Qd' cū itelligerēt aruspices istigatib⁹ his dē demonib⁹ q  
bus p̄secrarāt cōquerētes p̄phanos hoīes sacris iteresse: adegerūt  
p̄ncipes ipsos in furore, ut expugnarēt dei tēplum: seq̄ uero sacri  
legio cōtaminaret: qd' grauissimis p̄sequentiū poenis expiaretur.  
Nec tamē ex hoc ipō cēci homines itelligere possunt: aut hāc esse  
uerā religionē: cui ad uincēdu; tāta uis inest: aut illā falsā quę s̄b  
sistere aut cōgredi nō pōt: sed aiunt hoc deos nō metu ueꝝ odio  
facere: quasi quisq̄ possit odisse nisi eum q̄ aut noceat: aut possit  
nocere: immo uero congruens maiestati fuit: ut eos quos oderāt  
p̄sentibus poenis afficerent poti⁹ q̄ fugarent. Sed quonia; neq̄  
accedere ad eos possunt in quibus cēlestem notam uiderint: nec  
his nocere quos signum imortale munierit tāq̄ inexpugnabilis  
murus, laceffūt eos p̄ homines & manib⁹ p̄sequūt alienis: quos  
p̄fecto si eē cōfitēt, uicimus. Necessē ē hāc eē uerā religionē: quę  
& rationem demonu; nouit: & astutiā itelligit: & uim retūdit:  
& eos spiritualibus armis domitos ac s̄bactos cedere sibi cogit.  
Si negāt, testimonijs poetay; ac philosophoy; refellēt. Qd' si eē &  
malos eē ificias nō eūt: qd' supest nisi ut alios eē dicāt deos, alios  
demonēs! Exponāt igit̄ nobis differētiā generis utriusq̄: ut scia  
mus qd' colēdū: qd' execrādū sit. Habeāt ne iter se aliqd' cōfortiū  
an uero inimici sint! Si sunt aliq̄ necessitudīe copulati: quatenus  
eos discernemus! Aut quomō utriusq̄ generis honorē cultumq̄  
miscbimus! Si autē sunt inimici: aut demonēs deos nō timent:  
aut dū demonēs fugare nō possūt! Ecce aliq⁹ instinctu demonis  
percitus dementię efferē: insanit: ducamus istum ī Iouis optimi  
maximi templū: uel q̄a sanare homines Iupiter nescit in Aescula  
pij uel Apollinis fanū iubeat utriuslibet sacerdos, dei sui nomīe;  
ut nocens ille spiritus excedat ex hoīe: nullo id pacto fieri pōt.  
Quę igit̄ deoꝝ uis ē: si s̄biēctos sibi demonēs nō habēt! At uero  
iudē demonēs adiurati p̄ nomē ueri dei p̄tin⁹ fugiūt. Quę ratio



est ut christū timeant: Iouē autē nō timeant: nisi quīdem sunt demones quos uulgus deos eē opinat. Deniq; si cōstituāt ī medio: & is quē cōstat icursum demonis ppeti et delphici Apollinis uates: eodē mō dei nomē horrebūt: & tā celerit̄ excedet de suo uate Apollo: q̄ ex hōie spūs ille demoni⁹: & adiurato fugatoq; deo suo uates ī ppetuū cōticescet. Ergo idē sūt demones quos fatent̄ execrādos eē iidē dū qb⁹ supplicāt. Si nobis credēdum eē nō putant: credāt Homero: q̄ sūmū illū Iouē demonibus aggregauit: sed & aliis poetis ac p̄bis q̄ eosdem mō demonas, mō deos nūcupāt: quoꝝ alteꝝ ueꝝ, alteꝝ falsū ē. Illi enī neglīmī spūs ubi adiuratur: ibi se demonas cōfitēt: ubi colūt: ibi se deos mētiūt: ut errores hōib⁹ imittāt: & auocēt a dei ueri notione: p̄ quā solā pōt mors ęterna uitari. Iidē sūt q̄ deiciēdi hōis cām uarios sibi cult⁹ puerſa religione p̄ diuersa regionū cōdiderūt: mētītis tm̄ assumptisq; noīb⁹ ut fallerēt. Nā q; diuinitatē p̄ seip̄os affectare nō poterāt: ascuerūt sibi noīa potētū regū: s̄b quoꝝ titul' honores sibi deoꝝ uēdicarēt. Qui error discuti pōt: & ī lucē ueritatis p̄trahi. Nā si qs̄ studet alti⁹ īgrere: cōgreget eos qb⁹ p̄tia ē ciere ab inferis aīas. Euocēt Iouē Neptunū Vulcanū Mercuriū Apollinē: patrēq; omniū Saturnū. R̄ndebūt ab īferis oēs: et īterrogati loquētur: & de se & de deo fatebūt. Post hęc euocēt christū nō aderit nō appebit: q; nō ampli⁹ q̄ biduo apud inferos fuit. Quid hac p̄batione certius proferri pōt? Ego uero non dubito quin ad ueritatem Trismegystus hanc aliqua ratione pueniret: q; de deo p̄re oīa & de filio locut⁹ ē multa q̄ diuinis cōtinēt arcanis.

¶ Capitulum. xxviii. De uera & singulari religione: & unde dicat̄ religio: uel secūdum Ciceronem uel alios.

**Q**Uę cū ita se habeāt (ut ostendim⁹) apparet nullā aliā spem uitę homini eē p̄positā: nisi ut abiectis uanitatib⁹ & errore miserabili deū cognoscat: & deo seruiat: nisi huic tēpali renūciet uitę: ac se rudimētis iusticię ad cultū uerę religionis īstituat. Hac enī cōditione gignimur: ut generati nos deo iusta & debita obsequia p̄beamus: hūc solum nouerim⁹ hūc sequamur. Hoc uinculo pietatis obstricti deo & religati sumus: unde ip̄a religio nomē accepit: nō (ut Cicero īterpretatus est) a religando: q; ī libro de natura deoꝝ secūdo dicit ita. Nō. n. p̄bi solum: uerum etiam maiores nostri superstitioneꝝ a religione sepauerūt. Nā q; totos



71  
dies precabant & imolabant: ut sui sibi filii supstitutes essent: superstitiosi sunt appellati. Qui autem omnia quae ad cultum deorum pertinerent retractarent: & tanquam relegerent hi dicti sunt religiosi ex relegendo: tanquam eligendo eligentes: & ex diligendo diligentes: & ex intelligendo intelligentes. His. n. omnibus inest uis legendi eadem quam in religioso: ita factum est in superstitioso a religioso: alterius uicii nomen: alterius laudis. Haec interpretatio quam septa sit: ex re ipsa licet noscere. Nam si in hisdem diebus colendis: & religio & superstitio uersat: exigua uel potius nulla distantia est. Quid enim mihi affert causae: cur precari pro salute filiorum semel religiosi, & idem decies facere superstitiosi esse hominis arbitretur? Si enim semel facere optimum est: quanto magis sepius? Si hora prima: ergo & tota die. Si una hostia placabilis: placabiliores utique hostiae plurimae: quia multiplicata obsequia merentur potius quam offendunt. Non enim nobis odiosi uidentur hi famuli: qui assidui ac frequentes ad obsequium fuerint: sed magis <sup>chari</sup> cari. Cur igitur sic in culpa & nomen reprehensibile accipiat: quod aut filios suos magis diligit: aut deos satis honorat? Laude autem qui minus. Quod argumentum etiam e contrario ualeat. Si enim totus dies precari & immolare criminis est: ergo et semel? Si supstitutes filios sibi de optare uiciosum est: supersticiosus est igitur ille qui raro id optauerit? Aut cur uicii nomen sit ex eo tractum: quo nihil honestius: nihil iustius optari potest? Nam quod ait religiosos a relegendo appellatos: qui retractent ea diligenter quae ad cultum deorum pertineant: cur illi qui hoc sepe in die faciunt: religiosorum nomen amittant: cum multo utique diligentius ex assiduitate ipsa religant ea quibus dum colunt? Quid ergo est? Nimirum religio ueri cultus: superstitio falsi. Et omnino quod colas interest: non quemadmodum colas: aut quod preceris. Sed quod religiosos deorum cultores se putant cum sint superstitiosi: nec religionem possunt a superstitione discernere: nec significatiam nominum exprimere. Diximus nomen religionis a uinculo pietatis esse deductum: quod hominem sibi deo religauerit & pietate constrinxerit: quod nos seruire ei ut domino: & obsequi ut patri necesse est. Eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est: quod ait religionum se nos soluere. Superstitiosi autem uocantur: non quod filios suos supstitutes optant. Omnes enim optamus: sed aut hi qui supstitutes memoriam de factorum colunt: aut qui parentibus suis supstitibus colebant imagines eorum domi tanquam deos penates. Nam qui novos sibi ritus assumebant: ut in deorum uicem mortuos honorarent: quos ex



hominibus in celū receptos putabāt: hos supstitiosos uocabant.  
Eos uero qui publicos & antiquos deos colerent: religiosos no-  
minabāt. Vñ Virgili⁹. Vana supstitio ueteryq; ignara deoy. S;  
cum ueteres quoq; deos inueniamus eodem mō consecratos esse  
post obitum: supstitiosi ergo qui multos ac falsos deos colunt,  
Nos aut unū deū, religiosi qui uni & uero deo supplicamus.

**Cap. xxix.** De unitate patris & filii: ut liqueat quō unius dei  
possūt eē cultores q; duos colūt: altery patrē altery filiū: patrē im-  
mortalem: filiū mortalem: de quo superius dictum est.

**H**ortasse querat aliquis: quomō cum deum nos unū colere  
dicamus: duos tamen asseueremus deū patrē & deū filiū:  
que asseueratio plerofq; in maximum impegit errorem. Quib⁹  
cū pbabilia uideātur esse que dicimus in hoc uno labare nos arbi-  
trant: qd' & altery & mortalē deū fateamur. De mortalitate iam  
diximus: nunc de unitate doceamus. Cum dicimus deū patrē &  
deum filium: non diuersum dicimus: nec utrūq; secernimus: qā  
nec pater sine filio eē potest: nec filius a patre secerni: siqdem nec  
pater sine filio nuncupari: nec fili⁹ potest sine patre generari. Cū  
igit & pater filiū faciat & filius patrem: una utrique mens: unus  
spūs: una sbstantia ē: sed ille quasi exuberans fons ē: hic tāq; deflu-  
ens ex eo riuus: ille tāq; sol: hic tanq; radius ex sole porrectus: qui  
quoniam summo patri & fidelis & cārus est: nō separatur sicut  
nec riuus a fonte: nec radius a sole: q; & aqua fontis in riuo est: &  
solis lumē ī radio: eque nec uox ab ore seiungi: nec uirt⁹ aut ma-  
nus a corpore diuelli pōt. Cū igit a pphetis idē manus dei & uir-  
tus & sermo dicat: utiq; nulla discretio ē: q; & lingua sermonis  
ministra est: & manus in qua est uirtus: indiuidue sunt corporis  
portiones. Propriore exēplo uti libet. Cū quis habet filiū quem  
unice diligit: qui tamē sit ī domo & ī manu patris: licet ei nomē  
dñi ptātemq; cōcedat: ciuili tñ iure & dom⁹ una & unus domi-  
nus noīat. Sic hic mūdus una dei dom⁹: & fili⁹ & pater: q; unani-  
mes incolūt mūdū deus unus: q; & unus est tāq; duo: & duo tāq;  
unus. Neq; id mir⁹ cū & fili⁹ sit in patre: q; pater diligit filium:  
& pater in filio: quia uoluntati patris fideliter paret: nec unq; faci-  
at aut fecerit: nisi quod pater aut uoluit aut iussit. Deniq; unum  
deum esse tam patrem q; filiū: Isaias in illo exēplo quod superi⁹



po suimus ostendit cū diceret. Adorabūt te & in te p̄cabūt: quonia in te de⁹ ē: & nō ē ali⁹ de⁹ p̄ter te. Sed & alio loco similiter ait. Sic dicit dñs de⁹ rex israhel & q̄ eruit eū de⁹ etern⁹: ego p̄m⁹ & ego nouissim⁹: & p̄ter me nemo ē de⁹. Cū duas p̄sonas p̄posuisset dei regis. i. christi: & dei p̄ris q̄ eū post passionē ab inferis excitauit: sicut ostēdisse dixim⁹ Osee p̄phetā q̄ ait. Et de manu i feroꝝ erua eū: tñ ad utrāq̄ p̄sonā referēs itulit: & p̄ter me nō est deus: cū posset dicere p̄ter nos: sed fas nō erat plurali numero separationē tantę necessitudinis fieri. Vnus est enīz solus liber deus summus carens origine: quia ipse est origo rerum: & in eo est simul & filius & omnia continent. Quapropter cū mens & uoluntas alterius i altero sit: uel poti⁹ in utroq̄ una merito un⁹ de⁹ uterq̄ appellat: q̄ q̄cqd ē in patre ad filium transtulit: & q̄cquid est in filio a patre descēdit. Non potest igitur ille summus ac singularis deus nisi per filium coli: qui solum patrem se colere putat: sicut filium non colit: ita ne patrem quidem colit. Qui autez filiū suscipit & nomē eius gerit: is uere cū filio simul & patrem colit: quoniā legatus & nuncius & sacerdos summi patris ē fili⁹. Hic tēpli maximi ianua est: hic lucis uia: hic dux salutis: hic ostium uitę.

¶ <sup>sibus</sup> Cap. xxx. De hēredibus quas non modo prophete: sed etiā christus & apostoli p̄dixerunt emerfuras, eē uitādas. Et q̄ illa sola ecclesia catholica ē & uera: in qua ē cōfessio & medicina peccatoꝝ p̄ poenitentiam et fidei sacramenta.

**S**ed quoniā multę hēreses extiterūt: & instinctibus demonum populus dei scissus est: determināda est nobis breuīt ueritas: ac in suo proprio domicilio collocanda: ut si qs aquam uitę cupit haurire: nō ad detritos lacus deferať q̄ nō habēt uenaz: sed uberrimū dei fontē nouerit: quo irrigat⁹ perenni luce patiat. <sup>fructus.</sup> Ante omnia scire nos cōuenit: & ipsum & legatos eius p̄dixisse: q̄ plurimę sectę & hēreses haberēt existere: quę concordiam sancti corporis rūperent: ac monuisse ut summa prudentia caueremus: nequādo in laqueos & fraudes illi⁹ aduersarij nostri cum quo luctari nos deus uoluit incidere: tñ dedisse certa mādata q̄ in p̄petuū custodire debemus. Quoꝝ pleriq̄ imitatores deserto itinere cęlesti uias sibi deuias p̄ anfractus & p̄cipitia conderūt: p̄ quā partē plebē incautā & simplicē ad tenebras mortēq̄



*disidium*

deducerent. Quod quatenus acciderit exponā. Fuerūt quidam nostrorū uel minus stabilita fide: uel min⁹ docti: uel min⁹ cauti: q̄ descidiū facerēt unitatis: & ecclesiā dissiparēt. Sed hi quoq̄ fides lubrica fuit: cū deū nosse se et colere simularēt augendis opibus: & honori studētes affectabāt maximū sacerdotiū: & a potiorib⁹ uicti cadē se cū suffragatorib⁹ suis maluerūt: q̄ eos facere p̄positos qb⁹ cōcupierāt ip̄i añ p̄poni. Quidā uero nō satis celestibus litteris eruditi: cū ueritatis accusatorib⁹ r̄ndere nō possēt: obūciētib⁹ uel ip̄ossibile uel icōgruēs eē: ut de⁹ ī uite se mulieris icluderet: nec celestē illā maiestātē ad tātā ifirmitatē potuisse deduci: ut hominib⁹ cōtēptui: derisui: cōtumeliq̄: & ludibrio eēt. Postremo etiā cruciamēta p̄ferret: atq̄ execrabili patibulo figeretur. Quę oīa cū neq̄ īgenio nec doctrina defēdē ac refutare possent: nec enī uim rōemq̄ penit⁹ p̄uidebāt: deprauati sūt ab itinere recto & celestis litteras corrupērunt: ut nouā sibi doctrinā sine ulla radice ac stabilitate cōponerēt. Nōnulli aut falsoq̄ p̄phetarū uaticinio illecti: de qb⁹ & ueri p̄phete & ip̄e p̄dixerāt: exciderūt a doctrina dei & traditionē uerā reliquerūt. Sed illi omnes demoniacis fraudib⁹ irrhetiti: quas prospicere & cauere debuerāt: diuinū nomē & cultū p̄ ip̄rudētiā pdiderūt. Cum enī friges aut nouatiani: aut ualentiniani: aut marcionite: aut antropiani: aut ariani: seu qlibet alij nomināt: christiani eē desierūt hi q̄ christi nomine amisso: hūana & externa uocabula iduerunt. Sola igitur catholica ecclesia est q̄ ueq̄ cultus retinet. Hic ē fons ueritatis: hoc ē domicilium fidei: hoc templus dei: quo si quis nō intrauerit: uel a quo si quis exiuerit a spe uite ac salutis eterne alien⁹ ē. Neminē sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enī de uita & salute: cui nisi caute & diligenter cōsulatur: amissa & exticta erit. Sed tñ q̄ singuli quicq̄ cētus hēreticoꝝ se potissimū christianos & suam eē catholicā ecclām putāt: sciendū est illā eē uerā in qua est religio cōfessio & poenitētia: q̄ peccata & uulnera qb⁹ ē subiēcta imbecillitas carnis salubriter curat. Hęc interim paucis admonendi gratia retuli: ne quis errorem fugere cupiēs: maiori implicet errore: dum penetrāle ueritatis ignorat. Postea plenius & uerius contra omnes mendacioꝝ sectas p̄prio separatoq̄ opere pugnabimus. Sequit̄ ut quoniam satis de religione uera & sapientia locuti sumus: in p̄ximo libro de iusticia differams.



hic incipit liber . 5 .

L. Coelii Lactantii firmiani diuinay institutionū aduersus gentes Liber quintus de iusticia ad Constantinum impatorem.

Quod iniquū & impiū ē aī dānare psonā : uel cām q̄ de merito eius cognoscē: & quare sapiētia sit uiciēda religioni: & quare sapiētia hui⁹ mūdi litteras sacras cōtēpserit: & q̄ eloq̄ntia sēculo seruit: & q̄ plezq̄ ut melius ellucescat ex idustria ipugnat ueritatē: q̄ se re semp idoneis assertoribus indiget. C. i.



Non ē apud me dubiū Cōstātine ipator maxie qn h̄ opus nosty, quo singularis ille rey conditor: & hui⁹ imēsi operis rector asserit, Si qs attigerit, ex istis iepte religionis: ut sūt nimia supstitione ipar-

ali impatiētes.

lecto

se pncipio affligat: pūciat: excref: seq̄ i expiabili scelē cōtamina ri atq̄ astrigi putet: si hęc aut legat patiēter aut audiat. Ob h̄ tñ si fieri pōt hūanitatis iure postulam⁹: ut non p̄us dānet: q̄ uniuersa cognouerit. Nā si sacrilegis & pditorib⁹ & ueneficis ptās defē dēdi sui dat: nec pdānari quēq̄ icognita cā licet: nō iniuste petere uidemur: ut si qs erit ille q̄ iciderit in hęc: si leget p̄legat: si audiet, snīam differat i extremū: sed noui hominū ptinātiā: nūq̄ ipetra bimus. Timēt enī ne a nobis reuicti manus dare aliqñ clamante ipsa ueritate cogantur. Obstrepunt igitur: & intercedūt ne audi ant: & oculos suos oppmūt: ne lumē uideāt qd' offerim⁹. Quo plane ipsi diffidentiā suę pērdite rationis oñdūt: cū neq̄ cogno scere neq̄ congredi audent: quia sciunt se facile supari. Et iccirco disceptatione sublata pellitur e medio sapiētia, uigeritur: ut ait Ennius. Et q̄ student dānare tanq̄ nocentes quos utique sciunt innocentes: constare de ipsa innocentia nolunt: quasi uero maior iniquitas sit probatam innocentiam dānasse, q̄ inauditam. Sed (ut dixi) uerentur: ne si audierint damnare nō possint. Et iō cul tores dei summi hoc est iustos homines torquent: interficiunt: ex terminant: nec causas odioꝝ ipsi reddere possunt: qui tam ue hementer oderunt: quia ipsi errant: irascuntur his qui uiam uerā sequūtur: & cū corrigere se possint: errores suos insup crudeli bus factis coaceruant: innocentium cruore maculant: & dicat̄s deo mētes euisceratis corporib⁹ detórquet: cū talib⁹ nūc congre di & disputare cōtēdimus. Hos ad ueritatē ab inepta psuasione

ab hoc

interpellant.

malig, agitue



traducere: quod sanguinē facilius hauserūt: quā uerba iustorum. Quid  
igitur? Operā ne perdemus? Minime. Nam si lucrari hos a morte: ad  
quā cōcitissime tēdūt: nō potuerim⁹: si ab illo itinē de morte  
ad uitā lucēque reuocare: quoniā ipsi saluti suę repugnāt: nōs tñ  
cōfirmabim⁹: quoz nō ē stabilis ac solidis radicib⁹ fundata, & fi  
xa snā. Nutant enī plurimi & maxie: quod litterarū aliqd attigerūt.  
Nā & ī hoc philosophi & oratores & poetę pnciosi sūt: quod in  
cautos animos facile irrētere possunt suauitate sermonis & car  
minū dulci modulatione currētū. Ob eāque cām uolui sapientiā  
cū religione cōiūgere: ne quod studiosis illa inanis doctrina possit  
officere: ut iam scientia litterarum nō mō nihil noceat religioni  
atque iusticię: sed etiā profit quod plurimū: si is quod eas didicerit sit ī uir  
tutib⁹ instructior & ī ueritate sapiētior. Pręterea etiā si nulli alij  
nobis certe pderit: delectabit se cōscientia: gaudebitque mens se  
in ueritatis luce nersari: quod ē animę pabulū incredibili quada;  
iocūditate perfusum. Verum non est desperandum: fortasse nō  
canimus surdis. Hęc enim tam in malo statu res est: ut desint sa  
ne mentis quibus & ueritas placeat: & monstratum sibi rectum  
iter & uideant & sequantur. Circūliniatur modo poculum cele  
stis sapientię melle: ut possint ab imprudentib⁹ amara remedia si  
ne offensione potari: dū illiciēs pma dulcedo acerbitatē saporis  
asperī sub prętextu suauitatis occultat. Nā hęc īprimis causa est:  
cur apud sapientes & doctores & principes huius seculi scriptu  
ra sancta fide careat: quod prophetę communi ac simplici sermone  
ut ad populum sunt locuti. Contemnuntur itaque ab his quod nihil  
audire uel legere nisi expolitum ac disertū uolūt: nec quicquid īberere  
animis eoz pōt: nisi quod aures blandiori sono mulcet. Illa uero quod  
sordida uidentur, anilia: inepta: uulgaria existimātur. Ideo nihil  
uerū putāt: nisi quod auditu suaue est: nihil credibile est: nisi quod  
potest incutere uoluptatem: nemo rē ueritate ponderat: sed orna  
tu. Non ergo credunt diuinis: quia fūco carent: sed ne illis quidē  
qui eas interpretantur: quia sunt & ipi aut omnino rudes: aut cer  
te parum docti. Nam ut plene sint eloquentes perraro contingit:  
cuius rei cā in aperto est. Eloquentia enim seculo seruit: populo  
se iactare, et in rebus malis placere gestit. Si quidē ueritatē sepius ex  
pugnare conat: ut uim suam mōstret: opes expetit: honores cōcu  
piscit: sūmū denique gradū dignitatis exposcit. Ergo hō quod si hūilia



despicit: arcana tanq̄ cōtraria sibi fugit: q̄ppe q̄ publico gaudeat  
& multitudinē celebritatēq̄ desideret. Eo fit: ut sapiētia & ueri-  
tas idoneis p̄conib⁹ indigeat. Et si q̄ forte litteratoꝝ, se ad eā cō-  
tulerūt: defensionī eius nō suffecerūt. Ex his q̄ mihi noti sūt Mi-  
nuti⁹ foelix, non ignobilis inter caufidicos loci fuit: huius liber  
cui octauio titul⁹ est, declararat: quā idone⁹ ueritatis assertor esse  
potuisset: si se totū ad id studiū cōtulisset. Septim⁹ quoq̄ Ter-  
tulan⁹ fuit omni genere l̄rāꝝ perit⁹: s; in eloquēdo par⁹ facilis &  
min⁹ cōpt⁹: & multū obscur⁹ fuit. Ergo ne hic q̄dē iatis celebri-  
tatis inuenit. Vn⁹ igit̄ p̄cipuus & clarus extitit Cyprianus: q̄ ma-  
gnā sibi gloriā ex artis oratorię p̄fessiōe quęsierat: & admodū  
multa cōscripsit in suo genere mirāda. Erat enī ingenio facili: co-  
piofo: suauis: & quę sermonis maxima est uirt⁹, apto: ut discerne-  
re nō neq̄as: utꝝ ne ornatior ī loquēdo: an facilior in explicādo  
an potētior in p̄suadēdo quisq̄ fuerit. Hic tñ placere ultra uerba  
sacramētū ignorātib⁹ nō pōt: qm̄ mystica sunt quę locutus est: &  
ad id p̄parata ut a solis fidelib⁹ audiant. Deniq̄ a doctis hui⁹  
sęculi q̄bus forte scripta eius innotuerunt, derideri solet. Audiui  
ego quēdā hoīez dilertū sane: q̄ eū immutata una l̄ra Coprianū  
uocaret, quasi elegās ingeniū: & meliorib⁹ reb⁹ aptū, ad aniles fa-  
bulas cōtulisset. Quod si accidit hoc ei cui⁹ eloquētia nō īsuauis  
est: q̄d tandē putem⁹ accidere illis quoꝝ sermo ieiun⁹ est & inḡ-  
tus: q̄ neq̄ uim p̄suadendi neq̄ subtilitatē argumentādi: neq̄ ul-  
lam prorsus acerbitatem ad reuincendum habere potuerūt!

¶ Capitulum. ij. Quod ex defectu doctoꝝ, data est temerarijs  
hominib⁹ audacia impugnandi ueritatē ignotā: & hoc p̄bat exē-  
plo duoꝝ philosophoꝝ quos uiderat in bithynia.

¶ Ergo q̄ defuerūt apud nostros idonei peritiq̄ doctores:  
qui uehemēter, q̄ acriter, errores publicos redarguerēt: qui  
causam omnē ueritatis, ornate copioseq̄ defenderent: puocauit  
quōsdā hęc ip̄a penuria: ut auderēt scribere cōtra ignotā sibi ue-  
ritatē. Omitto eos q̄ priorib⁹, eā tēporib⁹ neq̄q̄ lacefferunt. Ego  
cū in bithynia l̄ras oratorias accitus docerē: contigissetq̄ eodeꝝ  
tempore ut dei templū euerteret: duo extiterūt ibidem q̄ iacenti  
atq̄ abiectę ueritati, nescio utrum superbius an importunius in





judicium

resipiscant

deuicarent

uellent

sultarent: quoque alter astitit se philosophie profitebatur: uerum ita uiciosus: ut continentie magister, non minus avaritia quam libidinibus arderet: in uictu tam sumptuosus: ut in schola uirtutis assertor: parsimonie pauperumque laudator: in palatio peius coenaret quam domi: tamen uicia sua capillis & pallio: & quod maximum est uelamentum, diuitiis pretegebat: quas ut auget ad amicitias iudicium miro ambitu penetrabat: eosque sibi repetere auctoritate falsi nominis obligabat: non modo ut eorum sententias uideret: uerum etiam ut confines suos quos edibus agrisque pellebat: a sua repetendo hac potentia retardabat. Hic uero quod suas disputaciones moribus destruebat: uel mores suos disputationibus arguebat: ipse aduersus se quis censor & accusator accerrimus: eodem ipso tempore quo iustus populum nefarie lacerabat: tres libros euomit contra religionem nomenque christianum. Professus ante omnia philosophi officium esse: erroribus hominum subuenire: atque illos ad ueram uiam reuocare: id est ad cultus deorum: quorum numine ac maiestate (ut ille dicebat) mundus gubernaretur: nec pati homines imperitos quorum ruda fraudibus illicitis: neque simplicitas eorum prede ac pabulo sit hominibus astutis. Itaque se suscepisse hoc munus philosophia dignum ut preferret non uidentibus lumen sapientie: non modo ut susceptis deorum cultibus resanescant: sed etiam ut pertinaci obstinatione deposita, corporis cruciameta deuitent: nec se uas membroque lacerationes frustra perpeti uelit. Vt autem appareret eius rei gratia opus illud elaborasset: effusus est in principum laudes: quorum pietas & prudentia (ut quidem ipse dicebat) tum in ceteris rebus humanis: tum precipue in defendendis deorum religionibus claruisset: consultum esse tandem rebus humanis: ut cohibita impia & anili superstitione: uniuersi homines legitimis sacris uacarent: ac propicio sibi deos experirent. Vbi autem religionis eius contra quam perorabat infirmare uoluit roem: ineptus: uanus: ridiculus apparuit: quod grauis ille consultor utilitatis alienae: non modo quod oppugnaret: sed etiam quod loqueretur nesciebat. Nam si quod nostrorum affuerunt quis temporis gratia conticesceret: animo tamen deridere: utpote cum uideret hominem profitentem se illuminaturum alios cum ipse cecus esset: reducturum alios ab errore: cum ipse ignoraret ubi pedes suos poneret: eruditurum alios ad ueritatem: cuius ille nec scintillam quod unam uidisset aliquando: quippe cum sapientie professor profligare sapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebant: quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus:



quo furebat odiosa credulitas. O philosophū adulatorē ac tēpo-  
ri seruientē. Verū hic p̄ sua inanitate cōtēpt⁹ est: q̄ & gratiā quā  
sperauit nō est adept⁹: & gloriā quā captauit in culpā rephensio-  
nemq; cōuersa est. Alius eādē materiā mordacius scripsit: q̄ erat  
tūc e numero iudicū: & q̄ auctor in primis faciēde p̄secutiōis fu-  
it: quo scelere nō cōtent⁹: etiā scriptis eos quos afflixerat infecu-  
tus est. Cōposuit enī libellos duos nō cōtra christianos: ne inimi-  
ce insectari uideret: s; ad christianos ut humane & benigne con-  
sulere putaretur: in q̄bus ita falsitatē scripturę sacrę arguere co-  
natus est: tanq̄ esset sibi tota cōtraria. Nam quędāz capita: quę re-  
pugnare sibi uidebantur exposuit: adeo multa: adeo intima enu-  
merans: ut aliquando ex eadez disciplina fuisse uideatur. Quod  
si fuit, q̄s eū Demosthenes poterit ab īpietate defendere: cui reli-  
gionis fuerat assensus & fidei: cuius nomē induerat, & sacramē-  
tit quod acceperat proditor factus est: nisi forte casu in man⁹ ei⁹  
diuinę litterę inciderūt. Quę igitur temeritas erit id audere dif-  
soluere: quod illi nemo interpretatus est bene: q̄ aut nihil didi-  
cit: aut nihil intellexit! Tantū enī abest a diuinis litteris repugnā-  
tia: q̄tū ille abfuit a ueritate & fide: p̄cipue tamen Paulū & Pe-  
trum lacerauit: ceterosq; discipulos tanq̄ fallacię seminatores:  
quos eosdem tam rudes & indoctos fuisse testatus est. Nā quos-  
dam eorum piscatorio officio quęstu; fecisse: quasi egre ferret  
q̄ illam rem, nō aristophanes aliquis aut aristarchus cōmētāt⁹ est.

vñ legendum cum religioni fuerat assensus  
& fidei cuius nomē induerat

fuerit

erat

non

**Capitulum. iij.** Quod a discipulis Christi uoluntas mentiē  
di abfuit: qui uitaz exercebant contrariam uicijs. Et quod respō-  
dendum fuit blasphemię eorum: qui Christum magum fuisse  
mentiti sunt: & sibiipsis contraria docuerunt.

**A**bfuit ergo ab his fingendi uolūtas & astutia: qm̄ rudes fu-  
erūt. Aut q̄s posset indoctus apta inter se & cohęrentia fin-  
gere: cū philosophorū doctissimi Plato & Aristoteles & Epi-  
curus & Zeno, ipsi sibi repugnantia & cōtraria dixerint! Hęc ē  
enī mēdaciōz natura: ut cohęrere nō possint. Illorū aut traditio  
q̄ uera est quadrat ubiq; ac tota sibi cōsentit: & ideo persuadet:  
q̄ cōstanti ratione suffulta est. Non igitur quęstus & commodi  
gratia religionem istam cōmētati sunt: quippe quā & p̄ceptis



noncento cum

Iconice

& ipsa re eam uita; secuti sunt: quæ & uoluptatibus caret: & oïa quæ habent in bonis spernit: & q̄ nō tm̄ mortē p̄ fide subierint: sed etiam morituros esse se & scierint & prædixerint: & postea uniuersos qui eoꝝ disciplinā secuti essent acerba & nefanda passuros. Ipsuꝝ aut̄ Christū affirmauit a iudeis fugatū: collecta noncentoꝝ hominū manu latrocinia fecisse. Quis tantę auctori tati audeat repugnare? Credam⁹ hoc plane: nā fortasse illi hoc in somnijs Apollo aliqꝫ nūciauit. Tot semp̄ latrones perierunt & quotidie pereūt: utiqꝫ multos & ip̄e dānasti. Quis eoꝝ post cru cem suā nō dicā deus: s; hō appellatus est? Verū tu forsitan ex eo credidisti: q̄ uos homicidā Martē cōsecrasti ut deū: qđ tñ non fecissetis: si illū ariopagiteꝝ in crucē sustulissent. Itē cū facta eius mirabilia destrueret: nec tñ negaret: uoluit ostēdere Apolloniꝝ uel paria: uel maiora fecisse. Mirum q̄ Apuleū prætermisit: cui⁹ solent & multa & mira memorari. Cur igitur o delirum caput: nemo Apolloniū p̄ deo colit: nisi forte tu sol⁹: illo scilic; deo di gnus: cum quo te in sempiternum uerus deus puniet? Si magus Christus q̄ mirabilia fecit: peritior utiqꝫ Apollonius (q̄ ut descri bis) cum Domician⁹ eū punire uellet: repente in iudicio nō cōpa ruit) q̄ ille qui comprehēsus est & cruci affixus? At enim ex hoc ipso fortasse insolentiā Christi uoluit arguere q̄ deū se cōstitue rit: ut ille uerecūdius fuisse uideat: qui cum maiora faceret (ut hic putat) tñ id sibi nō arrogauerit. Omitto nunc ipsa opera cōpara re: q̄ in secūdo & superiori libro de fraude ac præstigijs artis ma gicę dixi. Nego esse quenq̄ qui nō optet in primis id sibi post mortem contingere: quod etiam reges maximi cōcupiscūt. Cur enim sibi homines sepulchra magnifica: cur statuas: cur imagi nes cōparant: cur aliquibus factis præclaris: aut etiam morte pro ci uibus suscepta: student opiniones hominum pmoueri? Cur de niqꝫ ipse ingenij tui monumentum hoc detestabili stulticia tanq̄ coeno edificatū cōstituere uoluisti: nisi q̄ immortalitatē de me moria nominis speras? Stultū est igitur id putare Apolloniū uo luisse: qđ optaret utiqꝫ si posset: q̄ nemo est qui immortalitateꝝ recuset: & maxime cū eū dicas & adoratū esse a quibusdā sicut deū: & simulachrum eius sub Herculis Alexiaci nomine consti tutum ab ephesijs etiā nunc honorari non potuit: ergo post mor tem deus credi: q̄ & hominē & magum fuisse cōstabat: & ideo

apuleium



alieni nominis titulo affectauit diuinitatē: quod suo nec poterat nec  
audebat. Noster uero & potuit deus credi: quod magus non fuit: &  
creditus est: quod uerus fuit. Non inquit hoc dico iccirco Apolloniū non  
haberi deū: quod noluerit: sed ut appareat nos sapientiores esse quam mi-  
rabilibus factis non statim fidē diuinitatis adiunximus: quā uos quod ob  
exigua portēta deū credidistis. Non est mirū si tu quod a dei sapien-  
tia lōge remotus es nihil prorsus intelligis eo quod que legisti: cum iu-  
dēi quod a principio prophetas lectitauerāt: quibusque sacramentum dei  
fuerat ob signatū: tamen quod legerint ignorauerūt. Disce igitur si quod  
tibi cordis est: non iccirco a nobis deum creditum Christum quod  
mirabilia fecit: sed quod uidimus in eo facta esse omnia que nobis  
anunciata sunt uaticinio prophetarum: fecit mirabilia magū putasse-  
mus ut & uos nuncupatis: & iudēi tunc putauerunt: si non illa  
ipsa facturum Christū prophetę omnes uno spiritu predixisset.  
Itaque deū credimus: non magis ex factis operibusque mirādis: quā  
ex illa ipsa cruce quā uos sicut canes lambitis: quā simul & illa  
predicta est. Non igitur suo testimonio (cui enī de se dicenti credi  
pōt) sed prophetarum testimonio: qui omnia que fecit ac passus est  
multo ante cecinerūt: fidē diuinitatis accepit: quod neque Apollonio  
neque Apuleio: neque cuique magorum potuit: aut pōt aliquādo contin-  
gere. Cum igitur talia ignorantie sue deliramenta fudisset: cum  
ueritatem penitus excidere connixus esset: ausus est libros suos  
nefarios ac dei hostes φιλανθεϊσ. id est amātes ueritatis anno-  
tare. O cecū pectus: o mētē cimerijs (ut aiūt) tenebris acriore: di-  
scipulus hic fortasse Anaxagore fuit: cui niues atramentum fue-  
rūt: atque eadem cecitas est & uero falsitatis & mendacio uerita-  
tis nomen imponere. Videlicet homo subdolus uoluit lupum  
sub ouis pelle celare: ut fallaci titulo posset irretire lectorem:  
uerū esto: inscitia hoc non malitia feceris. Quā tandē nobis attu-  
listi ueritatē: nisi quod assertor deorum eos ipsos ad ultimū prodidi-  
sti? Prosecutus enim summi dei laudes: quem regem: quē maxi-  
mum: quē opificē rerum: quē fontem bonorū: quē parentē om-  
nium: quem factorem: actorēque uiuentium cōfessus es: ademisti  
Ioui tuo regnum: eumque summa potestate depulsus in ministro  
rū numerū redegisti. Epilogus itaque tuus arguit stulticie uanita-  
tis erroris. Affirmas enim deos esse & illos tamē subijcis & mā-  
cipas ei deo: cuius religionem conaris euertere.



Capitulum. iiii. Quare hoc opus inceptum sit: & contra quos: & ad quid proficit.

**H** ergo de quibus dixi cum presente me ac dolente sacrilegas suas litteras explicassent: & illorum supbia impietate stimulat: & ueritatis ipsius conscientia: & ut arbitror deo, suscepti hoc munus: ut omnibus ingenij mei uiribus, accusatores iusticie refutarerent: non ut contra hos scriberent: quod paucis uerbis obtineri poterat: sed ut omnes qui ubique idem operis efficiunt: aut effecerunt uno simul impetu perstringerent. Non dubito enim quin & alij plurimi: & multis in locis: & non modo grecis: sed etiam latinis litteris: monumentum iniusticie sue struxerunt: quibus singulis quam respondere non poteram: sic agenda mihi hanc causam putavi: ut etiam priores cum omnibus suis scriptis pertererent: & futuris omnem facultatem scribendi aut respondendi amputarent: preberent modo aures. Efficiam profecto ut quicumque ista cognouerit: aut suscipiat: quod ante dannauit: aut quod est proximum deridere aliquando decessit. Quamquam Tertulianus eandem causam plene perorauerit in eo libro cui apologeticon nomen est: tamen quam aliud est accusantibus respondere: quod in defensione aut negatione sola positum est: aliud instituere quod nos facimus: in quo necesse est doctrine totius substantiam contineri: non defugiri hunc laborem: ut implerem materiam quam Cyprianus non est executus in ea oratione: quam Demetrianum (sicut ipse ait) oblatrante: atque obstrepentem, ueritati redarguere conatur: qua materia non est usus ut debuit. Non enim scripture testimonijs: quam ille utique uanam: fictam: comentaticiam putabat: sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem ueritatis ignarum: dilatus paulisper diuinis lectionibus: formare hunc a principio tanquam rudem debuit: eique paulatim lucis principia monstrare: ne toto lumine obiecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere uim non potest, ob stomachi teneritudinem: sed liquore lactis ac mollitudine alitur: donec firmatis uiribus uesci fortioribus possit: ita & huic oportebat: quia nondum poterat capere diuina: prius humana testimonia offerri: id est philosophorum & historicorum: ut suis potissimum refutaretur auctoribus. Quod quia ille non fecit raptus eximia eruditione diuinarum litterarum: ut his solis contentus esset, quibus fides constat: accessi deo inspirante ut ego facerem:



Xr

& simul ut uia; ceteris ad imitandum pararem: ac si horatu nostro docti homines ac dilerti huc se conferre coeperint: & ingenia sua uimque dicendi in hoc ueritatis campo iactare maluerint: euanituras breui religiones falsas: & occasuram esse omnem philosophiam nemo dubitauerit: si fuerit omnibus persuasum; cum hac sola religionem: tum etiam & solam: & ueram esse sapientiam. Sed euagatus sum longius quam uolebam.

**C**apitulum. v. De iusticia quam non modo philosophi: sed etiam poetę qui eos precesserunt tantis quesierunt uiribus. Et quomodo pro uero haberi debeat non figmento poetico: quod iusticia terras incolebat regnante saturno: & aurea fuisse secula: sed Ioue regnante iusticiam esse fugatam.

**N**unc reddenda est, de iusticia proposita disputatio: que aut ipsa summa est uirtus: aut fons est ipsa uirtutis: quam non modo philosophi quesierunt: sed poetę quoque quod priores multo fuerunt: & ante natum philosophię nomen pro sapientibus habebant. Hi plane intellexerunt abesse hanc a rebus humanis: eamque finxerunt offensam uicij hominum cessisse e terra: in celumque migrasse, atque ut docerent quod sit iuste uiuere. (Solent enim precepta pro ambages dare) & a Saturni temporibus: que illi uocant aurea repetunt exempla iusticie, narratque in quo statu fuerit uita humana: dum illa in terra moraretur: quod quidem non pro poetica fictione: sed pro uero habendum est. Saturno enim regnante nondum deorum cultibus institutis: nec adhuc illa gente ad diuinitatis opinionem consecrata, deus utique colebatur: & ideo non erant neque dissentiones: neque inimicitie: neque bella. Non dum uesanos rabies nudauerat enses: ut germanicus Cesar in artheo loquitur carmine. Nec consanguineis fuerat discordia nata immo nec alienigenis quidem: sed neque ulli omnino gladium nudarentur fuerunt. Quis enim presente ac uigente iusticia: aut de tutela sui cum nemo insidiaretur: aut de pernicię alterius cogitaret: cum nemo quicquam concupisceret? Malebant tenui contenti uiuere cultu: ut Cicero in suo narrat: quod est proprium nostre religionis. Ne signare quidem aut partiri limite campum fas erat: in medium queiebant. Quippe cum deus communem omnibus terram dedisset: ut communem degerent uitam: non ut rabida & furens auaritia sibi omnia uendicarent: nec ulli deesset quod omnibus nasceretur. Quod

m 4.



poetę dictum sic accipi oportet: non ut existimemus nihil omnino tunc fuisse priuati: sed more poetico figuratum: ut intelligamus tam liberales fuisse homines: ut natas sibi fruges nō includerent: nec soli absconditis incubarent: sed pauperes ad cōmunionē propriū laboris admitterent. Flumina iam lactis: iam flumina nectaris ibant. Nec mirū cum prōptuaria iustoy benigne paterēt omnibus: nec auaritia intercipiēs beneficia diuina famen sitimq; uulgo faceret: sed omnes equaliter abundarēt: cum habentes non habentibus large copio seq; donarent. Sed postq; Saturnus a filio pulsus in latiumq; delat<sup>9</sup> est. Arma Iouis fugiēs: & regnis exul adeptis: cū iam populus ul' noui regis metu: uel q; spōte deprauatus, deū colere desisset: regemq; pro deo habere coepisset: cū ipse propemodū parricida exēplo ceteris esset: ad uiolandā pietatē deseruit pprie terras iustissima uirgo: sed non ut ait Cicero. Et Iouis in regno cęliq; in pte resedit. Quomō enim poterat in eius regno residere aut cōmorari: qui patrem regno expulit: bello persecutus est: exulē toto orbe iactauit! Ille malum uirus serpentibus addidit atris: p̄dariq; lupos iussit: id est odium & inuidiam & dolum hominibus seq; uit: ut essent tanq; serpētes uenati: tam rapaces q; lupi. Quod quidem uere faciunt hi qui iustos ac fideles deo, persecuūtur: dantq; iudicibus seq; uendi aduersus innoxios potestatem. Fortasse aliquid eiusmodi Iupiter fecerit ad expugnandam tollendamq; iusticia;: & ideo efferasse serpentes ac lupos acuisse traditur. Tum belli rabies & amor successit habendi: neq; immerito. Sublata enī dei religione: boni quoq; ac mali scientiam perdiderunt: sic hominib<sup>9</sup> intercidit cōmunitas uite: & direptum foedus societatis humanę. Tum inter se manus inferere coeperunt, & insidiari: & gloriam sibi ex humano sanguine comparare.

*uenenati*

**C**apitulum. vi. **Q**uid cupiditas fons malorū omnium, expulsa iusticias suas; id est iniquissimas, pmulgauit leges. Et quomō s̄b Ioue nature consortes seruituti subiēcerit audax: auara: ambitiosa: superba: & crudelis impietas hominum: & aureum expulit seculū: quod sola facit puritas uerę religionis.

**Q**uorū omniū maloy fons cupiditas erat: quę scilicet ex cōtēptu uerę maiestatis erupit: nō t̄meni; nō participabant in perent  
benitas



alij, hi quibus aliquid affluebat: sed aliena quoque rapiebant in pri  
uatū lucy trahentes omnia: & que antea in usus hominū etiā sin  
guli laborabant: in paucorū domos conferebant: ut enim ceteros  
seruitio subiugarent in primis necessaria uitę subducere & colli  
gere coeperūt. Eaę firmiter cōclusa seruare, ut beneficia cęlestia  
facerēt sua, non ppter humanitatē: que nulla in ipsis erat: sed ut  
omnia cupiditatis & auaritię instrumēta cōderēt: leges etiā sibi  
nomine munitas: iniquissimas: iniustissimasque sanxerūt: quibus ra  
pinas & auaritiā suā cōtra uim multitudinis tuerent. Tātū igit  
auctoritate, quantū uiribus, aut opibus, aut malicia, preualebant.  
Et quā nullū in his iusticię uestigiū fuit: cuius officia sunt huma  
nitas: eqtas: misericordia: iam superba & tumida inęqualitate  
gaudebant: altioresque se ceteris hominibus, satellitum comitatu  
& ferro & insigni ueste fulgebāt. Hinc honores sibi & purpuras  
& fasces iuenerūt: ut securiū gladioque terrore sbnixi: quāsi iure  
dominoꝝ percussis ac pauentibus imperarent: in hac cōditione  
humanā uitā rex ille cōstituit: q̄ debellato ac fugato parēte nō re  
gnū: sed impiā tyrannidē ui & hominibus armatis occupauit.  
Et aureū illud iustūque sęculū sustulit: coegitque hoies malos &  
impios fieri: uel ex hoc ipso q̄ ipsos auertit a deo ad se adoran  
dū: quod terror insolentissimę potestatis expresserat. Quis enim  
non metueret eum quem arma cingebant: quę ferri & gladiatorū  
insuetus circūdabat? Aut qui parceret alieno: q̄ ne patri suo quē  
pepcerat? Quem uero metueret qui titanaꝝ robustā excellentēque  
uiribus gentem bello uicerat: occisione deleuerat? Quid mirum  
si omnis multitudo insolito metu pressa: in unius adulationem  
cōcesserat? Hunc uerebant: huic honorē maximū deferebant. Et  
quā mores ac uicia regis imitari genus obsequij iudicabat, Abie  
cerunt omnes pietatem: ne exprobrare regi icelus uiderentur, si  
pie uiuerent. Sic assidua imitatione corrupti: diuinum fas reliq̄  
runt: & paulatim male uiuendi cōsuetudo, mos factus est. Nec  
iam quicquid ex antecedentis sęculi pio atque optimo statu mansit:  
sed explosa iusticia & ueritatem secū trahēs reliquit hoibꝝ erro  
rē: ignorantia: cęcitātē. Imprudētes igitur poetę: q̄ eam ad cęlū  
confugisse cecinerūt: idest ad Iouis regnum. Si enī sęculo quod  
uocāt aureū iusticia in terra fuit: a Ioue utique pulsa est: q̄ aureū sę  
culū cōmutauit. Sęculi aut cōmutatio & expulsio iusticię nihil

rapiebant.



aliud (ut dixi) q̄ desertio diuine religionis putanda est: quę sola effecit ut hō hoīe; charū habeat: eūq; sibi fraternitatis uinculo iiciat esse cōstrictū. Siq̄dē pater idem de⁹ est oīb⁹: ut dei patris cōis beneficia cū his q; nō habent partiā: nulli noceat: nullū premat: nō fores claudat hospiti: nō aurē precāti: sed sit largus: benefic⁹: liberalis: quas regias esse laudes Tullius existimauit. Hęc est p̄fecto iusticia: & hoc aureū sęculū: qđ Ioue regnāte primū corruptum: mox & ipso & omni eius p̄genie cōsecrata: deoꝝ multoꝝ cultu suscepto, fuerat omne sublatū.

Cap. vii. De aduētū Christi aureū sęculū restituētis in electis, id est uerā reformātis religionē. Et q̄ uirtus innotescat: & p̄bat exercitio uicioꝝ: ut liquidū sit quare deus mala esse permiserit.

**S**ed deus ut parens indulgētissim⁹: appropinquāte ultimo tempore nunciū misit: q; uetus illud sęculū fugatāq; iusticiam reduceret: ne humanū genus maximis & p̄petuis agitare erroribus. Rediūt ergo species illius aurei temporis: & reddita q; dem terrę: sed assignata paucis iusticia est: quę nihil aliud est: q̄ dei unici sola pia & religiosa cultura. Sed moueat fortasse aliquē, cur si hęc sit iusticia: nō omni humano generi sit data, nec in eā multitudo uniuersa cōsenserit: magnę hoc disputationis est: cur a deo cū iusticiā terrę daret, sit retēta diuersitas: quod & alio loco declarauit: & ubicūq; importune inciderit explicabit. Nūc designare id breuissime satis est: uirtutē aut cerni non posse nisi habeat uicia cōtraria: aut nō esse p̄fectā nisi exerceatur aduersis. Hanc enī deus bonoꝝ & maloꝝ uoluit esse distantia: ut qualitatē boni ex malo sciam⁹. Item mali ex bono: nec alteri⁹ ratio intelligi sublato altero pōt: deus ergo nō exclusit malū: ut ratio uirtutis cōstare posset. Quō enī patientia uim suā nomēq; retineret: si nihil esset quod pati cogere mur? Quomo laudem mereret de uota sua fides: nisi esset aliquis qui a deo uellet auertere? Nam & ideo potiores esse iniustos permisit: ut cogere ad malū possent: ideo plures ut uirtus esset preciosa quod rara est. Quod quide; ipso; Quintilianus egregie ac breuiter ostendit in capite obuoluto. Nam quę inquit uirtus esset innocentia: nisi laudem raritas dedisset? Verū q; natura sic cōparatū est: ut odiū cupiditas: ira in id quod incubuerint, agant cęcos, supra hominem: uideēt culpa

potentiores



uacare. Alioquin si natura pares, omnibus effectus dedisset: & pietas nihil erat, hoc quod uerum sit: doceat necessitas ipsa rationis. Si enim uirtus est malis: ac uicij fortiter repugnare: apparet sine malo ac uicio nullam esse uirtutem: quam deus ut absolutam perfectam redderet: retinuit id quod erat ei contrarium: cum quo depugnare posset. Agitata enim malis quatientibus: stabilitatem capit: & quanto frequentius impellitur: tanto firmiter roboratur. Hec nimis causa effecit: ut quis sit hominibus missa iusticia tamen aureum seculum non esse dicatur: quod malum non sustulit: ut retineret diuersitatem: que sacramentum diuine religionis continet sola.

**C**api. viij. Quare iusticia, que improbatio est, non uideatur ab hominibus. Et quod homo dei templum est, non aurum uel lapides. Et quod de uirtutibus colendus est, non corruptibilibus donis. Et quod omnia mala ex eo ueniunt: quod plures dii coluntur: quod si unus solus uere coleretur: omnes iura fraternitatis agnoscerent & exercerent.

**Q**ui ergo putant iustum esse neminem: ante oculos habent iusticiam: sed eam nolunt cernere. Quid est enim cur illam uel in carminibus uel in omni sermone describant: conquerentes eius absentiam, cum sit facillimum bonos esse si uelint? Quid uobis inane iusticiam depingitis: & optatis cadere de celo tanquam in aliquo simulachro figurata? Ecce in conspectu uestro est: suscipite si potestis: eamque in domicilio uestri pectoris constituite. Nec difficile nec alienum a temporibus existimetis. Estote equi ac boni: & sequetur uos sua sponte iusticia quam queritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus uestris: & statim uobis illud tempus aureum reuertetur: quod aliter consequi non potestis: quod si uerum deum colere coeperitis. Vos autem manente cultu deorum: iusticiam desideratis in terra: quod fieri nullo pacto potest (sed ne tamen quod potuit: cum putatis quia nondum natis dijs istis quos impie colitis) necesse est unius dei cultum fuisse per terram: eius scilicet que execratur malitiam: exigitque bonitatem: cuius templum est non lapides aut lutum: sed homo ipse qui figuram dei gestat. Quod templum non auro & gemarum donis corruptibilibus: sed eternis uirtutum muneribus ornat. Discite igitur si quidem uobis relique mentis est: homines ideo malos & iniustos esse quod dii coluntur: & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingravescere: quia deus huius mundi effector & gubernator derelictus est



q̄ susceptę sunt, cōtra quā fas est, religiones impię. Postremo q̄  
neq̄ coli q̄dem uel a paucis deū finitis. Quod si solus de⁹ colere  
tur: nō essent dissēssiones & bella: cū scirēt hoīes se uni⁹ dei fili  
os esse: ideoq̄ diuinę necessitudinis sacro & inuiolabili uinculo  
copulatos: nullę fierēt insidię: cū q̄ scirēt, ei⁹smōi poenas deus  
aīarū interfectōrib⁹ prepararet: q̄ clādestina scelera & ipsas etiā  
cogitatōes pręuidet: nō essent fraudes: neq̄ rapinę: si deo pręci  
piēte didicissent: & suo & p̄uo esse cōtenti: ut fragilib⁹ & cadu  
cis solida & ęterna pręferrēt. Nō essent adulteria & mulierū p  
stitutōes & supra: si esset notū oībus dānari a deo, Quicq̄d ap  
petit̄ ultra generandi cupiditatē. Nec foeminā necessitas cogeret  
pudorē suū p̄phanare: ut uictū sibi obscēnissimū q̄rat, cū & ma  
res libidinē cōtinerēt: & habentiū pia & religiosa collatio non  
habētib⁹ s̄bueniret. Nō essent igit̄ ut dixi hęc oīa in terris mala:  
si ab hoībus in legē dei cōiurarent: si ab uniuersis fierēt quę un⁹  
noster popul⁹ operat̄: q̄ beat⁹ esset: q̄q̄ aureus humanarū rerū sta  
tus si p̄ totū orbē māsuetudo: & pietas: & pax: & innocentia: &  
ęgras: & tēperātia: & fides moraret̄. Deniq̄ ad regendos hoīes:  
nō opus eē tā multis & tā uarijs legib⁹: cū ad p̄fectā inocētā dei  
lex una sufficeret: neq̄ carcerib⁹: neq̄ gladijs p̄sidū: neq̄ terro  
re poenarū: cū p̄ceptoꝝ cęlestiū salubritas humanis pectorib⁹  
infusa ultro ad iusticię opera hoīes erudiret. Nūc aut̄ mali hoīes  
sunt, ignoratōe recti ac boni: qđ qđē Cicero uidit. Disputās enī  
de legib⁹ sicut una, inq̄t, eademq̄ natura mūdus omnib⁹ partib⁹  
inter se cōgruētibus cohęret ac nititur: sic omnes homines inter  
se natura confusi prauitate dissentiunt: nec se intelligunt esse cō  
sanguineos & subiectos oēs sub unam eadm̄q̄ tutelā: qđ si tene  
retur, deoꝝ p̄fecto uitā hoīes uiuerent. Vniuersa igit̄ mala qb⁹  
humanum genus seipsum inuicem cōficit: iniustus atq̄ impius  
deoꝝ cultus induxit. Nec enī poterāt retinere pietatē: q̄ cōmunē  
omnium patrē deū tanq̄ pdigi ac rebelles liberi abnegassent.

uincitur.

¶ Capi. ix. Q̄ iniqui iusticiā quā sibi abesse sentiunt, omnibus  
abesse putant: & in eos q̄ iustiores & innocentissimi sunt: atroci  
us seuiunt: idest in seruos Christi mensurā patrū implētes q̄ ca  
put omniū iustorum Christum occiderūt: eo q̄ dissimilitudo  
uitę crimino se fitiat sanguinem innocentium.



**N**onnunquam tamen sentiunt se malos esse: & uetere seculo & statum  
laudant: & de moribus suis meritisque coniectant abesse iusticiam,  
quam obuersate oculis suis: non tamen non suscipiunt nec agnoscunt: uetere  
etiam uiolenter oderunt: & persecuntur: & exterminare contendant. Fin-  
gamus hanc interim non esse iusticiam: quam nos sequimur: quoniam si illa  
uenerit, quam ueram putant: eam recipiet quae laniat: & occidunt eos quos  
& ipsi fatentur imitatores esse iustorum: quae bona operantur & iusta: cum  
si tantummodo malos occiderent: digni essent ad quos iusticia non ueni-  
ret: cui nulla fuit alia causa linquendi terram: quam humani cruoris effu-  
sio: quod magis cum pios interficiat: & ipsos iusticie sectatores pro ho-  
stibus ducat: immo uero plusquam pro hostibus: quibus utique cum animas eorum  
& opes: & liberos ferro & igni appetant: tamen pro uictis & est locus  
inter arma clementie. Aut si adeo leuiri placuit: nihil plus in eos  
sit quam ut occidantur: uel in seruitutem abducantur. Hoc uero inenarra-  
bile est: quod fit aduersus eos: quae malefacere nesciunt. Et nulli nocen-  
tiores habentur: quam qui sunt ex omnibus innocentes. Audet igitur homines impro-  
bissimi iusticie facere mentionem: quae feras immanitate uincunt: quae placi-  
dissimum dei gregem uastat: ceu lupi rapaces, atra in nebula: quos im-  
proba uentris exegit cecos rabies. Vex hos non uentris sed cordis ra-  
bies efferauit. Nec atra in nebula: sed apta predatione grassantur: nec  
eos unquam conscientia scelerum reuocat: ne sanctum ac piuum nomen iusticie,  
ore illo uiolentur: quod cruore innocentiuum tanquam rictus bestiarum madet.  
Huius tanti & tam pertinacis odii: quam potissimum causam esse dicamus,  
utrum ne ueritas odium pariat ut ait poeta, quasi diuino spiritu insti-  
ctus? An erubescunt coram iustis & bonis esse nequam: an potius  
utrumque? Nam & ueritas ideo semper inuisa est: quod is qui peccat uult ha-  
bere liberum peccandi locum: nec aliter putat se malefactorum uolupta-  
tibus securius perfrui posse: quam si nemo sit cui delicta non placeant.  
Ergo tanquam scelerum & malicie sue testes: extirpare funditus nitun-  
tur & tollere: grauesque sibi putant: tanquam uita eorum coarguant. Cur  
enim sint aliqui interpestiue boni: quae corruptis moribus publicis con-  
uiciuum bene uiuendo faciunt: cur non omnes sint eque mali: rapaces  
impudici: adulteri: periuri: cupidi: fraudulentum: quin potius au-  
ferantur: quibus coram male uiuere pudet: quae peccantium fontem & si  
non uerbis quae tacent: tamen ipso uitae genere dissimili feriunt &  
uerberant? Castigare enim uidetur quicumque dissidet. Nec est magnope  
mirandum: si aduersus homines ista fiunt: cum aduersus ipsum deum propter

*seruio*

*grassantur*



eandē cām insurrexerit etiā populus in spe cōstitut⁹; nec dei ne-  
scius: seq̄t̄q̄ iustos eadē necessitas: quę ipsū iusticię uiolauit au-  
ctorē. Vexāt ergo & exq̄sitis poenarum generib⁹ excruciat: pa-  
rūq̄ habēt interficere quos oderunt: nisi etiā crudelitas corpori-  
bus illudat: si q̄ aut̄ doloris uel mortis metu: uel suapte p̄fidia ce-  
leste sacramētū deseruerint: ad funesta sacrificia cōsenserint: eos  
laudāt & honorib⁹ maētāt: ut eorū exēplo ceteros illiciant. Qui  
aut̄ magni existimauerit fidē: cultoresq̄ se dei nō abnegauerit: in  
eos uero totis carnificinē suę uirib⁹ ueluti sanguinē sitiāt: icūbūt  
& desp̄atos uocāt: q̄ corpori suo minime p̄cūt: q̄si q̄c̄ desp̄ati⁹  
esse possit: q̄ torq̄re ac dilaniare eū quē scias inocētē. Adeo uero  
nec pudor ullus apud eos supest: a q̄bus abest oīs humanitas: &  
detorquēt in hoīes iustos cōuicia sibi cōgruētia: impios enī uo-  
cāt: ipsi. s. p̄ij & ab humano sanguine abhorrētes: cū si & act⁹ su-  
os considerent: & illorum quos tanq̄ impios damnāt: iam intel-  
ligāt q̄ mēdaces sint: & his oībus q̄ aduersus bonos aut dicunt:  
aut faciūt digniores. Nō enī de nostro: s; de illoꝝ numero semp̄  
existūt: q̄ uias obsidāt armati: maria p̄dentē: uel si palā crassari  
nō licuit: uenena clam tēperēt: q̄ uxores necēt ut dotes eaz̄ lucrē-  
tur: aut maritos ut adulteris nubāt: q̄ natos ex se pueros aut stran-  
gulēt: aut si nimiū p̄ij fuerint exponāt: q̄ libidines incestas nec a  
filia nec a sorore: nec a matre: nec a sacerdote contineant: qui ad-  
uersus ciues suos patriāq̄ cōiurēt: q̄ neq̄ eculleū timeāt: q̄ deniq̄  
sacrilegia cōmittāt: & deoꝝ quos colūt templa dispolient: & ut  
quę leuia sunt atq̄ inuisitata dicam⁹: qui hēreditates captent: te-  
stamenta supponant: iustos hēredes uel auferāt uel excludant: q̄  
corpora sua libidinibus p̄stituant: qui deniq̄ immemores q̄ na-  
ti sunt cū foeminis; patiētia certēt qui sanctissimā quoq̄ corporis  
sui partē cōtra fas omne polluāt & p̄phanēt: qui uirilia sua ferro  
metant: & qd̄ est scelerati⁹: ut sint religionis antistites qui nec ui-  
tę quidē suę parcant: sed extinguendas publice aīas uendant: qui  
si iudices sedeant: aut immeritos perdant mercede corrupti: aut  
noxios impune dimittant: qui celū quoq̄ ipsum ueneficijs appe-  
tāt tanq̄ eorū malitiā terra nō capiat. Hęc inq̄ & his plura scelera  
utiq̄ ab his fiunt: q̄ deos colūt. Quis inē hęc tot & tanta iusticię  
locus est! Et ego de multis pauca collegi: nō ut arguerē: s; ut ostē-  
derem: qui uolent scire omnia: Senecę libros in manu sumant:



qui moꝝ uicioꝝq; publicoꝝ & descriptor uerissimus: & accusa-  
tor acerrim⁹ fuit. S; & Lucilli⁹ tenebrosa; istā uitā circūscripte  
breuiterq; depinxit: his v̄sib⁹. Nūc uero a mane ad noctē festo  
atq; p̄ festo: Tot⁹ itē parit⁹q; dies populūq; patresq; Iactare īde  
forū & oēs decedeꝛ nulq;. Vni se atq; eidē studio oēs dēdere &  
arti. Verba dare ut caute possint pugnare, dolose Blāditia certa  
re bonū simulare uirū se. Insidias facere ut si hostes sint oīb⁹ oēs.  
Nō autē pp̄lo qd̄ hoꝝ pōt obūcere: cui⁹ Oīs religio est sine sce-  
lere ac sine macula uiuere. Cū igit̄ uideāt se ac suos ea q̄ diximus  
gerere: nō os autē nihil aliud operari: nisi equū & bonū: poterant  
si qd̄ saperēt ex hoc intelligere: & illos q̄ bonū faciūt pios eē: &  
se impios q̄ nefanda cōmittūt. Neq; enī fieri pōt ut q̄ in oīb⁹ ui-  
tē suę actib⁹ nō errāt: in ip̄a summa errēt. Hoc est in religione q̄  
rerū omniū caput est. Impietas enī suscepta in eo qd̄ est summū  
bonū: p̄ cetera uniuersa frequētať eoq; fieri nō pōt: ut ipsi q̄ errāt  
in omni uita: nō & in religione fallātur: qm̄ pietas in summo re-  
gulam tenens: tenorem suū seruat & in ceteris. Ita fit ut in utraq;  
parte de conditione rerū quę gerunt: q̄lis sit summa ip̄a noscat̄.

¶ Capi. x. De impia iniquoꝝ q̄ deū nesciūt pietate: & qd̄ & ubi  
sit uera pietas: quā deoꝝ cultores asseq; nequnt pp̄t̄ subiectas cās.

○ Perēpreciū est cognoscere illoꝝ impietatē: ut ex his q̄ cle-  
mēter ac pie faciūt: possint intelligi q̄lia sint: quę ab his cō-  
tra iura pietatis gerunt̄. At ne quē uidear inclement̄ incessere: ali-  
quā mibi p̄sonā poeticā sumā: quę scit uel maximū pietatis exē-  
plū. Apud maronē. Rex ille quo iustior alter: Nec pietate fuit:  
nec bello maior & armis. Quę nobis documēta iusticię ptulit:  
Vinxerat & post terga man⁹: quos mitteret umbris Inferias cę-  
so sparsuros sanguīe flāmas. Quid pōt eē hac pietate demētius:  
q̄ mortuis humanas uictimas īmolare: & ignē cruore hominū;  
tanq̄ oleo pascere! S; fortasse hoc nō ipsi⁹ uiciū fuerit s; poetę: q̄  
insignē pietate uirū insigni scelere foedauit. Vbi est igit̄ poeta  
illa pietas quam sēpissime laudas! Ecce pius Aeneas sulmonē cre-  
atos. Quattuor hic iuuenes totidē quos ēducat useus. Viuētes ra-  
pit īferias: quos īmolet ūbris: Captioq; rogi p̄fūdat sāguīe flam-  
mas. Cur ergo dicebat eodē ip̄o tpe q̄ uictos hoīes ad īmolatōē;





mittebat. Eadem & uiuis cōcedere uellē: cū quos uiuos habebat  
in p̄tate: uice pecudū iubet occidi: s; hęc (ut dixi) culpa nō illi<sup>9</sup> fu  
it: q; l̄ras fortasse nō didicerat: s; tua q; cū eēs erudit<sup>9</sup>: ignorasti  
tū qd esset pietas: & illud ip̄m qd nefarie: qd detestabiliter fecit:  
pietatis officiū esse credidisti: uidelicet ob hoc unū pius uocat:  
q; patrē dilexit. Quid q; bonus Aeneas haud spernēda precantes  
trucidauit, adiurat<sup>9</sup> enī p̄ eundē patrē: & spem surgētis iūli neq̄q;  
pep̄cit furū accensus & ira. Quis q; ne igit̄ putet hūc aliqd in se  
uirtutis habuisse: q; & furore tanq̄ stipula exarserit: & maniū pa  
tris p̄ quē rogabat̄ oblitus irā frēnare nō quierit. Nullo igit̄ mō <sup>7aiuuat</sup>  
pius: q; nō tm̄ nō repugnātes: sed etiā precātes interemit. Dic; hic  
aliq;: quē igit̄ aut ubi aut qualis est pietas! Nimirū apud eos qui  
bella nesciūt: q; cōcordiā cū omni ui seruāt: amici sunt etiā inimi  
cis: q; oēs hoīes p̄ fratribus diligūt: q; cohibere irā sciūt: omnēq;  
animi furore trāquilla moderatōe lenire. Quāta igit̄ caligo: q̄ta  
tenebra; & errorū nubes, hominū pectora obduxit: q; cū se ma  
xime pios putāt: tā maxie fiūt impū. Quanto enī religiosius ter  
renis istis simulachris seruiūt: tāto magis scelerati aduersum no  
men diuinitatis uerē existūt. Itaq; p̄ merito impietatis suę graui  
orib<sup>9</sup> malis sepe uexant̄: quo; cām q; nesciūt: fortunę culpa om  
nis ascribit̄: & locū inuenit Epicuri philosophia nihil ad deos p̄  
tinere censentis: nec gratia eos tangi: nec ira moueri: q; & contēp  
tores eo; sepe uideant beatos: & cultores sepe miseros. Quod  
eo fit: q; cū religiosi uideantur & natura boni: nihil tale credun  
tur mereri q̄le sepe patiunt̄. Cōsolant̄ se tm̄ accusatione fortunę:  
nec consentiūt quod si esset ulla: cultoribus suis nunq̄ noceret.  
Merito igitur huiusmodi pietatē poena cōseq̄tur: & offensa di  
uinitas scelere hominū; prauē religiosorū: graui eos infortunio  
mactat. Qui licet sanctis moribus uiuāt in summa fide atq; ino  
centia: tamē q; deos colūt: quorū ritus impios ac propbanos de  
us uerus odio habet: a iusticia & a nomie uerē pietatis alieni sūt.  
Nec est difficile docere: cur deorum cultores boni & iusti eē nō  
possint. Quō enī sanguine abstinebunt: qui colunt cruētes deos  
Martē atq; Bellonā! Quō aut parētibus parcent; qui expulsore;  
patris sui louē: aut natis ex se infantibus; qui colunt saturnum!  
Quō pudicitia tuebunt̄: q; colunt deā nudā & adulterā: & quasi  
apud deos p̄stitutā! Quō se a rapinis & fraudibus abstinebūt:



qui mercurij furta nouerunt: docētis nō fraudis esse decipere: sed  
astutię! Quō libidiēs cohercebūt: q̄ Iouē: Herculē: Libey: Apol  
linē: cetero sc̄q̄ uenerāt: quoꝝ adulteria & stupra in mares & fo  
minas nō tm̄ doctis nota sunt: s; exp̄munt etiā in theatris atq; cā  
tant: ut sint oībus notiora! Possunt ne int̄ hęc iusti eē hoīes: qui  
etiā si natura sint boni: ab ipsis tm̄ d̄ys erudiant̄ ad iusticiā! Ad  
placā dū enī deū quē colas his rebꝝ opꝝ est: q̄bꝝ illū gaudere ac de  
lectari scias. Sic fit, ut uitā colētiū deꝝ p̄ q̄litate numinis sui for  
met: qm̄ religiosissimū est cultꝝ imitari.

**C**api. xi. Q̄ persecutores christianoꝝ nō mō bestię fuerint:  
s; ip̄is bestijs brutiores & truciores. Quibꝝ & q̄re tormētis mar  
tyres afficiāt.

**H**is igit̄ hominibus, q̄ deoꝝ suorū moribus cōgruūt: q̄ gra  
uis est & acerba iusticia: eandē impietatē suā, qua in ceteris  
rebus utunt̄: aduersus iustos uiolenter exercēt. Nec immerito a  
pp̄hetis bestię noīant̄. Preclare itaq; Mar. Tul. Etenī si nemo ē  
inquit: q̄ mori malit: q̄ conuerti in aliquā figurā bestię: q̄uis men  
tem hoīs habiturus: quāto est miserius in hominis figura animo  
esse efferato! Mibi q̄dem tanto uidetur: quāto est prestabilior a  
nimus corpore. Al̄pernantur itaq; corpa beluarū: quibꝝ sunt ip̄i  
seuiiores: sibiq; adeo placēt q̄ hoīes sint nati: quoꝝ nihil nisi lini  
amenta & summā figuram gerunt. Nam q̄s caucasus: quē india:  
quē hircania: tā īmanes tā sanguinarias bestias unq̄ aluit! Quoni  
am feray oīuz rabies usq; ad uētris facietatē furit: fameq; sedata  
ptinꝝ cōgescit. Illa est uera bestia: cuiꝝ una iussione funditur ater  
ubiq; cruor. Crudelis ubiq; luctus ubiq; pauor: & plurima mor  
tis imago. Nemo huiꝝ tāte beluę īmanitatē pōt p̄ merito descri  
bere: qui uno loco recubās: tm̄ p̄ totum orbē dentibus ferreis se  
uit: & nō tm̄ artus hominum dissipat: sed & ossa ipsa cōminu  
it, & in cineres fūdit: ne q̄s extet sepulturę locus: quasi uero id af  
fectēt: qui deū cōfitem̄: ut ad eoꝝ sepulchra ueniatur: ac nō ut ip̄i  
ad deū perueniāt. Quē nam illa feritas: quē rabies: quē insania ē  
lucē uiuis, terram mortuis denegasse! Dico igit̄ nihil esse miseriꝝ  
his hominibus: quos ministros furoris alieni: quos satellites im  
pię iussiois: necessitas aut inuenit fecit. Non enim honor ille aut  
p̄uectio dignitatis fuit: sed homīs dānatio ad carnificinā: dei ue  
ro ad poenā sempiternā. Quē aut̄ p̄ totū orbē singuli gesserit:



enarrare impossibile est. Quis enī uoluminū numer⁹ capiet tā infinita tā uaria genera crudelitatis? Accepta enī ptāte: p̄ suis morib⁹ q̄sq; sequit. Alij p̄ nimia tumiditate plus ausi sūt q̄ uidebant, alij suo pprio aduersū iustos odio: qdā naturali mētis feritate: nōnulli ut placerēt: & hoc officio uiam sibi ad altiora munirēt: alij ad occidēdū p̄cipites extiterūt: sicut un⁹ in phrygia q̄ uniuersū populū cū ip̄o pariter cōuēticulo cōcremauit: s; hic quāto seuior tāto clemētior inuenit. Illud uero pessimum gen⁹ est: cui clemētię species falsa blādit: ille seuior: ille grauior est carnifex: q̄ neminē statuit occidere. Itaq; dici nō pōt: huiusmōi iudices q̄ta & q̄ graua tormētoꝝ genera excogitauerit: ut ad effectū p̄positi sui puenirent. Hęc aut nō tm̄ ideo faciunt ut gloriari possint nullū se inocētiū p̄misisse. Nā & ip̄e audiui aliquos gloriātes: qd̄ administratio sua in hac pte fuerit incruenta: s; & inuidię cā: ne aut ip̄i uincant: aut illi uirtutis suę gloriā cōsequant. Itaq; in excogitādis poenāꝝ generib⁹: nihil aliud q̄ uictoriā cogitāt. Sciūt enī certamē illud esse & pugnā. Vidi ego in Bithynia p̄sidem gaudio mirabili elatū: tanq̄ barbaroꝝ gentē aliquā subegisset: q̄ un⁹ q̄ p̄ biēniū magna uirtute restiterat: postremo cedere uisus est. Cōtendūt igit ut uincāt: & exq̄sitos dolores corporib⁹ imittūt: & nihil aliud euitāt: q̄ ut ne toti moriant. Quali uero mors tm̄ nec̄ beatos faciat: ac nō etiā tormēta quāto fuerit grauiora: tanto maiorē uirtutis gloriā pariāt. Illi aut p̄tinaci stulticia iubēt, curā tortis diligēter adhiberi: ut ad alios cruciatus, mēbra renouentur: & pareat nouus sanguis ad poenā. Quid tā piū: tā beneficū: tā humanū fieri pōt? Nō curassent tā solícite quos amarēt. Hęc ē deoꝝ disciplina. Ad hęc opa cultores suos erudiūt: hęc sacra desiderāt. Quin etiā sceleratissimi homicide contra pios ip̄ia iura cōdiderūt. Nā & cōstitutōes sacrilegę & disputatōes iurispitorū legūt iuste. Domiti⁹ de officio p̄cōsulis, libro septio, r̄scripta principū nefaria collegit: ut doceret q̄b⁹ poenis affici oporteret eos: q̄ se cultores dei cōfiterent.

**C**api. xij. Quō ipsi carnificib⁹ grati facti sunt q̄ diligunt inimicos. Et q̄ expetibili⁹ est esse bonū & malū putari: q̄ malū esse & uideri bonum.

**Q**uid his faciāt: q̄ ius uocāt carnificinas ueterū tyrannorum aduersus innocentes rabide seuientiū: & cū sint iniusticię



crudelitatisq; doctores: iustos esse se tñ ac prudentes uideri uolūt: cęci & hebetes ac rerū & ueritatis ignari! Adeo ne uobis op dīte mētes inuisa iusticia ē, ut eā sūmis scelerib⁹ adeq̄tis! Adeo ne apud uos perit inocētia: ut ne morte qdē simplici, dignā iudicetis: s; supra oīa facinora habeat: nullū facin⁹ admittere: pectusq; pur⁹ ab oī sceleris cōtagiōe p̄stare! Et qm̄ cōit⁹ cū deoz⁹ cultorib⁹ loq̄mur: liceat p̄ uos benefacere nobis eū. Hęc ē enī lex n̄ra: hoc op⁹: hęc religio: si uobis sapiētes uidemur: imitamini, si stulti cōtēnite: aut etiā ridete si libet. Nobis enī stulticia n̄ra p̄dest: qd̄ latrat⁹: qd̄ aflagit⁹! Nō iudem⁹ sapiētię uřę. Hęc stulticiam malum⁹ mus: hęc aplectimur. Hoc nobis credim⁹ expedire ut uos diligam⁹: & in uos ip̄os q̄ odistis, oīa cōferam⁹. Est apud Ciceronē nō abhorrēs a v̄o loc⁹ i ea disputatōe: q̄ habet a Furio cōtra iusticiā. Quęro inq̄t si duo sint quorū al̄t optim⁹ uir, eq̄ssim⁹: sūma iusticia: singulari fide: al̄t i signis scelere & audacia: & si in eo sit errore ciuitas: ut bonū illū uirū, sceleratū, facinorosū, nefariū putet: cōtra aut̄ q̄ sit ip̄robissim⁹ existimet eē sūma p̄bitate ac fide: *proq; proq;* *quo* hac opiniōe oīu; ciuiū bon⁹ ille uir uexet: rapiat: man⁹ ei deniq; auferat: effodiant ocl̄i: dānet: uinciat: urat: ext̄minet: egeat: postremo iure etiā optiō oīb⁹ miserrim⁹ eē uideat: Cōtra aut̄ ille improb⁹ laudet: colat: ab oīb⁹ diligat: oēs ad eū honores: oīa imperia: oēs opes: oēs deniq; copię cōferant: Vir deniq; optim⁹ oīum existiatōe & dignissim⁹ oī fortuna iudicet. Quis tandē erit tā demēs q̄ dubitet utrū se eē malit! Profecto q̄ si diuinaret q̄ nobis mala & quō euētura essent p̄pter iusticiā, Hoc posuit exēplū. Hęc enī populus noster patit oīa erratiū prauitate. Ecce in eo est errore ciuitas ul̄ poti⁹ orbis ip̄e tot⁹: ut bonos & iustos uiros tā q̄ malos & ip̄ios p̄sequat: excruciet: dānet: occidat. Nā q̄ ait neminē eē tam demētē q̄ dubitet utrū se eē malit, Ille qdē ut is qui cōtra iusticiā differebat hoc sensit: male sapiētē malum esse cum bona existimatōe: q̄ bonū cū mala. A nobis aut̄ absit hęc amētia ut falsum uero antepoſnam⁹. An boni nostri qualitas ex populi potius p̄debet erroribus: q̄ ex consciētia nostra & iudicio dei! Aut aliq̄ nos foelicitas illiciet unq̄ ut nō potius uerā bonitatem cū omni malo: q̄ falsa; cū oī p̄speritate malimus. Sua sibi habeāt regna reges: suas diuitias diuites (ut loq̄tur Plaut⁹) sua; uero prudentiam prudentes: relinquunt nobis stulticia; nostrā: quam uel

qm̄ autem cum uisitor o. f.



ex hoc apparet eē sapiētia: q̄ eā nobis inuidēt. Quis enī stulto inuideat: nisi q̄ ip̄e sit stultissim⁹? Illi aut̄ nō sūt a deo stulti: ut stultis inuideāt: s; ex eo q̄ accurate q̄ solícite p̄sequūt: stultos nō esse cōcedūt. Cur enī tā crudelit̄ seuiūt: nisi q̄ metuūt ne in dies inualescēte iusticia, cū d̄is suis uariolis relīquant. Si ergo cultores deoꝝ sapiētes sūt nos stulti: q̄d metuūt ne sapiētes illiciāt a stultis

**C**api. xiiij. Quod ex eo patet iusticia christianę religionis & ueritas fidei: q̄ de cultoribus deoꝝ crescit ecclesia: s; de ecclesia nec minis, nec tormētis cōpelli possint ad cultū deoꝝ: lic; q̄dā sacrificasse ex infirmitate legant̄ inuiti: q̄ tñ postea p̄ poenitētiā, in quo Nouaciani cōfutāt, surrexerūt fortiores. Et q̄ patiētia martyrum solidissimū est christianę religionis fundamentum.

**Q**uoniam aut̄ noster numer⁹ semp de deoꝝ cultorib⁹ augeatur, nunq̄ uero ne in ip̄a q̄dē p̄secutōe minuat: qm̄ peccare homines & inq̄nari sacrificio p̄nt: auerti aut̄ a deo nō p̄nt: ual; enī ui sua ueritas. Quis ē tā excors tāq; cęcus: q̄ nō uideat, q̄ i utraq; sit p̄te sapiētia? Sed illi malitia & furore cęcantur ne uideāt: stultolq; arbitrant̄ eē q̄ cū habeāt in sua pt̄ate supplicia uitare: cruciari tñ & mori malūt: cū possint ex eo ip̄o p̄uidere nō esse stulticiā: in quā tāta hominū milia p̄ orbē totū una & pari mēte cōlētūt. Si enī foemine sex⁹ infirmitate labunt̄: nā interdū isti muliebrē & anilē sup̄stitōem uocāt: uiri certe sapiūt: si pueri si adolefcētes ip̄rouidi sunt p̄ etatē: maturi certe ac senes habēt stabile iudiciū. Si una ciuitas delīpit: certe utiq; innumerabiles stulti eē nō p̄nt. Si una puīcia una natio p̄uidētia caret: cęteras oēs habere intelligētia recti necesse ē. Cū uero ab ortu solis usq; ad occasū lex diuina suscepta sit: & omnis sexus & oīs etas & gens & regionis ac parib⁹ animis deo seruiat: eadē sit ubiq; patiētia: idē contēpt⁹ mortis: intelligere debuerāt aliqd in ea re esse rōis: qd̄ non sine causa usq; ad mortē defendantur: aliqd fundamenti ac soliditatis: quod eam religionē non tantum iniurijs & uexatōe soluat: sed augeat semp & faciat firmiorē. Nā & i hoc quoq; illorū malitia cōuincit̄: q̄ euertisse se funditus religionē dei opinantur: si homines inq̄nauerint: cū & deo satisfacere liceat: & nullus sit tā malus dei cultor: qn̄ data facultate ad placidū deū reuertetur:



& quidem deuotione maiore. Peccati enī cōsciētia & met<sup>9</sup> poe  
ne religio <sup>magis</sup> forē facit: & semper multo est firmior fides quā repo  
nit poenitētia. Si ergo ipsi cū deos arbitranē sibi iratos: tñ do  
nis, sacrificijs & odorib<sup>9</sup> placare eos credūt: qd est tandē qd de  
um nostrū tā imitē implacabilē putēt: ut uideat is nā christian<sup>9</sup> *quisquam.*  
esse nō posse: q dñs eoꝝ coact<sup>9</sup> inuitusq; libauerit: nisi forte con  
taminatos semel putēt, animū trāslaturos: ut sua spōte iam face  
re incipiāt: qd p tormēta fecerunt! Quis id officiū libens subeat:  
qd ab iniuria coepit! Quis cū uideat laterū suoꝝ cicatrices non  
magis oderit deos ppter q̄s eterna insignia & ipressas uiscerib<sup>9</sup>  
suis notas gestet! Ita fit ut data diuinitus pace: & q fuerūt uniuersa *aversi*  
si redeant: & alius ppter miraculū uirtutis nouus populus acce  
dat. Nā cū uideat uulgus dilacerari hoīes uarijs tormētoꝝ gene  
rib<sup>9</sup>: & inter fatigatos carnifices inuictā tenere patiētā: *existimant*  
id qd res est: nec cōfēsū tā mltoꝝ: nec pseuerātiā moriētū uanā  
esse: nec ipsaꝝ patiētā sine deo, cruciat<sup>9</sup> tantos posse superare: la  
trones & robusti corporis uiri eiusmodi laceratōes pferre neq;  
ant: exclamāt & gemit<sup>9</sup> edūt. Vincunt enim dolore: q̄ deest illis  
ī sperata patiētia. Nostri aut (ut de uiris taceā) pueri & muliercu  
lē tortores suos tacite uincūt: & expmere illis gemitū nec ignis  
pōt. Eant romani & Mutio glorient<sup>9</sup> & regulo: quoꝝ alter necā  
dū se hostib<sup>9</sup> tradidit: qd captiuū puduit uiuere: alter ab hosti  
bus dephēsus: cū uideret se mortē uitare nō posse: manū foco in  
iēcit: ut p facinore suo satisfaceret hosti: quē uoluit occidere: eaq;  
poena ueniā quā nō meruerat accepit. Ecce sexus femineus & fra  
gilis etas dilacerari se toto corpe, uiriq; perpetitur non necessita  
te: quia licet uitare si uelint: sed uoluntate q̄ cōfidūt in deo.

¶ Capi. xiiiij. De uera uirtute christianoꝝ: qui in culmine patien  
tię cōstituti: philosophos laudatores patiētię antecēdūt uirtute  
patiēdi. Et q̄ uanū & stultū est imaginatā terrāq; ut deū colere.

**H**aec est uera uirtus: quā philosophi quoq; gloriabūdi nō  
re sed uerbis inanibus iactāt: differētes nihil esse tā cōgru  
ens uiri sapiētis grauitati, atq; cōstātię: q̄ nullis terroribus de sen  
tentia & pposito posse depelli: sed tanti esse cruciari & mori:  
ne fidē pdat: ne ab officio discedat: ne metu mortis aut dolore



acerbo subactus aliquid faciat iniustum: nisi forte delirare illis uideatur. Flaccus in lyricis cum dicit. Iustum & tenacem esse propositi uirum: non ciuium ardor, praua iubentium: non uultus instans tyranni, metumque tit solida: quo nihil uerius dici potest: si hoc ad eos referatur: quod nullos cruciat nullam mortem recusant: ne a fide iusticiaque declinent: quod non tyrannicas iussiones non praesidium gladios tremunt: quo minus ueram & solidam libertatem, constanti mente, defendat: quae in hoc solo tuenda sapientia est. Quis enim tam insolens: tam elatus est: quod me ueret oculos in caelum tollere: quod imponat mihi necessitatem uel colendi quod noli, uel quod ueli non colendi? Quid nobis iam ulterius relinquitur: si etiam hoc quod uoluntate fieri oportet: libido extorquet aliena? Nemo istud efficiat: si quod est nobis ad continentiam mortem dolorumque uirtutis est. Quam constantiam si tenemus: cur stulti iudicamur facientes ea quae philosophi laudant? Recte igitur Seneca, incongruentiam hominibus obiectans, ait. Summa uirtus illis uideatur magna animus. Et idem. Eum qui continentem mortem pro furioso habet: quod est utique summam puerilitatis. Sed hi uanae religionum cultores: eadem stulticia id obiciunt: quod uerum deum non intelligunt. Quos Sibylla erithraea. κωφοὺς καὶ ἀνοήτους. uocat surdos scilicet excordes: quod nec audiant diuina nec sentiant: sed terrarum digitis suis imaginatam metuant & adorent.

**Capitulum. xv.** Quare sapientes habentur pro stultis. Et quo modo in duabus praecipue uirtutibus: pietate scilicet & equitate iusticia constet. Et quid pietas secundum Trismegystum. Et quid equitas secundum Ciceronem: quarum neutram assequi potuerunt Romani uel Graeci: nec aliqui, nisi Christiani.

**Q**Uae nunc causa sit: ut eos qui sapientes sunt, stultos putent: magna ratio est: nec enim frustra fallunt: quae nobis diligenter est explicanda, ut errores suos tandem agnoscant. iusticia suapte natura speciem quandam stulticiae habet: quod ego & diuinis & humanis testimoniis confirmare possim: sed nihil fortasse apud istos agemus, nisi eos de suis doceamus auctoribus, non posse iustum quemque esse (quod est coniunctum cum uera religione aut sapientia) nisi idem stultus esse uideatur. Carneades academicae sectae philosophus cuius in differendo quae uis fuerit: quae eloquentia: quod acumen: quod nescit, ipsum ex predicatione Ciceronis intelliget aut Lucilli: apud quem differens Neptunus de re difficillima, ostendit non posse id explicare



nec si Carneadē ipsū ortus remittat. Is cū legatus ab Atheniēsi-  
bus Romā missus esset: disputauit de iusticia copiose audiente  
Galba & Catone cēsorib⁹; maximis tūc oratorib⁹. S; disputatio  
nē suā postridie cōtraria disputatōe s̄uertit: & iusticiā quā p̄die  
laudauerat sustulit: nō q̄dā philosophi grauitate: cui⁹ prudētia  
firma & stabilis debet esse ientētia: i; q̄si oratorio exercitiij ge-  
nere in utrāq; ptē differēdi. Qd̄ ille facere solebat ut alios q̄dlib;  
asserētes posset refutare. Eā disputatōe; q̄ iusticia s̄uertit apud  
Ciceronē. L. furius recordat. Credo qm̄ de republica differebat  
ut defensionē laudationēq; ei⁹ induceret: sine q̄ putabat regi non  
posse rēpublicā. Carneades aut ut Aristotelē refelleret ac Plato-  
nē iusticię patronos: p̄ma ea disputatōe collegit ea oīa quę p̄ iu-  
sticia dicebāt: ut posset illa sicut fecit euertere. Erat enī facillimū  
iusticiā radices nō habentē labefactare: ut diceret anbelāter labo-  
rare: q̄ tñ nulla in terra fuit: ut qd̄ esset: aut q̄lis a philosophis di-  
ceret. Atq; utinā tot ac tales uiri: q̄tū eloquētię q̄tū animi: tātum  
etiā sciētię ad implendā defensionē summę uirtutis habuissent:  
cui⁹ origo in religione, rō in eq̄tate est. Sed hi q̄ primā illā p̄tem  
nesciuerūt: nec secūdā q̄dem tenere potuerūt. Volo aut pri⁹ cir-  
cūscripte ac breuiter qd̄ sit ostēdē: ut itelligat philosophos igno-  
rassē iusticiā: nec id qd̄ minime nouerāt potuisse defendere. Iusti-  
cia q̄uis oēs simul uirtutes amplectat: tñ duę sunt omniū princi-  
pales: quę ab illa diuelli separariq; nō p̄nt: pietas & eq̄tas. Nā fi-  
des: tempantia: p̄bitas: innocētia: integritas: & ceterę huiusmōi  
uel natura uel institutis parentū possunt inesse hiscē hoībus qui  
iusticiā nesciūt: sicuti semp fuerūt. Nam Romani ueteres q̄ iusti-  
cia gloriari solebāt: his utiq; uirtutib⁹ gloriabāt: quę (ut dixi) p̄-  
ficiali a iusticia possunt: & ab ipso fonte secerni. Pietas uero &  
eq̄uitas quasi uenę sunt eius. His enī duob⁹ fontib⁹ constat tota  
iusticia: sed caput eius & origo in illo primo est: in secundo uis  
omnis ac ratio. Pietas aut nihil aliud est q̄ dei notio: sicut Tris-  
megystus uerissime diffiniuit: ut alio loco diximus. Si ergo pie-  
tas est cognoscere deū: cui⁹ cognitionis hęc summa est ut eū co-  
las: ignorat utiq; iusticiā q̄ religionē dei nō tenet. Quō enī pōt  
eam ipsam nosse: q̄ unde oriat ignorat! Plato quidem multa de  
uno deo locutus est: a quo ait cōstitutū esse mūdū: sed nihil de  
religione: somniauerat enī deū, nō cognouerat. Quod si iusticię

*non quidem philosophica grauitate*



defensionē uel ipse uel quilibet alius implere uoluisset: in primis de  
orū religiones euertere debuit: quod contrarię sunt pietati. Quod quod  
de Socrates quod facere tētauit in carcerē coniectus est: ut iam tūc appa  
reret quod eēt futurū his hoīb⁹: quod iusticiā uerā defendere, deo quod singu  
lari seruire coepissent. Altera igitur iusticię pars est equitas: equitatē nō  
dico utique bene iudicādi: quod & ipsū laudabile est in hoīe iusto: sed  
se cū ceteris coequandi: quā Cicero equitatē uocat. Deus quod hoīes  
generat & inspirat: oēs equos. i. pares esse uoluit. Eandē cōditio  
nē uiuendi oībus posuit. Oēs ad sapiētiā genuit: oībus immorta  
litate spopōdit. Nemo enī a beneficis eius celestibus segregatur.  
Nā sicut oībus unicū suū lumē equilater diuidit: emittit oībus fon  
tes: uictū sūministrat: quietē somni dulcissima; tribuit: sic oībus  
equitatē uirtutēque largit. Nemo apud eū seruus est: nemo dñs. Si  
enī cūctis idem pater est: equo iure omnes liberi sumus. Nemo  
deo pauper est: nisi quod iusticia indiget. Nemo diues: nisi quod uirtu  
tibus plenus est. Nemo denique egregius: nisi qui bonus & inno  
cens fuerit. Nemo clarissimus: nisi qui opera misericordię largi  
ter fecerit. Nemo perfectissim⁹: nisi quod oēs gradus uirtutis impleue  
rit. Quare neque romani: neque greci iusticiā tenere potuerūt: quod di  
spares multis gradibus homines habuerunt: a pauperibus ad di  
uites: ab humilibus ad potentes: a priuatis denique usque ad regum  
sublimissimas potestates. Vbi enī nō sunt uniuersi pares: equitas  
nō est: & excludit inequitas ipsa iusticiā: cuius uis oīs in eo est: ut pa  
res faciat eos: quod ad huius uite cōditōem pari sorte uenerūt.

¶ Capi. xvi. De equitate christianorum: quā philosophi nō habentes  
nec inuenire nec defendere potuerūt.

○ Vobis igitur illis iusticię fontibus immunis: omnis uir  
tus & omnis ueritas tollit: & ipsa iusticia remigrat in celū.  
Ideo nō ē uestrū illud bonū a philosophis reptū: quod ignorabāt uel un  
de oriretur: uel quod efficeret: quod nullis alijs preterquam nostro po  
pulo reuelatū est. Dicit aliquis. Nōne sunt apud uos alij pauperes:  
alij diuites: alij serui: alij domini? Nōne aliquid inter singulos in  
est? Nihil. Nec alia causa est cur nobis inuicē fratrum factū nomen  
impartiam⁹: nisi quod pares esse nos credim⁹. Nā cū omnia huma  
na nō corpe, sed spiritu metiamur: tam & si corporum sit diuersa cōdi  
tio: nobis tamen serui nō sunt: sed eos & habem⁹ & dicim⁹ spiritu fratres  
religione cōseruos. Diuitię quoque nō faciunt insignes: nisi quos



possunt bonis opibus facere clariores. Diuites sunt enim non quia diuitias habent: sed quia utuntur illis ad opera iusticie. Et quia pauperes uidentur eo tantum diuites sunt: quia & regunt & concupiscunt nihil. Cum igitur & liberi seruis: & diuites pauperibus: humilitate animi pares sumus: apud deum tantum uirtute discernimur. Tanto quisque sublimior est: quanto iustior. Si enim iusticia que parum se etiam minoribus facere, quam hoc ipso precelat: quod se inferioribus coequauit: tantum si non tantum quasi parum: sed etiam quasi minorem se gesserit: utique multo altiore dignitatis gradum deo iudice consequetur. Nam perfecto in uita hac seculari: quam breuia & caduca sunt omnia: et preferunt se alteris homines: & de dignitate contendunt quo nihil foedius: nihil arrogatius: nihil a sapientis ratione semotius. Rebus enim celestibus contraria sunt ista uniuersa terrena. Sicut enim sapientia hominum, summa stulticia est apud deum: stulticia (ut docui) summa sapientia est: sic deo humilis & abiectus est: qui fuerat conspicuus & sublimis in terra. Nam (ut taceam) quod hec presentia terre bona: quibus magnus honor tribuitur: uirtuti contraria sunt: & uigorem mentis enervant: que tandem potest firma esse nobilitas! Que opes! Que potentia cum possit deus reges quoque ipsos inferiores etiam infimis facere! Et ideo consulens nobis deus: inter diuina precepta illud precipue posuit: qui se extollit humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Cuius precepti salubritas docet, quod qui se apud homines planum fecerit: humilemque prebuerit: hic apud deum precellens & insignis habeatur. Neque enim falsa est illa sententia: que apud Euripedem fertur in hunc modum. Que hic mala putantur: hec sunt in celo bona.

simus

s. solet.

**C**api. xvij. Quo Carneades & iura pro utilitate sancita: & ueram in hominibus iusticiam (nisi forte stultis) collegerit inueniri non posse: & ciuilis iusticia sapientiam quod habeat sed iniustam: naturalis autem iusta sit utique: sed sapientiam omnino non habeant.

**C**hristi sui causa; cur philosophi nec inuenire iusticiam nec defendere potuerunt. Nunc redeo ad illud quod intenderam. Carneades ergo quam erant infirma que a philosophis differebantur: sumpsit audaciam refellendi: quod refelli posse intellexit. Eius disputatio summa hec fuit. Iura sibi homines pro utilitate sancisse, scilicet uaria pro moribus: & apud eos pro temporibus sepe mutata: ius autem naturale esse nullum: omnes & homines & animantes: alias ad utilitates suas natura ducere ferri. Proinde autem nullam esse iusticiam: aut si sit aliqua summam esse stulticiam: quoniam sibi noceret alienis commodis consulens,



& inferebat hęc argumēta, oībus populis, q̄ flourēt imperio, & romanis quoq̄ ipsis q̄ totiut orbis potirentur dominio, si iusti uelint esse: hoc est si aliena restituāt: ad <sup>casas</sup> ~~casas~~ esse redeūdū: & in necessitate ac miseris iacendū: tū omissis cōibus ad ppria ueniendū. <sup>indum</sup> ~~indum~~   
Bant. Bonus uir, inquit, si habeat seruū fugitiuū: uel domū insalubrē ac pestilentē: quę uicia solus sciat: & ideo p̄scribat, ut uendat: utrū ne p̄fitebit̄ fugitiuū seruū, ac pestilentē domū uendere, an celabit emptorē? Si p̄fitebit̄ emptori fugitiuū esse, bonus q̄dē q̄ nō fallit, sed tñ stultus iudicabit̄: q̄ uel puo uendet ul' omnino nō uēdet. Si celauerit: erit q̄dem sapiēs q̄ rei cōsulet: sed idē mal' q̄ fallet. Rursus si reperiat aliquē q̄ auricalcū se putet uendere cū sit illud aurū: aut plūbū cū sit argētū tacebit ne ut id puo emat?

<sup>indicabit</sup> An id iudicabit ut magno? Stultus plane uidetur malle magno. Vnde intelligi uolebat & eū qui sit iustus ac bonus stultum esse & eū qui sit sapiēs malū. Et tñ sine p̄nitie fieri posse: ut sint homines paupertate cōtēti. Transibit ergo ad maiora: in quibus nemo pōt sine periculo uitę iustus esse. Dicebat enī nempe iusticia est hominē nō occidere: alienū prorsus nō attingere. Quid ergo iustus faciet si forte naufragiū fecerit: & aliquis imbecillior uiribus tabulā coeperit: nōne illū a tabula deturbabit: ut ipse cōscendat eaq̄ nixus euadat: cū maxime sit nullus medio mari testis? Si sapiēs est faciet: ipsi enī pereūdum est nisi fecerit. Si aut̄ mori maluerit q̄ manus inferre alteri: iam nō iustus ille: sed stultus est, q̄ uitę suę nō parcat dū parcat alienę. Itē si acie suorū fusa hostes insequi coeperint & iustus ille nactus fuerit aliquē fauciū equo infidentē: ei ne p̄cet ut ipse occidatur: an deiciet ex equo ut ipse possit hostē effugere? Quod si fecerit sapiēs sed idem malus: si nō fecerit iustus sed idem stultus <sup>sit</sup> ~~sit~~ necesse est. Ita ergo iusticiam cū in duas partes diuisisset: alterā ciuilē esse dicens: alterā naturalem: utrāq̄ subuertit q̄ illa ciuilis sapientia sit quidem: sed iusticia non sit. Naturalis autem iusticia sit quidem: sed non sit sapientia. Arguta hęc plane & uenenata sunt: & quę Marcus Tullius non potuerit refellere. Nā cum faciat Leliū Furio respōdentem p̄q̄ iusticia dicentem irrefutata hęc tanq̄ foueas p̄gressus est: ut uideat̄ idē; Lelius nō naturalē quę in stulticię ~~in~~ crimen uenerat: sed illā ciuilem defendisse iusticiam: quam Furius sapiētiaz quidem esse concesserat: sed iniustam.



Capi. xviii. Contra Carneadem quod nec stultus potest esse iustus nec sapiens iniustus. Et quod innocentibus & iustis deus semper optime consulit & necessaria prouidet: quae patent ex diffinitione stultitiae & sapientiae. Et quae sit cognatio hominis & dei.

**Q**uod ad praesentem disputatorem pertinebat: ostendi quomodo iusticia similitudinem stultitiae gerat: ut appareat non sine causa decipi eos: qui putant nostrae religionis homines, stultos esse: qui talia uidentur facere quae illa ille proposuit. Nunc maius in me exigi sentio: ut ostendam quare iusticiam, de stultitiae specie, conuolutam, ex oculis hominum uoluerit auferre. Si prius Furio respondero: quod parum plene respondit Lelius: quod perfecto licet sapiens fuerit (ut uocabatur) patrocinari tamen uere iustitiae nullo modo poterat: quod caput ipsius fontemque iustitiae non tenebat. Nobis autem facilius est ipsa defensio: quod celesti beneficio familiaris est: ac penitus nota iusticia est: quod illam non nomine, sed re, nouimus. Nam Plato & Aristoteles, honesta quidem uoluntate, iusticiam defendere cupierunt: effecissentque aliquid si conatus eorum bonos: si eloquentiam: si uirtutem ingenij, diuinarumque rerum doctrina iuuisset. Itaque opus illorum inane atque inutile iacuit: nec cuiquam hominum persuadere potuerunt: ut eorum praescriptio uiueret: quod fundamentum a caelo, disciplina illa non habuit. Nostri opus, certum sit, necesse est, quod deus docuit. Illi enim depingebant uerbis: & imaginabantur iusticiam, quam in conspectu non erat: nec praesentibus exemplis confirmare poterant quam disserebant. Responderi enim posset ab audientibus, non posse ita uiui: sicut illi sua disputatorem praescripserunt, adeo ut nulli adhuc extiterit: quod id genus uitae sequerentur. Nos autem non uerbis modo, sed etiam exemplis ex uero petitis: uera esse quam a nobis dicuntur ostendam. Sensit igitur Carneades quod sit natura iustitiae: nisi quod parum alte prospexit, stulticiam non esse: quamquam intelligere mihi uideatur, qua mente id fecerit. Non enim uere existimauit eum stultum esse, quod iustus est: sed cum sciret non esse: & rationem tamen cur ita uideret non conprehenderet: uoluit ostendere latere in abdito ueritatem: ut decretum disciplinae suae tueretur: cuius summa sententia est, nihil precipi posse. Videamus ergo utrum ne iusticia, foedus aliquod habere cum stulticia possit. Iustus inquit si aut equum saucio: aut tabulam naufrago non ademerit: ut ipse animam suam liberet: stultus est. Primum omnium, nego ullo modo fieri posse: ut homini quod quidem uere iustus sit: eiusmodi casus eueniat: quod iustus: neque cuiquam irato inimicus erit.



nec quicquam omnino appetit alienum. Cur enim nauiget: aut quod petat ex  
aliena terra, cui sufficit sua? Cur autem belligeretur: aut se alienis furo-  
ribus misceat: in cuius animo pax cum hominibus perpetua uersetur? scilicet pe-  
grinis mercibus: aut humano sanguine delectabitur: quod neque lucrum sciat  
appetere, cui sufficit uictus: & non modo ipse cedere facere: sed in se  
esse facientibus ac spectare ducat nefas? Sed omitto ista quoniam fieri  
possunt ut uel inuitus ad hec subeunda cogatur. A deo ne ergo iusticia, o  
Furi: uel potius o Carneade (cuius est illa omnis ratio) tanta inanem: tanta superua-  
cuam: tanta contentam deo putas: ut nihil possit nihilque habeat in se  
quod ad custodiam sui ualeat? sed uidelicet quod sacramentum hominis igno-  
rant. Ideoque ad hanc uitam temporalem referunt omnia: quanta sit uis iusticie scire  
non possunt. Nam & cum de uirtute disputant: quibus intelligant erunt  
ac miseris esse plenissimam: tamen expectanda esse aiunt sua causa. Eius  
enim premia que sunt eterna & immortalia nullo modo uidentur. Sic re-  
bus omnibus ad hanc presentem uitam relatis: uirtute plane ad stulticiam  
redigunt: siquidem tantos huius uitae labores frustra & inaniter suscipit.  
Sed hec alio loco plene: interim de iusticia (ut coepimus) cuius tan-  
ta uis est: ut cum oculos in celum sustulerit: a deo mereatur omnia. Recte  
igitur Flaccus tantam esse dixit innocentie uim: ut ad tutelam sui non  
egeat nec armis nec uiribus: quacunque iter fecerit. Integer uitae scele-  
risque purus: non eget mauris iaculis, nec arcu: nec uenenatis grui-  
da sagittis fasces phretra: siue per sirtes iter estuofas: siue facturus per  
inhospitalia caucasus: uel que loca fabulosus ambit Hidaspes. Non  
possunt ergo fieri: quin hominem iustum inter discrimina tempestatum atque  
bello: celestis tutela custodiat. Ac non etiam si cum parricidis & nocentibus  
nauiget: aut malis quoque parcat: ut una iusta & innocens anima  
liberetur: aut certe pereuntibus ceteris sola seruetur. Sed concedamus  
posse fieri quod proponit philosophus. Quid ergo iustus faciet si na-  
ctus fuerit: aut in equo saucium: aut in tabula naufragum? Non inuitus  
confiteor: morietur potius quam occidet. Nec ideo tamen iusticia quod est sin-  
gulare hominis bonum, stulticie nomen accipiet. Quid enim melius: quod  
clarius homini esse debet: quam innocentia: que utique tanto perfectior sit  
neceffe est: quanto illam perduxeris ad extremum: morique malueris: ne  
quod de innocentie ratione minuat? Stulticia est, inquit, alienae anime par-  
cere cum pernicie sue. Nunc etiam per amicitiam perire stultum iudicabitur.  
Quid ergo familiares illi Pythagorici laudantur a nobis: quorum al-  
ter se tyranno uadem mortis pro altero dedit: alter ad prestitutum

*fusca pharetra*

*Damon & Pythias pythagorici.*



tempus cū iam sponfor eius duceret: presentiam sui fecit: eūq;  
interuentu suo liberauit: quoꝝ uirtus in tanta gloria nō haberet:  
cū alter p amico etiā pro fide mori uoluit: sed stulti putarent. si.  
Deniq; ob hāc ipsaz uirtutē tyrānus his gratiā retulit, utrūq; ser-  
uando: & hoīs crudelissimi natura, mutata est. Quin etiā depre-  
catus esse dicit: ut se tertiū in amicitia reciperet: nō utiq; tāq; stul-  
tos: s; tanq; bonos & sapiētes uiros. Itaq; nō uideo quare cū pro  
amicitia & fide mori summa gloria cōputeꝝ: nō etiā p innocētia  
perire, sit hoī gloriosum. Ergo stultissimi sunt q nobis crimini  
dāt: mori uelle p deo: cū ipsi, eū q p hoīe uoluit mori: in celū sū-  
mis laudibꝝ tollāt. Deniq; ut cōcludā disputatōem: nō posse eū  
dē stultū esse ac iustū: & eūdē sapiētē & iustū, docet ipa rō. Qui  
enī stultꝝ est: qd sit bonū ac iustū nescit: & iō semp peccat. Ducit  
enī qsi captiuus a uicijs: nec resistere ullo mō pōt: q caret uirtute  
quā nescit. Iustꝝ aut ab omni peccato se abstinet: qd alter facit nō aliter  
pōt: quā si habeat recti prauiq; noticia. Rectum aut discernere a  
prauo, qd pōt nisi sapiēs? Ita fit ut nūq; possit iustꝝ eē, q stultꝝ est:  
neq; sapiēs q fuerit iustꝝ. Qd si est uerissimū: manifestū est euz  
q aut naufrago tabulā: aut equū saucio nō ademerit stultū nō eē,  
q hoc facere peccatum est a quo se sapiēs abstinet; Videri tamen  
& ipse profiteor p hominū errorē ignorantū cuiusq; rei pro-  
prietatē. Itaq; oīs hęc questio nō tam argumētis q diffinitōe dis-  
soluit. Stulticia igit est in factis dictisq; p ignoratiā recti ac bo-  
ni, erratio. Ergo stultus nō est: q ne sibi qdem parcat dūmodo al-  
teri nō noceat: quod est malū. Quod qdem nobis & rō & ueri-  
tas ipsa p̄scribit. In omnibꝝ enī uidemus animalibꝝ q sapiētia  
carēt: conciliatricē esse naturā. Nocēt igitur alijs: ut sibi profint.  
Nesciunt enī q malū est nocere. Homo uero qui sciētiā boni ac  
mali habet, abstinet se a nocendo etiā cū incōmodo suo: qd aīal  
irrationale facere nō pōt. Et ideo inter summas hominū uirtu-  
tes: innocētia numerat. Quibꝝ rebus apparet sapiētissimuz esse:  
qui maluit perire ne noceat: ut id officiū quo a mutis discernit,  
seruet. Nā q uendētis errorē nō redarguit: aut aux paruo emat:  
aut qui nō pfiteꝝ fugitiuū seruū, uel pestilentem se domum uen-  
dere: lucro & cōmodo suo consulēs: non est ille sapiens (ut Car-  
neades uideri uolebat) sed callidus & astutus. Calliditas & astu-  
tia in multis quoq; aīalibus sunt: uel cum insidiant alijs & dolo



capiunt ut deuorent: uel cū infidias alioꝝ uario genere deludūt. Sapiencia uero in hominē solū cadit. Sapiencia enī est intelligētia uel ad bonū rectūq; faciendū: uel abstinentia delictoꝝ, factorūq; improboꝝ. Lucro aut̄ nunq̄ sapiēs studet: q̄ bona hęc terre na cōtēnit: nec quēq; falli patiē: q̄ boni uiri officiū est errores hominum corrigere: eosq; in uia reducere: siq; dē socialis hoīs est ac benefica natura: qua sola, cognitionem cū deo habet.

¶ Capitulum. xix. Q̄ ignoratio immortalitatis, & dei ueri p̄dictorū causa erroru; est: & mortē meret̄ ęternam. Et q̄ homo nō sit homīs genitor, s; minister generatōnis. Et quare de⁹ uerā sapienciam uoluit sub specie stulticię occultari.

**S**ed nimirum hęc causa efficit: ut stultus esse uideatur: qui egere aut mori malit: q̄ noceat ul' eripiat aliqd alteri: quod hominem morte deleri putant: ex eaq; persuasione omnes tum uulgi: tū etiā philosophoꝝ nascunt̄ errores. Si enī post mortem nihil sumus: p̄fecto stultissimi hoīs est: nō huic uitę cōsulere, ut sit q̄ diutina: & cōmodis omnibus plena. Quod qui faciat: a iusticię regula discedat necesse est. Si aut̄ supest hōi uita melior & longior: qd̄ & philosophoꝝ magnoꝝ argumētis: & uatū respōsis: & p̄phetaz diuinis uocib⁹ discim⁹ hęc p̄fētē cū suis bonis cōtēnere sapiētis est: cuius oīs iactura immortalitate penat̄. Apud Ciceronē, idē ipse iusticię defensor Lęlius: uult inquit plane uirtus honorē: nec est uirtutis ulla alia merces. Est plane & qdē uirtute dignissima: quā tu Lęli nequaq; poteras suspicari. Nihil enī; diuinarū noueras litterarū, quā tamē illa, inquit, accepit: facile, *inquis, accepit* exigit non acerbe. Erras uehemēter si putas ab hoīe p̄mium solui posse uirtuti. Cū ip̄e alio loco uerissime differas: huic uiro quas diuitias obūcies: quę imperia: quę regna? Qui; ista putat humana: sua bona diuina iudicat. Quis ergo te sapiētē Lęli putet: cū ip̄e tibi loquaris cōtraria; Et paulo post adimis uirtuti, quę dedisti: sed uidelicet ignorātia ueri facit incertā labentēq; sentētiā. Deinde quod adiūgis. Sed si aut ingrati uniuersi aut inuidi multi: aut inimici potētes: suis uirtutē p̄m̄iis spoliāt. O q̄ fragilem quā inanem uirtutē induxisti: si spoliari pōt suo p̄mio. Quę si bona sua, diuina iudicas, ut aiebas: q̄ possunt existere tā ingrati



tam inuidi tam potētes: q̄ uirtutē spoliare ualeāt: his bonis, quę  
fuerint in eā collata diuinit<sup>9</sup>! Ne illa se inquit multis solatijs ob  
lectat: maximeq; suo decore seipsa; sustētat. Quib<sup>9</sup> solatijs quo  
decore: cū in crimē sepe ueniat: & in poena; decor ille uertatur!  
Quid enim si (ut Furi<sup>9</sup> dicebat) rapiatur: uexetur: exterminet:  
egeat: auferantur ei manus: effodiant<sup>r</sup> oculi: damnetur: uinciatur:  
uratur: miseris etiam modis necetur: perdet ne suū premiū; uir  
tus! An potius peribit ipsa! Minime. Sed & mercedem sua; deo  
iudice accipiet, & uiuet & semper uigebit. Quāsi tollas nihil po  
test in uita hominū tam inutile tā stultū uideri esse: q̄ uirtus: cu  
ius naturalis bonitas, & honestas, docere nos pōt animā non esse  
mortalē: diuinūq; illi a deo premiū cōstitutū. Sed iccirco uirtu  
tē ipsa; deus sub p̄sona stulticię uoluit esse celatā: ut mysteriū ue  
ritatis ac religionis suę esset arcanum: ut has religiones: sapienti  
amq; terrēnā extollentē se altius: sibi multū placentē: uanitatis er  
rorisq; dānaret: ut p̄posita deniq; difficultate: per āgustissimos  
tramites ad immortalitatis premiū sublime perduceret. Docui  
(ut opinor) cur populus noster apud stultos, stultus haberet. Nā  
cruciari atq; interfici malle: q̄ thura tribus digitis com̄pensa in  
focum iactare tam ineptum uidetur: q̄ in periculo uitę, alteri<sup>9</sup> ani  
mā, magis curare q̄ suā. Nesciūt enim q̄tum sit nefas adorare ali  
ud p̄terq; deū: qui condidit cēlū atq; terram: qui humanum ge  
nus finxit inspirauit, luce donauit. Quod si seruoꝝ nequissim<sup>9</sup>  
habetur: q̄ dominū suū fuga deserit: isq; uerberibus, uinculis, &  
ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur: & si fi  
lius eodem mō p̄ditus, atq; impius existimatur: q̄ patrē suū dere  
liquerit, ne illi obsequat: ob eāq; causam dignus putatur, quod  
sit exheres: & cui<sup>9</sup> nomē de familia in perpetuū deleatur. Quan  
to magis q̄ deū deserit: in quē uocabula domini & patris eque  
uenerāda cōueniūt. Nā ille, seruū p̄cio cōparat: quid in eū benefi  
cū cōfert, p̄ter alimenta, quę illi utilitatis suę grā sumministrat!  
Et q̄ filiū generat: nō habet in potestate ut cōcipiat: ut nascat: ut  
uiuat. Vnde apparet illū nō esse patrē: sed tm̄modo generandi  
ministrū. Quibus ergo supplicijs dignus est desertor eius: q̄ &  
dominus uerus & pater est: nisi quę deus ipse cōstituit: q̄ spiriti  
bus iniustis eternum parauit igne;: quod ipse per uates suos im  
pijs ac rebellibus comminatur!



**C**api. xx. De infania eorum qui deos colunt: & non audet ratione contendere cum fidelibus. Et quare sacramentorum suorum silentium indicat. Et quod religio per patientiam defendenda est: & ratione potius quam seuitia: ferro: uel igne. Et quantum & in quibus differunt religionis uerę cultus, & falsę.

**O**iscant igitur & suarum & alienarum infectores animarum: quę inexpiabile facinus admittant. Primum quod se ipsos iugulant perditissimis demonibus seruiendo: quos deus in eterna supplicia dānauit: deinde quod nec ab alijs deum coli patiuntur: sed auertere homines ad mortifera sacra cōtendunt: nitunturque summa diligentia: ne quę sit anima incolumis in terra quę saluo statu suo spectet in celum. Quid aliud dicam quam miseros: qui perdonum suorum instigationibus parantur: quos deos esse opinantur: quorum neque cōditionem: neque originem: neque nomina: neque rationem sciunt: sed inherentes persuasioni uulgari libenter errant: & stulticie sue fauent: a quibus si persuasionis eius rationes requiras: nullam possunt reddere: sed ad maiorum iudicia cōfugiunt: quod illi sapientes fuerint: illi probauerint: illi scierint quod esset optimum: seque ipsos sensibus spoliāt: ratione abdicant: dum alienis erroribus credunt. Sic implicati rerum omnium ignorantia nec se nec deos suos norunt. Atque utinam soli errare: soli desipere uellet. Alios etiam in cōfortium sui mali rapiunt: quasi habituri solatiū de perditione multorum. Sed hec ipsa ignorantia efficit: ut in persequendis sapientibus tam mali sint: fingunt se illis cōsulere: illos ad bonam mentem uelle reuocare. Nunc igitur hoc sermone: aut aliquid ratione reddita facere nituntur? Minime. Sed ut atque tormētis. O mira & cęca demētia in his putat mala mens esse: qui fidem seruare conantur: in carnificibus autem bona. In his ne mala mens est: qui contra ius humanitatis: contra fas omne lacerant? An potius in his: qui ea faciunt in corporibus innocētiū: quę nec seuiissimi latrones: iratissimi hostes: nec immanissimi barbari aliquando fecerunt? Adeo ne etiam sibi metiuntur: ut uicissim boni ac mali nomina transferant & immutent? Quid ergo? Non diem noctem uocant: solē tenebras? Alioquin eadem imprudentia est bonis malorum nomina imponere: sapientibus stultorum: iustis impiorum: quin immo si qua illis fiducia est: uel in probitate uel in eloquentia: armēt se ac refellant hec nostra si possunt: congregiantur cominus: & singula quęque discutiant: decet eos suscipere defensionem deorum suorum: ne si nostra inualuerint (ut quotidie inualescunt) cum delubris suis ac ludibrijs deserantur. Et quoniam nihil possunt (auget enim

ignorantia quid mali afferat



illis religio dei quomagis premit rōem) magis & hortamētis agāt.  
Procedāt in mediū pontifices: seu minores, seu maxmi flamines,  
augures: itē reges sacrificoli: quę sunt sacerdotes & antistites reli-  
gionū: cōuocēt nos ad cōtentionē: cohortentē nos ad suscipien-  
dos cultus deoꝝ: psuadeant multos esse: quorū numine ac pui-  
dētia regant oīa: ostēdant origines & inicia sacrorū ac deoꝝ:  
quō sint mortalib⁹ tradita: quę fons, quę rō sit, explicēt: pferāt quę  
merces in cultu: quę poena in cōtēptu maneat: quare ab hoīb⁹ se-  
coli uelint: quod illis (si beati sunt) humana pietas cōferat. Quę oīa  
nō asseueratōe ppria (nec enī ualet quę mortalis hoīs auctoritas)  
sed diuinis aliquibus testimonijs cōfirmēt: sicuti nos facim⁹: non  
est opus ui & iniuria: quę religio cogi nō pōt: uerbis potius quā uer-  
berib⁹ res agēda est; ut sit uolūtas: distringāt aciē ingenioꝝ suo-  
rū: si rō eoꝝ uera est asserat: parati sum⁹ audire si doceāt: tacenti-  
bus certe nihil credim⁹: sicut nec seuiētib⁹ quodē credim⁹. Imitent  
nos: ut rōem toti⁹ rei exponāt. Nos enī; nō illicim⁹ (ut ipsi obie-  
ctant) sed docemus: pbamus: ostendimus. Itaq; nemo a nobis re-  
tinetur inuitus. Inutilis est enī deo quę fide ac deuotione caret: & ta-  
men nemo discedit: ipsa ueritate retinente. Doceant isti hoc mō-  
si qua illis fiducia ueritatis est, loquant: discant. Audeant, inquam;  
disputare nobiscū aliqd eiusmōi: iam profecto ab aniculis quas  
cōtemnunt: & a pueris nostratib⁹ error illorū ac stulticia ridebit.  
Cū enī sint pitissimi: deoꝝq; pgeniē & res gestas & imperia &  
interitus & sepulchra de libris nouerint: ipso scq; ritus quibus sunt  
iniciati uel ex reb⁹ gestis hominū: uel ex casib⁹: uel etiā ex mori-  
b⁹ natos sciāt, incredibilis dementia est deos putare: quos fuisse  
mortales negare nō audeāt: uel si tā imprudētes fuerit ut negēt: siue  
illos ac illoꝝ lre coarguet: ipsa deniq; illos sacroꝝ inicia conuin-  
cent. Sciāt igit ex hoc ipso quātū intersit inter uerū & falsum: quā-  
do ipsi qui sunt eloquētes psuadere nō possunt: imperiti ac ru-  
des possunt: quę res ipsa & ueritas loquitur. Quid ergo? Seuiūt ut  
stulticiā suā, dū minuere uolunt, augeāt. Lōge diuersa sunt carni-  
ficina & pietas. Nec pōt aut ueritas cū ui: aut iusticia cū crudeli-  
tate cōiūgi. Sed merito nō audēt de rebus quę docere diuinis: ne  
& a nr̄is derideant: & a suis deserant. Nā forte uulgus cui sim-  
plex icorruptūq; iudiciū est: si mysteria illa cognoscat: ī memo-  
ria mortuoꝝ cōstituta dānabit: aliudq; uerū quod colat quęret.



Hinc fida silētia sacris cōstituta sunt ab hoīb<sup>9</sup> callidis: ut nesciat  
popul<sup>9</sup> qd colat. Cū aut nos in eoꝝ doctrinis uerseremur: cur no  
bis aut nostris nō credūt: q utrūq nouim<sup>9</sup>: aut inuident q falsis  
uera pferam<sup>9</sup>? S; defendēda sunt, inqūt, publice suscepta sacra. O  
q̄ inhonesta uolūtate miseri errāt. Sētiūt enī nihil esse in reb<sup>9</sup> hu  
manis religione prestāti<sup>9</sup>: eāq̄ summa ui oportere defendi. Sed  
ut in ipa religiōe: sic i defensiōis genere fallunt. Defendēda enī re  
ligio est nō occidēdo: s; moriēdo: nō seuitia: sed patiētia: nec sce  
lere s; fide. Illa enī malorū sunt: hęc bonoꝝ. Et necesse est bonoꝝ  
in religione uersari nō malū. Nā si sanguie: si tormētis: si malo,  
religionē defendere uelis: iā nō defendet illa: s; polluet & uiola  
bit. Nihil est enī tā uolūtariū: q̄ religio in q̄ si aim<sup>9</sup> sacrificantis  
auerfus est: iā sublata iā nulla est. Recta igit rō est: ut religioneꝝ  
patiētia uel morte defendas: in q̄ fides cōsecrata & ipi deo grata,  
& religioni addit auctoritatem. Nā si is q̄ in hac terre stri mili  
tia: regi suo fidē seruet in aliquo egregio facinore: si postea uixe  
rit acceptior fit & carior, Si pierit sūmā cōseqt gloriā: qd p du  
ce sua morte occubuerit: q̄to magis impatori oīuꝝ deo, fides ser  
uāda est: q̄ nō tm̄ uiuētib<sup>9</sup>: s; etiā mortuis p̄miū pōt uirtutis ex  
oluere. Igit̄ dei cult<sup>9</sup> qm̄ militię cęlestis est: deuotōem maximam  
fidēq̄ desiderat. Quō enī de<sup>9</sup> aut amabit colētē: si ipse nō amet  
ab eo? Aut p̄stabit p̄cāti qcqd orauerit: cū ad p̄candū nemo neq̄  
ex aīo: neq̄ obsecrāter accedat! Isti aut cū ad sacrificādū dīs suis  
ueniūt: nihil intimū nihil ppriū offerūt: nō itegritatē mētis: nō  
reuerētiā: nō timorē. Peractis itaq̄ sacrificiis inanib<sup>9</sup>: oēz religio  
nē in tēplo & cū tēplo sicut inuenerāt relinquūt. Nihilq̄ secū ex  
ea: neq̄ afferūt neq̄ referūt. Inde est q̄ eiūsmōi religiōes nec bo  
nos facere p̄nt: neq̄ firmę atq̄ imutabiles esse. Traducunt itaq̄  
ab his hoies facile q̄ nihil ibi ad uitā: nihil ad sapiētiā: nihil ad fi  
dē discit. Quę est. n. supstitio illoꝝ deoꝝ? Quę uis? Quę disci  
plina? Quę origo? Quę rō? Qd̄ fundamētū? Quę sba? Quo ten  
dit: aut qd̄ polliceat ut ab hoie possit fidelit̄ seruari, fortit̄q̄ defē  
di: in q̄ nihil aliud uideo: q̄ ritū ad solos digitos p̄tinentē? Nra  
uero religio eo firma ē & solida & imutabilis: q̄ iusticiā docet  
q̄ nobiscū semp̄ est: q̄ tota i aīo colētis ē: q̄ mētē ipsaz p̄ sacrifi  
cio h;. Illic nihil exigit aliud, q̄ sanguis pecudū: & fum<sup>9</sup> & iępta  
libatio. Hic bona mēs: hic puꝝ pectus: innocēs uita. Illuc ueniūt

egregia oparata.



sine delectu adulterę: impudicę: lenę p̄caces: & obscœnę meretri  
ces. Veniūt gladiatores: latrones: fures: uenefici: & precant̄ nihil  
aliud q̄ ut scelera impune cōmittāt. Quid enī latro sacrificās aut  
gladiator roget: nisi ut occidāt! Quid foenerari⁹: nisi ut fallat!  
Quid meretrix: nisi ut plurimum peccet! Quid adultera: nisi ut  
morte; uiri optet, aut ut sua impudicitia celet! Quid lena: nisi ut  
multos bonis exuat! Quid fur nisi ut plura rapiat! Hic uero etiā  
leui cōiq; peccato loc⁹ nullus ē. Et si qs ad sacrificiū nō integra cō  
sciētia uenerit, audit q̄ de⁹ cōminat̄: ille q̄ latebras cordis uidet: q̄  
peccatis semp̄ infest⁹ est: & exigit iusticiā: q̄ fidē poscit. Quis hic  
male mēti aut male preci loc⁹ est! At illi īfoelices nec ex scelerib⁹  
suis intelligūt q̄ malū sit qd̄ colūt: q̄ qd̄ flagicijs oīb⁹ inq̄nati ue  
niūt ad precādū: & se pie sacrificare opinant̄, si cutē lauerit: tanq̄  
libidinē intra pectus inclusa; Vlli amnes abluāt: aut ulla maria  
purificēt. Quāto sati⁹ est mētē poti⁹ eluere q̄ malis cupiditatib⁹  
sordidat̄: & uno uirtutis ac fidei lauachro uniuersa uicia depelle  
re. Quod q̄ fecerit quālibet inq̄natū ac sordidū corp⁹ gerat: sa  
tis purus est.

**C**api. xxi. Q̄ hostes suos adorat stulta gentilitas: quoꝝ cul  
tus nō mō Christiani: s; & philosophi, & domestici cultores de  
deorū destruunt.

**I**sti aut̄ q̄ nesciūt qd̄ uel quō sit colēdū, cęci & īprudētes ī  
cōtrariū cadūt. Adorāt itaq; hostes suos, latrones & infē  
ctores suos uictimis placāt: & aīas suas cū thure ip̄o cremandas,  
aris detestabilib⁹ īponūt. Irascunt̄ etiā miseri q̄ nō si les alij pere  
ant īcredibili mētiū cęcitate. Quid enī uideāt: q̄ solē nō uident!  
Quasi uero si dīj essent: īdigerēt hoīu; auxilio, aduersus cōtēpto  
res suos: qd̄ ergo nobis irascūt: si illi nihil p̄nt: nisi q̄ ip̄i deos su  
os destruūt: de quoꝝ pt̄ate diffidūt: magis irreligiosi: q̄ q̄ oīno  
nō colūt! Cicero, in suis legib⁹, cū caste ad sacrificia p̄ciperet acce  
dere: pietatē, inq̄t, adhibito: opes amoueto. Q̄ q̄ sec⁹ faxit: de⁹ ip̄e  
uidex erit. Recte hoc qd̄. Neq; enī fas est desp̄are de deo: quem  
ideo colas q̄ pt̄atē putas. Nā quō uindicare colētis īiuriā se p̄t:  
q̄ suā nō p̄t! Libet igit̄ ex his quęrere, cui potissimū prestare se  
putēt, cogēdo inuitos ad sacrificiū. Is ne quos cogūt! At non est  
beneficiū qd̄ ingerit̄ recusanti: sed cōsulendum est etiam uolen  
tibus, quando quod bonū sit, nesciunt. Cur ergo tam crudeliter

*simi lita*

*adhibeto*

*officiu*

*q̄*

*uolentib⁹*



uexant: debilitāt: cruciant: si saluos esse uolunt? Aut unde pietas tā impia: ut eos miseris modis aut p̄dāt, aut inuitiles faciāt: q̄bus uelint esse cōsultū? An uero d̄s p̄stāt? At non est sacrificiū qd̄ exprimit̄ ab inuito. Nisi enī sp̄ote atq; ex animo fiat: execratō est, cū hoīes p̄scriptione, iniurijs, carcere, tormētis, adacti faciunt. Si d̄s sunt isti q̄ sic colunt: aut p̄pter hoc solū colendi non sunt: q̄ sic coli uolūt: digni scilic; detestatōe hominū: q̄b; cū lachrymis cū gemitu: cū sanguine, de mēbris oībus fluēte libat̄. At nos cōtra: nō expetimus ut deū nostrū q̄ est omniū creator: uelit, nolit, colat aliq; inuitus: nec si nō coluerit irascimur: cōfidimus enim maiestati eius: q̄ tā contēptū sui possit ulcisci: q̄ seruoꝝ suoꝝ labores & iniurias: & ideo cū tā nefanda p̄petimur: ne uerbo qd̄e reluctamur: s; deo remittim; ultionē: nō ut hi faciūt: q̄ defēsores se esse deoꝝ suoꝝ uideri uolūt: & se uiuēt efferate aduersus nō colētes. Ex quo intelligi dat̄ quā nō sit bonū deos colere: q̄m bono potius adducēdi homīes ad bonum fuerāt, nō malo: sed q̄ illud malū est: etiā officiū eius bono caret. At enī puniendi sunt qui destruūt religiones. Nū peius nos destruimus q̄ natio Aegyptiorū q̄ turpissimas bestiarū ac pecudū figuras colūt? Quēdā etiā pudēda dictu tanq̄ deos adorābēt. Nū peius, q̄ iidē ipsi q̄ cum deos se colere dicāt: tñ eos publice turpiterq; deridēt: de quibus etiā per mimos agi, cū risu & uoluptate patiunt̄? Qualis hęc religio aut quāta maiestas putāda est: quē adoratur in templis: illud in theatris? Et q̄ hęc fecerint nō poenas uiolati numinis pendunt: sed honorati etiā laudatiq; discedūt. Nū peius nos destruimus: q̄ q̄dam philosophi q̄ omnino nullos deos esse aiunt: sed omnia sp̄ote esse nata: omnia fortuito fieri quē geruntur? Num peius q̄ Epicurei: qui esse quidem deos: sed curare q̄cū negant: neq; irasci eos neq; gratia cōmoueri? Quibus dictis utiq; p̄suadent colendos omnino non esse: si q̄dem nec colentes respiciūt: neq; non colentibus irascuntur. Preterea cū contra metus disse- runt nihil aliud efficere conantur: q̄ ut nemo deos timeat: & hęc tamen ab hominibus & audiuntur libenter & differunt̄ ip̄une.

**¶** Capitulum. xxij. Quare maligni spiritus instigent cultores suos in persecutionem fidelium. Et quare uera religio uideatur inanis.



Non ergo ideo aduersus nos infaniunt: quod dum non coluntur a nobis: a multis enim non coluntur: sed quod ueritas penes nos est: quod (ut est uerissime dictum) odium parit. Quid igitur existimabimus: nisi nescire illos qui patiuntur? Pergitur ergo ceco & irrationabili furore: quem nos uidemus illi nesciunt. Non enim ipsi homines persequuntur: qui causam cur irascantur innocentibus, non habent: sed illi spiritus contaminati ac perdit: quibus ueritas & nota est & inuisa: insinuant se mentibus eorum & instigant nescios in furore. Hi enim quod diu pax est in populo dei, fugitant iustos & pauent. Et cum corpora hominum occupant: animasque diu uexant: adiurantur ab his: & nomine ueri dei fugantur. Quo audito tremunt, & exclamant, & uri, uerberarique se testantur. Et interrogati qui sint: quando uenerint: quomodo in hominem irrepserint, confitentur. Sic extorti & excruciat i uirtute diuini nominis exulant, propter hec uerba & minas, sanctos & iustos uiros semper oderunt: & quod per se nocere his nihil possunt: publicis eos odijs persequuntur: quos sibi graues sentiunt, exercentque seuitiam: quam uolentissime possunt: ut aut eorum fidem minuant per dolorem: aut si id efficere non quierint: auferant omnino de terra ne sint qui possint eorum nequitiam cohercere. Non me fugit quid responderi e contrario possit. Cur ergo deus ille singularis: ille magnus: quem rerum potentem: quem dominum omnium confiteris, hec fieri patitur: nec cultores suos aut uindicat aut tuetur? Cur denique qui eum non colunt opulenti & potentes & beati sunt & honoribus regnoque potiuntur eosque ipsos ditioni sue ac potestati subiectos habent? Reddenda & huius ratio est rei: ne quid remaneat erroris. Nam in primis hec causa est cur existimetur, religio dei uiui non habere, quod inducantur homines spe terreno & ac presentium bonorum: que ad curam mentis nullo modo pertinet: quibus quod carere iustos uident, & affluere iniustos, & dei cultum inanem arbitrantur: in quo inesse illa non cernunt, & deo & ritus existimant ueros: quoniam cultores eorum, & diuitijs: & honoribus & regnis fruuntur. Verum hi qui sunt in ista existimatione, non percipiunt alterius uim, rationemque hominis que tota non in corpore sed in mente est. Nihil enim uident amplius quam uidetur corpus: scilicet quod quod uidetur oculis manuque tractabile est: imbecillum fragile mortale est: cui sunt illa omnia bona que cupiditati ac miraculo sunt opes, honores, imperia: quam corpori afferunt.





uoluptates: & ideo tam caduca sunt: q̄ corpus ipsuz. Animus uero in quo solo est homo: qm̄ subiect⁹ oculis nō est: nec bona ei⁹ inspicī possunt: quę in sola uirtute sunt posita: & ideo tā stabilis & cōstans & p̄petuus sit necesse est: sicuti ipsa uirt⁹ in qua est animi bonum.

¶ Capitulum. xxiij. Quare deus electos suos tradita impijs potestate uexari patitur.

**L**ongum est uniuersas uirtutū species p̄mere: ut de singulis doceā q̄ necesse sit sapientem ac iustum uix lōge ab illis bonis abhorrere: quibus q̄ fruunt̄ iniusti: deorū cultus ueri & efficaces esse credunt̄: quod ad presentē pertinet quęstionem: satis est si ex una uirtute id p̄bemus quod intendim⁹. Nempe magna & p̄cipua uirtus est patientia: quaz pariter & uulgi publice uoces: & philosophi & oratores sūmis laudibus cōcelebrant. Qd̄ si negari nō potest, quin summa sit uirtus: necesse est iustum & sapientē uirū, in potestate esse hominis iniusti, ut capiat patientiam. Patientia est enī malorū quę aut inferuntur, aut accidunt cuz equanimitate platio. Ergo iustus ac sapiens: q̄ uirtutē capit: habet in se patientiam: qua carebit omnino: si nihil patietur aduersi. Contra: qui in rebus prosperis agit, impatientis est & uirtute maxima caret: impatientem dico q̄ nihil patitur. Innocentiā quoq̄ seruare nō potest: quę & ipsa iusto & sapiēti uiro, p̄pria est uirtus: sed & nocet sepe & cōcupiscit aliena: & rapit quę cupierit p̄ iniuriā: q̄ uirtutis expers, uicio, peccatoq̄ subiectus est: & fragilitatis oblitus, animo insolenter elato tumet. Inde iniusti ac deum nescientes: & diuitijs & potentia & honoribus florent. Hęc enī, cuncta iniusticię p̄mia sunt: q̄ & p̄petua esse non possunt: & per cupiditatem uiolentiamq̄ quęruntur. Iustus uero ac sapiens quia illa omnia humana sunt (ut est a Lelio dictum) sua bona diiudicat: nec alienum quicq̄ concupiscit: ne quem cōtra ius humanitatis lēdat omnino: nec ullam potentiam, honoremue desiderat: ne cui faciat iniuriam. Scit enī, cūctos ab eodē deo, & ab eodē cōditore generatos, iure fraternitatis esse coniunctos: sed & suo contentus & paruo: q̄ fragilitatis suę memor nō ampli⁹ quęrit: q̄ unde uitam sustentet: & ex eo ipso quod habuerit: impartitur etiam nō habenti q̄ pius est: pietas etiam summa uirtus est: &



accidit ex eo quod voluptates caducas, uicio fasque continet: quare cau-  
sa opes appetunt: quam continens est ac libidinum uictor: & nihil tumo-  
ris atque insolentiae gerens: non extollit se altius: nec erigit superbum  
caput: sed placidus, & concors & planus, & comis est: quod conditione  
sua nouit. Cum ergo iniuriam nulli facit: nec aliena rapiat: nec sua  
quocumque si auferant defendat cum sciat etiam illatam iniuriam moderate  
ferre: quod uirtute praeditus est: necesse est iustum hominem subiectum  
esse iniusto: & contumeliosum ab insipiente effici sapientem: ut & il-  
le peccet quod iniustus est: & hic in se uirtutem habeat quod iustus est. Si quis  
autem uolet scire plenius cur malos & iniustos deus potentes be-  
atos, & diuites fieri sinat: pios contra humiles miseros inopes esse  
patiatur: sumat eum Senecae librum cui titulus est. Quare bonis uiris  
multa mala accidant: cum sit prudentia. In quo ille multa non pla-  
ne imperitia seculari: sed sapienter ac pene diuinitus elocutus est.  
deus, inquit, homines pro liberis habet: sed corruptos & uicio-  
sos & luxuriose & delicate patitur uiuere: quod non putat emendatione  
sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat saepius, & assiduis  
laboribus ad usum uirtutis exercet: nec eos caducis ac mortalibus  
bonis, corrumpi ac deprauari sinit. Unde nemini debet mirum  
uideri si pro nostris saepe delictis castigamur a deo: immo uero  
cum uexamur, ac premimur: tum maxime gratias agimus indul-  
gentissimo patri: quod corruptelam nostram non patitur longius  
procedere: sed plagis ac uerberibus emendat. Ex quo intelligimus  
nos esse deo curae: quoniam cum peccamus irascitur. Nam cum posset  
populo suo & opes & regna largiri, sicut dederat ante iudeis: quo-  
rum nos successores ac posterum sumus: iccirco etiam uoluit sub alie-  
na ditione atque imperio degere: ne rerum prosperarum foelicitate cor-  
ruptus, in luxuriam laberetur: ac dei praecipua contingeret: sicut il-  
li maiores nostri qui saepe terrenis ac fragilibus his bonis enerua-  
ti aberrauerunt a disciplina legis, uinculaque ruperunt: prouidit er-  
go quatenus cultoribus suis praestaret quietem, si mandata serua-  
rent: & tamen eos emendaret, si praecipitis non obtemperassent. Itaque  
ne tam corrumpere otio, quam patres eorum licentia, premi eos ab-  
his uoluit in quorum manibus eos collocauit: ut & labentes con-  
firmet & corruptos ad fortitudinem repararet & fidos expe-  
riat ac teneat. Quomodo enim potest imperator militum suorum  
probare uirtutem, nisi habuerit hostem? Et illi tamen aduersari

cur malos & iniustos  
non potentes beatos &  
diuites fieri sinat



furgit inuito: quod mortalis est, & uinci potest: deo autem quod repugna-  
ri non potest: ipse aduersarios nomini suo excitat: non quod contra ipsum  
deum pugnet: sed contra milites eius: ut deuotionem ac fidem suorum,  
uel probet uel corroboret: donec pressuram uerberibus defluentem  
corrigat disciplinam. Est & alia causa cur aduersus nos persecutioes  
fieri sinat: ut dei populus augeatur. Nec est difficile monstrare cur  
aut quomodo illud fiat. Primum fugant a deo & cultoribus plurimi  
odio crudelitatis (cui etiam talia sacrificia non horreat: deinde placet  
quibusdam uirtus ac fides ipsa: nonnulli suspicant deorum cultum non  
sine causa malum putari a tam multis hominibus: ut emori malint:  
quam id facere quod alii faciunt ut uiuant. Aliqui cupiunt scire quidnam sit  
illud bonum quod ad mortem usque defendit: quod omnibus que in hac  
uita iocunda & cara sunt preferunt: a quo nec bonorum, nec lucis amissio,  
nec dolor corporis, nec uiscerum cruciamenta deterrent: ualent hec  
plurimum sed ille maxime cause nostrorum numerum semper auxerunt.  
Audit circumstantes populus inter ipsa tormenta dicentes non sacrificare  
se lapidibus humana manu factis: sed deo uiuo qui sit in celo. Multi  
hoc uerum esse intelligunt: & in pectus admittunt. Deinde ut fieri  
solet in rebus incertis: dum inter se inuicem querunt, que sit huius per-  
seuerantie causa, multa que ad religionem pertinent diuulgata, ac per  
rumorem uicissim aucupata discunt: que quod bona sunt placeant ne-  
cesse est. Preterea ultio secuta sicut semper accidit, ad credendum  
uehementer impellit. Ne hec quidem leuis causa est: quod immundi de-  
monum spiritus accepta licentia multorum se corporibus immergunt,  
quibus postea reiectis: omnes qui resanati fuerint, adhereant reli-  
gioni cuius potentiam senserunt. Hec tot cause in unum collate: ma-  
gnam deo multitudinem mirabiliter acquirunt.

**Capitulum. xxiiii.** Quod bonorum tortores torquebuntur: & ma-  
las bestias de terra auferet deus.

**Q**uid ergo aduersus nos mali principes moliunt fieri  
ipse permittit: & tamen iniustissimi persecutores quibus dei nomen con-  
tumelie ac ludibrio fuit: non se putent impune laturos: quod indigna-  
tionis aduersus nos, eius quasi ministri fuerunt. Punient enim iudi-  
cio dei: qui accepta potestate supra humanum modum fuerint ab-  
usi: & insultauerint etiam deo superbius: eiusque nomen eternum



uestigijs suis subiēcerit, impie nefarieq; calcādū. Propterea uindi-  
catuꝝ se eos celeritꝝ pollicetꝝ: & exterminatuꝝ bestias malas de ter-  
ra. Sed idē q̄uis populi sui uexatōes & hic in p̄senti soleat uīdica-  
re: tñ iubet nos expectare patiēter illū cęlestis iudicij diē: quo ip̄e  
p̄ suis quēq; meritis aut honoret aut puniet. Quaproptꝝ nō spe-  
rēt sacrilegę animę cōtēptos & multos fore quos sic opterunt. *obterunt*  
Veniet rabiosis ac uoracibꝝ lupis merces sua: q̄ iustas & simpli-  
ces aīas nullis facinoribꝝ admittis excruciauerūt. Nos tñmō la-  
boremꝝ: ut ab hoībꝝ nihil aliud in nobis, nisi sola iusticia puniat,  
Demus operā totis uiribꝝ: ut mereamur a deo simul & ultioneꝝ  
passionis & premiū.

¶ L. Coelij lactātij Firmiani diuinay institutionū aduersus gē-  
tes liber sextus: de uero cultu ad Cōstātinū imperatorem.

¶ Q̄ innocentia uerissimus dei cultus est: quaz carnalis homo  
corpori deditus nescit Capitulum. i.



Q̄d erat officiū suscepti muneris diuino spiri-  
tu instruēte: ac suffragante ipsa ueritate compleui-  
mus. Cuius asserendę atq; illustrādę causa mihi  
& scientiam & fidem ipse dominꝝ noster impo-  
suit: sine quo nec sciri quicq; potest nec explicari.

Venio nunc ad ipsum quod est summum operis huius & maxi-  
mum: ut doceā quo ritu: quoue sacrificio deum coli oporteat.  
Id enī est hominis officiū: in eoq; solo summa rerum & omnis  
beatę uitę ratio cōsistit: quandoq; dē propterea facti & inspirati  
ab eo sumus: non ut cęlū uideremus & solē (quod Anaxagoras  
putauit) ut artificem solis & cęli, deū, pura & integra mente cole-  
remus: quāuis autem p̄cedentibus libris, p̄ ingenij mediocritate  
defenderim ueritatem, tñ ex ritu quoq; ipso elucere, uel maxime  
pōt. Nihil enī sancta & singularis illa maiestas aliud ab homie  
desiderat: q̄ solā innocētā: quā si q̄s optulerit deo, pie satis reli- *obtulert*  
gio seq; litauit. Hoīes aut neglecta iusticia: cū sint omnibus flagi-  
tis ac sceleribus inquinati: religiosos se putant, si templa ac aras,  
hostiarū sanguine cruentauerint: si focos adorauerint: ac ueteris  
uini perfusione madefecerint. Quinetiā sacris dapes apparāt &  
exq̄sitas epulas (quasi aliquid inde libaturi), offerunt. Quicquid  
aspectu earum: q̄cqd opere aut odore p̄ciosu; est: & hęc grata

*hic incipit liber. 6.*

*s. esse deum*



dīs suis non ex aliqua diuinitatis ratione, quam nesciunt, sed ex  
suis cupiditatibus iudicant: nec intelligunt terrenis operibus de  
um non indigere. Nihil enim sapiunt nisi terram: bonaq; & ma  
la soli<sup>9</sup> corporis sēsu & uoluptate ppendūt. Huius arbitrio ut reli  
gionē ponderāt: sic totius uite suę acta disponunt. Et quoniā te  
semel a cęli contemplatione auertunt: sensumq; illū cęlestē cor  
pori mancipauerunt. Libidinibus fręna permittunt, tanq; secum  
ablaturi uoluptatem: quā momentis omnibus capere festināt: cū  
animus ministerio corporis, nō corpus ministerio animi, uti de  
beat. Idem maximum bonum iudicant opes: quas si bonis arti  
bus assequi non possunt: malis assequuntur: fraudāt: rapiūt: spo  
liant: insidiantur: abiurant. Nihil deniq; moderati aut pensi ha  
bent: dummodo auro corruſcent: argento: gēmis: uestibus ful  
geant: auidissimo uentri, opes ingerant: stipati familiarium gre  
gibus per domitum populu; semper incedant: sic addicti & ser  
uientes uoluptatibus, uim, uigoremq; extinguunt: & cū uiuere se  
maxime putant: ad mortem concitatissime properant. Nam (si  
cut in secundo libro docuimus) cęli ratio in animo: terre autē in  
corpore est: q; bona negligunt animi: corporis appetunt. In tene  
bris ac morte uersant: quę sunt terre atq; corporis: q; uita & lu  
men de cęlo est: cuius quoniam expertes sunt, corpori seruiendo,  
longe absunt ab intellectu rerū diuinarū. Eadem miseros ubiq;  
cęcitas premit: sicut q; sit uer<sup>9</sup> deus: ita q; sit uer<sup>9</sup> cultor ignorant.

**Capitulum. ij.** Q; deus nec esurit nec sitit nec in tenebris est:  
ut ei oporteat hostias immolari aut unā offerri, uel lumina. Et q;  
re hęc offerantur dīs gentium quę fidem rectam, & uerā innocē  
tiā offerre nesciūt: in quibus cōsistit dei cultus. Et q; intra oīa q;  
ad cultum dei pertinent p̄stantissimum est: homines ad uerita  
tem & iusticiam erudire. Et quare nolit ab elementis incipere.

**A**ctant igitur opimas ac pingues hostias deo quasi esuriē  
ti: profundunt uina tanq; sitienti: accendunt lumina uelut  
in tenebris agēti. Quod si suspicari aut p̄cipere animo possent,  
quę sint bona illa cęlestia: quorum magnitudinem terreno ad  
huc corpore obuoluti, sensu capere non possumus: iam se, cu; his  
officijs inanibus, stultissimos esse cognoscant: ul' si cęleste lumē

*caute lege*

*auertunt*

*idem*

*207.41*



quod dicimus solem cōtemplari uelint : iam sentiāt q̄ nō indige  
at lucernis eorū deus: q̄ ipse in usum hominis tam claram: tam  
candidā lucem dedit. Et tamen cū in tam paruo circulo: qui pro  
pter longinquitatem nō ampli⁹ q̄ humani capitis uidetur habere  
mensuram: tātum sit fulgoris, ut eum mortaliū luminū acies nō  
queat cōtueri. Et si pauli per intenderis, hebetatos oculos caligo  
ac tenebre cōsequant̄. Quid tande; luminis, quid claritatis apud  
ipsum deum (penes quem nulla nox est) esse arbitremur: q̄ hanc  
ipsa; lucē sic moderatus est: ut neq; nimio fulgore: neq; calore ue  
hementi noceret animātibus: tantūq; istaru; rerum dedit ei quā  
tum mortalia corpora pati possunt: aut frugum maturitas po  
stularet? Num igit̄ mentis iuē compos putandus est: q̄ auctori  
& datori luminis, cādelarū ac cerarū lumen offert pro munere.  
Aliud uero ille a nobis exigit lumen: & quidem non fumidum:  
sed (ut ait poeta) liquidum atq; clarū mentis: scilicet propter qd̄  
a poetis fontes nūcupant̄ quod exhiberi nō potest, nisi qui deus  
agnouerit. Illorū autem dū quia terreni sunt egent luminibus ne  
in tenebris sint: quorū cultores q̄ cēleste nihil sapiūt: etiam reli  
giones quibus deseruiūt ad terrā reuocant. In ea lumine op⁹ est:  
q̄ ratio eius & natura tenebrosa est. Itaq; dīs nō cēlestē ienlum  
sed humanum potius attribuūt. Ideoq; illis necessaria & grata  
credunt esse; quę nobis; quibus aut esuriētibus opus est cibo: aut  
sitientibus potu: aut uelte argentibus: aut cum sol decesserit lu  
mine: ut uidere possimus. Nullis igit̄ ex rebus, tam probari &  
intelligi potest deos ipsos, cū aliquādo uixerint, mortuos esse: q̄  
ex ipso ritu qui est totus terra. Quid enim cēlestis in se boni po  
test habere pecudum sanguis effusus: quo aras inquināt: nisi for  
te deos existimāt eo uelci quod homines aspernantur attingere?  
Et quisquis illis hanc faginam pręstiterit: quis ille grassator, ad  
ulter, ueneficus, parricida sit: beatus ac foelix erit. Hunc diligunt,  
hunc tuentur: huic omnia quę optauerit pręstant. Merito ergo  
Persius huiuscemodi supstitiones suo more deridet. Qua tu,  
inquit, mercede deorū emeris auriculis, pulmone & lactibus un  
ctis? Sentiebat uidelicet non carne opus esse ad placandā cēlestē;  
maiestatem: sed mente sancta & iusto animo & pectore (ut ipse  
ait) qd̄ naturali sit honestate generosum. Hęc est religio cēlestis  
non quę constat ex rebus corruptis: sed quę uirtutibus animi: q̄


adum est  
quod dicitur  
appellatur  
aut nunc  
quod dicitur

auriculas



oritur e celo. Hic uerus cultus est: in quo mens colentis seipsam deo immaculatā uictimā sistit. Id aut ipsū quō cōsequendū, quō prestandū sit, docebit huius libri disputatio. Nihil enī tam preclarū: hominib; cōueniēs pōt esse: q̄ erudire homines ad iusticiā. Apud Ciceronē Catulus in hortensio, philosophiā omnib; preferēs: malle se dicit uel unū paruū de officio libellū: q̄ lōgam oratione; pro sedicioso homine Cornelio. Quę sententia non utiq; Catuli q̄ fortasse illud non dixit: s; Ciceronis est putanda; q̄ scripsit (credo) ut libellos quos de officijs erat scripturus cōmēdaret: in q̄bus ipsis nihil esse testat̄ in omni philosophia melius & fructuosius: q̄ precepta uitę dare. Quod si hoc illi faciūt qb; non est ueritas cognita: quātō magis nos facere debemus: q̄ a deo eruditi & illuminati possumus uera precipere: nec tñ sic docebimus: ut quasi prima uirtutis elemēta tradamus quod est infinitū sed tanq̄ docendū suscepimus eum qui apud illos iam perfectus uideatur. Manentibus enī preceptis eorū quę solent ad probitatem recte dare, ignota illis superstruemus ad pficienda; cōsummandamq; iusticiā quam non tenent. Ea uero quę possunt cu; illis esse cōmunia pretermittā: ne qd ab his uidear mutuari, quorum errores coarguere atq; aperire decreuerim.

¶ Capitulū. iij. De duabus uis quārum altera uirtutum altera uiciorum est: quę in littera pythagorica figurant̄: & fidelius tractātur a christianis q̄ a philosophis. Et de duob; ducibus uiarum.

 Vę sunt uie per quas humanam uitā progredi necesse est, scilicet una quę in celum ferat: altera quę ad inferos deprimat: quas & poetę in carminibus: & philosophi in disputationibus suis induxerūt. Et q̄de; philosophi alterā uirtutē esse uouerūt: alterā uiciorū: eāq; quę sit assignata uirtutib; primo aditu esse arduā, & cōfrago sam: in qua si q̄s difficultate superata in summum eius euaserit, habere eum decetero planum iter: amoenūq; campum: & omnes labores capere fructus uberes, atq; iucundos. Quos autem primi adit; difficultas deterruerit: eos in eā uiciorū uia labi atq; deflectere: quę primo ingressu sit quasi amoena, multoq; tristior: deinde cū in eā paulo ulterius pcesserit amoenitatis ei; spem repēte subduci: exoriri aut uiam precipitē,



Nunc saxis asperā: nūc obductā sentib<sup>9</sup>: nūc gurgitib<sup>9</sup> intercisa;  
uel torrentib<sup>9</sup> rapidā: ut laborare, herere, labi, cadere sit necesse.  
Quę omnia eo pferūt: ut appareat in uirtutib<sup>9</sup> capiēdis labores  
esse maximos: in pceptis aut maximos fruct<sup>9</sup>: & solidas atq;  
incorruptas uoluptates. Vicia uero qbusdā deliniamētis natu-  
ralibus illicere animos hominū: & inaniū iucūditatū specie cap-  
tos: ad acerbis amaritudīes miserialq; pducere. Sapiēs prorsus  
disputatio: si uirtutū ipsarū formas atq; terminos scirēt: nō enī  
didicerant uel quę sint: uel qd eas mercedis a deo maneat: qd nos  
his duobus libris docebim<sup>9</sup>. Hi uero q ignorabant: aut dubita-  
bāt animas hominum immortales esse: & uirtutes & uicia teri-  
nis honoribus aut poenis estimauerūt. Omnis ergo hęc de dua-  
bus uīs disputatio ad frugalitatē ac luxuriā spectat. Dicūt enim  
humanę uitę cursu. Y. litterę esse similē: q unusq; q; hominum  
cū primū adolescētię limen attigerit: & in eū locu; uenerit: ubi  
se uia findit in ambas. Hęc mutabūd<sup>9</sup>: ac nesciat in quā se par-  
tem potius inclinet. Si duce; nactus fuerit: q dirigat ad meliora  
titubantē: hoc est si aut phiam didicerit: aut eloquētiā: aut aliqd  
honestę artis: quo euadat ad bonā frugē: qd fieri sine labore ma-  
ximo nō pōt. Honestā ac copiosam uitā disputāt pacturum. Si  
uero doctore frugalitas nō inuenerit: ad sinistram uia; quę me-  
lioris speciē mentiat incedere: id est desidię, luxurię, inertięq; se  
tradere: quę suauia quidē uident ad tempus, uera bona ignoran-  
ti. Post autem amissa omni dignitate ac re familiari in omnibus  
miseriis ignominiaq; uicturū. Ad corp<sup>9</sup> ergo & ad hęc uitā quā  
in terra ducimus: fines earū uiarum retulerūt; poetę fortasse me-  
lius: qui binum hoc apud inferos esse uoluerūt: sed in eo fallunt<sup>r</sup>  
q; eas uias mortuis pposuerūt. Vtriq; ergo uere: sed tamē utriq;  
nō recte: q oportuit uias ipsas ad uitam: fines earum ad morte;  
referri. Nos igitur melius & uerius: quia duas istas uias cęli &  
inferorū; esse dicimus: q iustis imortalitas: iniustis poena ęter-  
na proposita est. Quomodo autem uię istę uel in cęlum tollāt  
uel ad inferna precipitent explicabo: & aperiā quę sint uirtutes  
quas philosophi nescierunt: tum etiam quę sint earum pemia:  
simul etiam quę sint uicia: quę eorum supplicia monstrabo.  
Nam fortasse aliquis expectet ut separatim de uicijs ac uirtutib<sup>9</sup>  
dicam: cum de bono ac malo differentibus nobis etia; quod est

*biuium*



contrarium possit intelligi. Siue enim uirtutes inferas, uicia sponte decedunt: siue uicia eximas, uirtutes ultro subibunt: sic bonorum ac malorum constituta natura est: ut se inuicem semper oppugnent: semper expellant: ita fit ut neque uicia retrahi sine uirtutibus possint: nec uirtutes inferi sine detractioe uiciorum. Has igitur uias longe aliter inducimus: quam a philosophis induci solent. Primum quod utique propositum esse dicimus, ducem utrumque immortalem: sed alterum honoratum qui uirtutibus ac bonis sit praeditus. Alterum damnatum: qui uicijs ac malis: illi autem in deteriore tantum uiam ducem ponunt neque unum neque perpetuum. Si quidem quelibet doctorem bonae artis inducunt: qui a desidia reuocet homines: & frugis esse doceat, sed neque ingredi faciunt in eam uiam: nisi pueros & adolescentes: uidelicet quod artes discantur in his aetatibus. Nos autem omnis sexus & generis & aetatis in hoc caeleste iter inducimus: quia deus qui eius uiae dux est: immortalitatem nulli homini nato negat. Forma quoque uiarum ipsarum non ita est ut illi putauerunt. Quid enim opus est. Y. littera in rebus contrarijs atque diuersis? Sed altera illa melior, conuersa est ad solis ortum: altera illa deterior ad occasum: quoniam qui ueritatem ac iusticiam sequitur: is accepto immortalitatis premio perenni luce potietur: qui autem ab illo malo duce illectus praetulerit uicia uirtutibus, mendacium ueritati, necesse est ad occasum & tenebras deferatur. Describam igitur utranque: & earum proprietates habitusque monstrabo.

**C**apitulū. iiii. De uia uirtutis quae in elysios campos deducere dicitur: & uiciorum quae ad impia tartara ducit: & ducibus utriusque.

**U**na est igitur uirtutis ac honorum uia: quae fert nos in elysios campos (ut poetae loquuntur) sed ad ipsam mundi arcem, hac leua malorum exercet poenas: & ad impia tartara mittit. Est enim criminatoris illius: qui prauis religionibus institutis, auertit homines ab itinere caelesti: & in uiam praedestinationis inducit: cuius uiae species, & figura sic est composita in aspectu: ut plana & patens omni genere florum atque fructuum delectabilis esse uideatur. In ea enim posuit deus omnia quae pro bonis habentur in terram: opulentiam dico: honorem: quietem: uoluptatem: illecebras omnes: sed cum his pariter iniusticiam: crudelitatem: superbiam: perfidiam: libidinem: cupiditatem:

*opinor legendum .  
saluet ad ipsam mundi arcem,  
at leua malorum exercet poenas.*



discordiam: ignorantiam: mendacium: stulticiam: ceteraque uicia.  
Exitus autem huius uie talis est, Cum uentum fuerit ad extremum un-  
de iam regredi non licet, cum omni sua pulchritudine tam subito  
precipit: ut non ante quam fraudem prospicere possit: quam precipitatur in  
altitudinem profundam cadat. Quisquis enim presentium bonorum specie ca-  
ptus: & in his consequendis, ac fruendis occupatus, non preuiderit, ea  
que post mortem secutura sunt: seque a deo auerterit: is uero ad infe- <sup>denique</sup>  
ros deiectus in eternam dabitur poenam. Via ergo illa celestis diffi-  
cilis & cliuosa proposita est: uel spinis horrentibus aspera: uel saxis  
extantibus impedita: ut cum summo labore ac pedum tritu: cumque ma-  
gna cadendi sollicitudine sit cuique gradiendum in hac posuit iusti-  
ciam: temperantiam: patientiam: fidem: castitatem: abstinentiam: concordiam:  
scientiam: ueritatem: sapientiam: ceteraque uirtutes: sed simul cum his  
paupertatem: ignominiam: laborem: dolorem: amaritudines omnes. Quis-  
quis enim spiritum suum porrexerit longius: & meliora maluerit: carebit his  
terre bonis: ut expeditus ac leuis difficultatem uie superet. Nec  
enim potest qui se apparatus regio circumdederit, aut diuitijs oner-  
auerit: angustias illas uel ingredi uel tenere. Unde intelligitur  
iccirco malis & iniustus facilius prouenire que cupiant: quia pro-  
na & decliuis est eorum uia: bonis autem que optent, difficile pro-  
cedere: quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iustus ergo quo-  
nia durum, asperumque iter ingressus est, contemptui, derisui, odio sit  
necesse est. Omnes enim quos cupiditas aut uoluptas precipites  
trahit: inuidet ei qui uirtutem capere potuit: & inique ferunt id  
habere aliquem quod ipsi non habent. Erit itaque pauper humilis, igno-  
bilis, subiectus iniurie: & tamen omnia que amara sunt perfe-  
rens. Et si patientiam iugem ad summum illum gradum, finemque per-  
duxerit, dabitur ei corona uirtutis: & a deo pro laboribus quos  
in uita propter iusticiam pertulit: immortalitate donabitur. Hec  
sunt uie quas deus humane uite assignauit: in quibus singulis &  
bona ostendit & mala: sed ordine prepostero atque conuerso. In  
una enim monstrauit temporalia prius mala, cum eternis bonis  
qui est ordo melior: in altera temporalia prius bona cum eternis ma-  
lis qui est ordo deterior: ut quicumque presentia mala, cum iusticia  
delegerit: maiora & certiora bona consequentur: quam fuerunt illa que spre-  
uit. Quisquis autem presentia bona preposuerit iusticie: in ma-  
iora & longiora incidet mala: quam fuerunt illa que fugit. Hec enim



uita tēporalis est q̄ breuis est: & iccirco & bona eius, & mala bre-  
uia sint necesse est. Illa uero spūalis quę huic terrēne cōtraria est:  
q̄ sempiterna est: iccirco & bona ei⁹ & mala sempiterna sunt. Ita  
fit: ut & bonis breuib⁹ mala eterna: & malis breuib⁹ bona eterna  
succedāt. Itaq̄ cū simul p̄posita sint homini bona & mala cōsi-  
derare unūquēq̄ secū dec, q̄to satius sit pro p̄petuis bonis, mala  
breuia p̄sare: q̄ pro breuib⁹ & caducis bonis, mala p̄petua susti-  
nere. Nā sicut in hoc seculo cū est p̄positus cu; hoste certamen:  
prius laborandū est: ut sis postmodū in ocio: esuriendū, sitiendū,  
Aestus, frigora p̄ferēda, humi q̄scendū: uigilandū: periclitandū  
est ut saluis pignorib⁹: & domo, & re familiari: & omnibus pa-  
cis ac uictorię bonis p̄frui possis. Sina ut p̄sens ociū malueris  
q̄ laborē: malū tibi maximū facias necesse est. P̄occupabit enī  
aduersarius nō resistantē: uastabunt agri: deripiet domus: in pre-  
dam uxor, ac liberi uenient: ipse interficiere ac capiere. Quę om-  
nia ne accēdant p̄sens cōmodū dēferēdū est: ut maius lōgiusq̄  
pariat. Sic in omni hac uita q̄ nobis aduersarium deus reuerua-  
uit: ut possemus capere uirtutē: omittenda est p̄sens uoluptas:  
ne hostis opprimat: uigilandū stationes agendę: militares expe-  
ditiones obeundę: fundendus ad ultimū; cruor. Omnia deniq̄  
amara, & grauia patienter ferenda: eo quidem promptius quo  
nobis imperator noster deus, p̄mia pro laboribus eterna con-  
stituit. Et cum in hac terrēna militia tantum homines laboris ex-  
hauriant: ut ea sibi pariant: quę possunt eode; modo perire quo  
parta sunt: certe nobis nullus labor est recusandus: quo id acqui-  
ritur quod nullo modo possit amitti. Voluit enī deus qui ho-  
mines ad hanc māliciam genuit: expeditos in acie stare: & inten-  
tis acriter animis ad unius uel inuisibilis hostis insidias: uel aper-  
tos impetus uigilare: q̄ nos (sicut periti & exercitati duces solēt)  
uarijs artibus captat: p̄ cuiusq̄ natura & moribus seuiens. Alijs  
enim cupiditatē insatiabilē immittit: ut opibus suis tanq̄ cōpedi-  
bus illigatos: a uia ueritatis excutiat. Alios inflammat ire stimu-  
lis: ut ad nocendū potius intētos: a dei cōtēplatione detorqueat.  
Alios imoderatis libidinib⁹ immergit: ut uoluptati & corpori  
seruiētes: ad uirtutē respicere nō possint. Alijs uero inspirat inui-  
diā: ut suis ipsis tormētis occupati: nihil aliud cogitēt: nisi eorū  
quos oderint foelicitatē. Alios inflāmat ambitōib⁹. Hi sunt qui



ad gerēdos ingratus oēm uite suę operā curāq; conuertūt: ut fa-  
stos signēt: & annis nomē iponāt. Quorūdā cupiditas tēdit alti-  
us nō ut puintias tpali gladio regāt: s; ut infinita & ppetua p-  
tāte dños se dici uelint uniuersi generis humani. Quos autē pios ui-  
derit, inanib; iplicat religionib;: ut ipios faciat. His uero q; sapiē-  
tiā q̄rūt: philosophiā in oculos impingit ut speciē lucis exeret: .i. Decorem  
ne q; cōprehēdat aut teneat ueritatē. Sic hoībus obstruxit adit<sup>9</sup>  
oēs: & obsepfit omnes uias publicis latas errorib;. Quos ut di-  
scutere possem;: ipsūq; auctore maloꝝ uicere, illumiauit nos de-  
us: & amauit uera, cęlestiq; uirtute: de q̄ mihi nūc differēdū est.

**Cap. v. De falsa diffinitōe philosophię: quā auctore Lucilio  
posuerūt philosophi: & uera differentia scientię & uirtutis.**

**S**ed prius q̄ singulas uirtutes exponere incipiā: determinan-  
da est ipsa uirt<sup>9</sup>: quā philosophi nō recte diffinierūt quid  
esset: aut in cęteris q̄bus rebus qd operis qd habeat officij. No-  
men itaq; solū retinuerūt: uim uero & effectū, & rationē pdide-  
rūt. que cum qz Quicūq; autē in diffinitione uirtutis solēt dicere: paucis uer-  
sibus colligit & enarrat Lucilius: quos malo equidem ponere:  
ne dum multorum sententias refello: sim longior q̄ necesse est.  
Virtus albine: est preciū persoluere uerū. Quis inuersamur: q; .i. quib;  
uiuimus rebus adesse. Virtus est homini scire id quod queq; ha-  
beat res. Virtus scire homini rectum: utile: qd sit honestū. Que  
bona queq; mala. Itē quid inutile: turpe: inhonestū. Virtus que-  
re de rei finem: scire modūq;. Virtus diuitūs: premiū psolure pos-  
se. Virtus id dare: quod re ipsa debet honorī. Hostē esse atq; in-  
imicu; hominum morūq; bonorū: Cōtra, defensorē hominū;  
morūq; bonorū: Hos magnificare: his bene uelle: his uiuere ami-  
cum. Cōmoda p̄terea patrię sibi prima putare: Deinde parētū,  
tertia iam postremaq; nostra. Ab his diffinitionibus quas poeta  
breuiter cōprehendit, Marcus Tullius traxit officia uiuendi: Pa-  
netium stoicum secut<sup>9</sup>: eaq; tribus uoluminibus inclusit. Hęc au-  
tem q̄ falsa sint mox uidebim<sup>9</sup>: ut appareat q̄tū in nos dignatio  
diuina cōtulerit: que nobis aperuit ueritatē. Virtutē esse dixit:  
scire quid sit bonum & malum: quid turpe: quid honestū: quid  
utile: qd minus breuiusq; facere potuit: si tantū bonū ac malum





diceret quod nihil potest esse utile uel honestum: quod non ideo bonus sit. Nihil inutile ac turpe: quod non ideo malum sit. Quod & philosophis uideatur: & idem Cicero in tertio supradicti operis libro ostendit. Verum scientia non potest esse uirtus: quod non est intus in nobis: sed ad nos extrinsecus uenit. Quod autem transire ab altero ad alterum potest: uirtus non est: quod uirtus sua cuique est. Scientia igitur alieni beneficii est: quia posita est in audiendo. Virtus tota nostra est: quod posita est in uoluntate faciendi bonum. Sicut ergo in itinere celebrando nihil prodest uiam nosse: nisi conatus ac uires suppetant ambulandi: ita uero scientia nihil prodest: si uirtus propria deficiat. Nam fere etiam hi qui peccant: & si non perfecte: tamen quod sit bonum & malum sentiunt. Et quoties aliquid improbe faciunt: peccare se sciunt: & ideo celare nituntur: sed cum eos boni & mali natura non fallat: cupiditate mala uincuntur ut peccent: quod deest illis uirtus: id est cupiditas recta & honestas faciendi. Ex hoc igitur apparet aliud esse scientiam boni malique: aliud uirtutem: quod potest esse scientia sine uirtute: sicut in plurimis philosophorum fuit. In quo quoniam recte ad culpam pertinet non fecisse que scieris: recte uoluntas praua & uiciosus animus que excusare ignorantia non potest punietur. Ergo sicut uirtus non est bonum ac malum scire: ita uirtus est bonum facere, malum non facere. Et tamen scientia sic cum uirtute coniuncta est: ut scientia precedat uirtutem: uirtus subsequatur scientiam: quod nihil prodest cognitio: nisi & actio subsequatur. Horatius ergo paulo melius diffiniuit. Virtus est uicium fugere & sapientia prima: sed inepte: quod eam contrario terminauit: ut si diceret bonum est quod malum non est. Cur enim quid sit uirtus nescio: ne uicium quidem quid sit scio! Vtrumque igitur indiget diffinitione: quia natura rei talis est: ut utrumque aut intelligi aut non intelligi sit necesse. Verum nos faciamus quod ille debuit. Virtus est iram cohibere: cupiditatem coepescere: libidinem refragere: id est enim uicium fugere. Nam fere omnia que fiunt iniuste atque improbe: ab his oriuntur affectibus. Si enim commotionis huius que ira dicitur impetum retundat: omnes hominum contentiones male sopientur: nemo insidiabit: nemo profiliet ad nocendum. Item si cupiditas temperetur: nemo terra marique grassabitur: nemo exercitum ducet: ut rapiat & uastet aliena. Item si ardor libidinis comprimatur: omnis etas & sexus retinebit suam sanctitatem. Nemo quicquam pudendum aut patietur aut faciet: ergo uniuersa



scelera & flagitia his cōmotionibus uirtute sedatis: ex hominū  
uita moribūq; tollent. Quę sedatio cōmotionum & affectuū;  
hanc habet rationem: ut omnia recta faciamus. Omne igitur uir  
tutis officium est nō peccare: quo profecto fungi nō potest: q̄ de  
um nescit: quoniam ignoratio eius a quo bona oriuntur, impru  
dentem impingat in uicia, necesse est. Itaq; ut breuius & signifi  
cantius utriusq; rei summa officia determinē: sciētia est deū nos  
se: uirtus colere: in illo sapientia: in hoc iusticia continetur.

**C**api. vi. **Q** philosophi nescierūt qd esset bonū aut malū: q̄  
fontē boni lucidū nesciebāt: nec itellegerūt q̄s debeat reꝝ & opeꝝ  
finis esse: & quō cōstet Luciliū falso diffiniuisse uirtutis officia

**O** Ixi qd̄ erat primū, scientiā boni nō esse uirtutē: deinde qd̄  
sit uirtus & in quo sit: sequitur ut id quoq; ipsū, qd̄ sit bo  
nū & malū, nescisse philosophos breuiter ostendam: q̄ pene de  
claratum est libro tertio cum de sūmmo bono disputare. Qui  
autem quid esset summum bonum nescirent: & in ceteris bonis  
malisue, quę summa non sunt: errauerint necesse est: quod nō po  
test uero iudicio examinare: qui fontē ipsū, nō tenet: unde illa  
descendunt. Fons autem bonorum deus est: malorum uero ille  
scilicet diuini nominis semper inimicus: de quo sepe diximus.  
Ab his duobus principijs bona malaq; oriuntur. Quę ueniunt a  
deo hanc habent rationem: ut immortalitatem parent quod est  
summum bonum. Quę autem ab illo altero: id habent officium  
ut a cęlestibus auocatum, terrenisq; demersū: ad poenā interfici  
ant sempiternam: quod est summum malū. Non igitur dubiū  
est quin omnes illi, quid esset bonum & malum, ignorauerint: q̄  
nec deum, nec aduersarium eius scierint. Itaq; finem bonorū, ad  
corpus & ad hanc uitam breuem retulerunt: quā scilicet solui &  
occidere necesse est: nō sunt p̄gressi ulterius: sed omnia eorū, p̄  
cepta & oīa quę inducunt bona, terrę inherēt, & humi iacēt: qm̄  
simul cum corpore quod est terra, moriuntur: pertinēt enim nō  
ad uitam homini comparandam: sed ad quęrendas uel *augendas*  
opes: honores: gloriam: potentiā: quę sunt uniuersa mortalia  
tam scilicet q̄ ille qui, ut ea sibi contingerent, *laborauit*. Hinc est  
illud. Virtus quęrendę rei finem scire modumq;. P̄cipiūt enī,



quibus modis, & quibus artibus res familiaris querenda sit: quod uident male queri solere. Sed huiusmodi uirtus non est, proposita sapienti. Nec enim est uirtus opes querere: quarum neque inuentio, neque possessio, in nostra potestate est. Itaque & questu & optatu faciliores sunt malis, quam bonis. Non potest ergo uirtus esse in his rebus querendis: in quarum contemptu, uis ac ratio uirtutis apparet: nec ad ea ipsa transfugiet: que magno ac excelso animo calcant, ac preterere gestit: neque fas est animam celestibus intentam bonis: ut hec fragilia sibi comparet, ab immortalibus suis operibus auocari: sed potissimum in his rebus comparandis, uirtutis ratio consistit: quas nobis nec homo ullus nec mors ipsa potest auferre, cum hec ita se habeant: illud quod sequitur uerum est, Virtus diuitibus precium persolueri posse. Qui uerius idem fere significat quod primi duo: sed neque ipse neque quicquam philosophorum scire potuit: precium ipsum, uel quale, uel quid sit. Idem enim poetam & illi omnes quos secutus est, putauerunt recte opibus uti: hoc est frugere esse non instruere conuiuia sumptuose: nec largiri temere: non effundere uires superuacuas aut turpes, rem familiarem. Dicit aliquis fortasse. Quid tu? Negas ne hanc esse ueritatem? Non equidem nego: contraria enim uideo probare si negem: sed ueram nego: quod non sit illa celestis sed tota terrena est: quandoquidem nihil efficit nisi quod remaneat in terra. Quid sit autem recte opibus uti: & quod sit ex diuitibus fructus petendus: declarabo apertius: cum de pietatis officio loqui coepero. Idem, cetera que sequuntur nullo modo uera sunt. Nam improbis inimicitias indicere, aut bonorum defensionem suscipere: potest cum malis esse commune. Quidam enim probitate ficta, uiam sibi ad potentiam muniunt: faciuntque multa que boni solent: eo quidem promptius: quod fallendi gratia faciunt. Utinamque tam facile esset prestare: quam facile est simulare bonitatem. Sed hi cum esse coeperint propositi ac uoti sui compotes: & summum potentie gradum coeperint: tunc uero simulatione deposita mores suos detegunt: capiunt: omnia uiolant & uexant: eosque ipsos bonos quorum causa susceperant, insequuntur: & gradus per quos ascenderunt, amputant: ne quis illos, contra ipsos, possit imitari. Vix tamen putemus hoc officium non nisi boni esse: ut bonos defendant: at id suscipere facile est: implere difficile: quia cum te certamini congressionisque commiseris: in arbitrio dei non tuo posita uictoria est. Et plerumque improbi & numero & conspiratione sunt



potētiores q̄ boni: ut ad eos supandos nō tam uirtus sit, q̄ foeli-  
citas, necessaria. An aliquis ignorat q̄ aliquotiēs, melior, iustiorq̄  
pars uicta sit! Hinc semp̄ dñatōnes acerbę ī ciues extiterūt. Plena  
est exēplis oīs historia: l; nos cōtēti erim⁹ uno. Claudius enī pō-  
peius bonorū uoluit esse defensor: siq̄dē pro republica: p̄ sena-  
tu: p̄ libertate arma suscepit. Idē tñ uictus cū ipsa libertate occi-  
dit: & a spadonib⁹ egyptijs detrūcatus insepultus abiectus est.  
Nō est igit̄ uirt⁹ aut hostē malorū: aut defensorē bonorū, esse:  
q̄ uirt⁹ in certis casib⁹ nō pōt esse subiēcta. Cōmoda prēterea pa-  
trię prima putare: sublata hominū cōcordia, nulla est omnino. q̄  
sunt  
sunt enī patrię cōmoda: nisi alterius ciuitatis aut gētis incōmo-  
da! Id est fines propagare, alios uiolēter ereptos: augere imperiū  
uectigalia facere meliora. Quę omnia nō utiq̄ uirtutes: sed uir-  
tutū sunt euerfiones. Imprimis enī; tollit̄ humanę societatis cō-  
iunctio: tollit̄ innocentia: tollitur alieni abstinentia: tollitur de-  
niq̄ ipsa iusticia: quę discidium generis humani ferre nō potest. *discidium*  
& ubicunq̄ arma fulserunt: hinc eam fugari & exterminari ne-  
cesse est. Verum est Ciceronis illud. Qui autem ciuium rationē  
dicunt habendam: externorum negant: dirimunt hi cōmunem  
generis humani societate: qua sublata, beneficētia: liberalitas: bo-  
nitas: iusticia funditus tollit̄. Nam quomodo potest iustus esse  
q̄ nocet: qui odit: q̄ spoliat: qui occidit! Quę omnia faciunt: qui  
patrię prodesse nituntur. Id enim prodesse quid sit ignorant: q̄  
nihil putant utile nihil commodum: nisi quod teneri manu po-  
test: quod solum teneri nō potest: quia eripi potest. Hęc itaq̄ ut  
ipsi appellant bona quisq̄ patrię acquisierit: hoc est qui euerfis  
ciuitatibus: gentibusq̄ deletis erarium pecunia referferit: agros  
coeperit: ciues suos locupletiores fecerit: hic laudib⁹ fertur in cę-  
lū: hęc putat̄ summa & perfectā esse uirt⁹. Qui error nō modo  
populi & imperitorum sed etiā philosophorū est: qui pręcepta  
quoq̄ dāt ad iusticiā: ne stulticię ac malicię disciplineq̄ auctori-  
tas desit. Itaq̄ cu; de officiis ad rem militarem pertinentibus di-  
sputant: neq̄ ad iusticiam neq̄ ad ueram uirtutem commodatur  
illa omnis oratio: sed ad hanc uitā moremq̄ ciuilem: quam non  
esse iusticiam & res indicat; & ipse Cicero testatus est. Sed nos  
inquit, ueri iuris germanęq̄ iusticię solidam & expressā; effigiē  
nullā; tenemus. Umbra & imaginibus utimur: calq̄ ipas utinā;



sequeremur, ferunt enim; ab optimis nature ac ueritatis exemplis. Umbra est igitur & imago iusticie: quam illi iusticiam putauerunt. Quid sapientiam? Nonne idem confitentur in philosophis esse nullam? Aut cum Fabrici? inquit, aut Aristides iustus nominetur: aut ab illis fortitudinis aut ab hoc iusticie tanquam a sapiente petitur exemplum? Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem uolumus intelligi. Nec hi qui sapientes habiti & nominati: Marcus Cato, & Cicero, Lælius, sapientes fuerunt. Nec illi quidem septem: sed ex mediorem officiorum frequentia similitudinem quamdam gerebant, speciemque sapientum. Si ergo & philosophis ipsorum confessione adempta sapientia est: & his qui iusti habiti sunt: adempta iusticia est. Omnes igitur illę uirtutis descriptiones falsę sint necesse est: quę quę sit uera uirtus scire non potest: nisi iustus ac sapiens. Iustus autem ac sapiens nemo est: nisi quem dominus preceptis celestibus erudiuit.

**¶** Capitulum. vii. Quid in uia erroris est species sapientie & uirtutis. Et quod uia ueritatis & sapientie est simplex & angusta & ardua: & deum habet ducem.

**N**am illi omnes qui, per aliorum confessam stulticiam, sapientes existimant: specie uirtutis inducti: umbras & imagines apprehendunt: nihil uerum. Quod ea fit ratione: quoniam uia illa ut mendax: quę fert ad occasum: multos tramites habet: propter studiorum & disciplinarum ueritatem: quę sunt in uita hominum dissimiles atque diuersę. Nam sicut illa uia sapientie habet aliquid simile stulticie: quod libro precedenti monstrauimus: ita hec cum sit tota stulticie: habet aliquid simile sapientie: quod *arripiant* hi qui stulticiam publicam intelligunt: & ut habet uicia manifesta: sic habet aliquid quod simile esse uideatur uirtuti: ut habet apertum scelus: sic imaginem quamdam speciemque iusticie. Quomodo enim precursor eius uie (cuius uis & potestas omnis in fallendo est) uniuersos in fraudem posset inducere: nisi uerisimilia hominibus ostentaret? Deus enim ut immortale illud arcanum eius in aperto esset: posuit in uia sua: quę homines pro malis & turpibus aspernarentur: ut auersi a sapientia & ueritate: quam sine duce ullo requirebant: in idipsum inciderent: quod uita re ac fugere cupiebant. Itaque illam perditionis ac mortis uiam



multiplice; ostēdit: uel q̄ multa sint genera uite: uel q̄ dū multi q̄ colunt. Huius dux preuaricator ac s̄bdolus: ut uideat esse discrimen aliqd̄ falsi, & ueri, mali ac boni. Alia ducit luxuriosos, alia eos q̄ frugi appellant: alia imperitos; alia doctos: alia iertes: alia strennuos: alia stultos: alia philosophos. Et eos q̄dem non uno tramite. Illos enī q̄ aut uoluptates aut diuitias nō r̄fugiūt: ab hac publica & celebri uia modice segregat. Eos autem qui aut uirtutem sequi uolunt: aut cōtēptū rerū confitentur: p̄ cōfrago sa que- dam precipitia trahit. Sed tñ illa omnia itinera que speciē bonorū ostentāt, non sunt alię uie: sed diuerticula & semite: que uide- tur quidem ab illa cōmuni dextro uersum separari: ad eandē tñ & ad unū, omnes, exitum sub ipso fine referunt. Ibi enim dux ille coniungit oēs: ubi opus fuerat bonos a malis: fortes ab inertibus: sapientes a stultis separari: in deorū scilicet cultu: in quo ille uniuersos quia sine ullo discrimine stulti fuerunt: uno mucrone iugulat, & precipitat in mortem. Hęc autem uia que est ueritatis: & sapientię: & uirtutis: & iusticię: quorum omnium fons unus est: una uis: una sedes: & simplex est: quod paribus animis summaq̄ concordia unum sequamur & colamus deum: & angusta: quoniam paucioribus uirtus data est. & ardua: quoniam ad bonum: quod summum & sublime est: nisi cum summa difficultate & labore non potest perueniri.

**Capitulum. viii.** Quare a philosophis ueritas inueniri nō poterat: nec ab his qui terrenis dediti sunt: sed ab electis inuenitur per legem dei: cui potest Ciceronis diffinitio adaptari.

**H**ęc est uia quā philosophi querūt: sed ideo nō inuenerūt, q̄ in terra potius (ubi apparere nō potest) querunt: errāt ergo uelut in mari magno: nec quo ferantur, intelligunt: quia nec uiam cernunt: nec ducem sequuntur ullum. Eadem nanq̄ ratione hanc uite uiam queri oportet: qua in alto iter nauibus queritur: que nisi aliquod celi lumen obseruent: incertis cursibus uagant. Quisq̄s autem rectum iter uite tenere nititur: non terram debet aspicere sed celū: & (ut apertius loquar) non hominē sequi debet sed deum: non his terrestribus simulachris: sed deo seruire celesti: nō ad corpus referri omnia sed ad mentem: nō huic uite dare



habeas

opera; sed eterne. Itaq; si oculos in celū semp intendas: & solē qua oriē obserues: eūq; habes uite quasi nauigij ducē, sua sponte in uiam pedes dirigent: & illud celeste lumē, qd̄ sanis mētib; mlt̄o clarius sole est: q̄ hic quē in carne mortali uidem; sic reget: sic gubernabit: ut ad sūmū sapiētię uirtutisq; portū, sine ullo errore p̄ducatur. Suscipiēda igit̄ dei lex q̄ nos ad iter dirigat: illa s̄cta illa celestis: quā Mar. Tul. ī libro de republica tertio, pene diuina uoce, dep̄ixit: cui; ego (ne plura dicerē) uerba subiēci. Est qd̄ uera lex, recta ratio nature cōgruēs: diffusa in oēs: cōstās sempiterna, quę uocet ad officiū iubēdo: uetādo, a fraude deterreat: quę tñ neq; probos frustra iubet aut uetat: nec improbos iubēdo aut uetādo mouet. Huic legi nec ppagari fas est, neq; derogari: ex hac aliquid licet: neq; tota abrogari potest: nec uero aut per senatum aut per populum, solui hac lege possumus. Neq; est quęrēdus explanator aut interpret eius alius. Nec erit alia lex romę: alia at̄henis: alia nunc: alia post hęc: sed & omnes gentes: & omni tempore una lex & sempiterna & immutabilis cōtinebit. Vnusq; erit communis quasi magister & imperator omnium deus: ille legis huius inuentor: disceptator: sator: cui qui nō parebit: ipse se fugiet: ac naturam hominis aspernatur: hoc ipso luct̄ maximas poenas: etiam si cętera supplicia, quę putantur effugerit. Quis sacramentum dei sciens: tam significāter enarrare legem dei posset: q̄ illam homo longe a ueritatis noticia remotus expressit. Ego uero eos qui uera imprudentes loquuntur: sic habendos puto tanq̄ diuino spiritu aliquo instructi. Quod si, ut legis sanctę uim rationēq; peruidit: ita illud quoq; scisset aut explicasset: in quibus p̄ceptis lex ipsa cōsisteret: nō philosophi functus esset officio sed p̄phetę: quod q̄ facere ille non poterat: nobis faciēdū est: quibus ipsa lex tradita est ab illo uno mḡro & impatore oīu; deo.

**C**api. ix. **Q** caput religionis & uia ueritatis est deum fideliter noscere & fideliter colere. Et quare diuersę leges sint a gentibus institutę. Et quis sensu; integritate uigeat: quā gratia largitur: potiūq; natura.

**Q**uius legis caput est primū ipsu; deū nosse: soli obtēpare, solum colere. Nō potest enim ratione; hominis optinere



qui parentem anime sue deum nescit : quod est summum nefas .  
 Que ignoratio facit ut dijs alienis seruiat:quo nihil scelerati<sup>9</sup> co  
 mitti pot. Hinc ia pcliuis est ad malitia gradus: per ignoratia ue  
 ri ac singularis boni: qa deus, que nosse refugit, fons est ipse boni  
 tatis, vel si iustitiam sequi uolet dei: diuini tamen iuris ignarus :  
 gentis sue leges tanq uerum ius amplectitur : quas non utiq iu  
 stitia sed utilitas repperit . Cur enim p omnes populos diuersa  
 & uaria iura sut codita: nisi q vnaqueq gens id sibi saxit: quod  
 putauit rebus suis utile. Quantu autem a iustitia recedat utilitas:  
 populus ipse Romanus docet: q per foetiales bella indicendo: &  
 legitime iniurias faciendo: sempq aliena cupiendo atq rapiendo:  
 possessione sibi totius orbis coparauit. Vex hi se iustos putat :  
 si contra leges suas nihil faciant: quod etia timori ascribi pot : si  
 presentiu poenar metu, sceleribus abstineat. Sed concedamus sa  
 ne: vt id natura uel, ut ait phus, sua sponte faciat: qd legibus facere  
 cogunt. Num iccirco iusti erunt: qui parent institutis hominum:  
 qui & ipsi aut errare aut iniusti esse potuerut. Sicut illi duodeci;  
 tabular coditores: qui publice utilitati p coditione tempor ser  
 uierut. Aliud est igitur ciuile ius quod p moribus ubiq uariat :  
 aliud est uera iustitia: quam vniforme ac simplicem pposuit omni  
 bus deus: que q ignorat: & ipsa iustitia ignoret necesse e . Sed pu  
 temus fieri posse: vt aliquis naturali & ingenito bono ueras uirtu  
 tes capiat: quale fuisse Thimone, Athenis, accepimus : qui & egē  
 tibus stipē dedit: & pauperes inuitauit: & nudos iduit: tamen cū  
 illud unū, quod est maximū deest, agnitio dei: iam illa bona om  
 nia supuacua sunt & inania: vt frustra in his assequedis laboraue  
 rit. Omnis, n. iustitia eius similis e humano corpori caput non ha  
 benti: in quo taetsi mebra omnia & locis suis constant: & figura  
 & habitudine: tamē quonia deest id quod e omniu pncipale: &  
 uita & omni sensu caret. Itaq membra illa forma tantūmodo me  
 brore habet: usum nō habet: tā scilicet q caput sine corpore, cui si  
 milis est qui cum deum ignoret: uiuit iniuste. Id. n. solum habet <sup>maxit</sup>  
 quod est summū: sed frustra : quonia; virtutibus tanq membris  
 eget. Itaq vt sit uiuum ac sensibile corpus: & agnitio dei necessa  
 ria est quasi caput: & uirtutes omnes quasi corpus: ita fiet homo  
 perfectus ac uiuus: sed tamen summa omnis in capite est. Quod  
 quis constare non possit sine omnibus : sine quibusdam tamen



potest. Et erit quidem animal uiciosum ac debile: sed tamē uiuet sicut & is qui deū nouit: & in aliqua re peccat: dat .n. peccatis ueniam deus. Itaq; sine mēbris aliquibus uiui pōt: sine capite nullo modo. Hęc res efficit: ut phī etiam si natura boni sunt: tamen nihil sciant: nihil sapiant. Omnis doctrina & uirtus eorum sine capite est: quia deum nesciūt: qui est uirtutis ac doctrine caput: quē qui non agnoscit: licet uideat cęcus est: licet audiat surdus: licet loquatur elinguis est. Cum uero conditorē reꝝ parentemq; cognouerit: tunc & uidebit & audiet & loquetur; Habere enim caput coepit: i quo sunt sensus omnes collocati: hoc est oculi: auris: & lingua. Nam profecto is uidet: qui ueritatem in qua deus est: uel deum in quo ueritas est: oculis cordis aspexerit. Is audit qui diuinas uoces ac pꝛcepta uitalia pectori suo affigit. Is loquitur qui cęlestia differēs: uirtutē ac maiestātē dei singularis enarrat. Quare non est dubium quin impius sit quisq; deum non agnouerit: omnesq; uirtutes eius quas habere aut tenere se putat: in illa mortifera uia reperiūtur: quę est tota tenebrarū. Quapropter nihil est q̄ aliquis sibi gratuletur: si has inanes uirtutes adeptus est: q̄ nō tm̄ miser, qui bonis pꝛesentibus careat: sed etiā stultus sit necesse est: qui labores in uita sua maximos suscipiat icassum. Nā dempta spē imortalitatis: quam deus pollicetur in sua religione uersātibis: cuius assequendę gratia uirtus appetenda est: & quicquid malorū acciderit pꝛferendū est. Maxima erit pꝛfecto uanitas: obsequi uelle uirtutibus: quę frustra homini calamitates afferunt & labores. Nam si uirtus est: egestatē: exilium: dolorem: mortemq;: quę timētur a cęteris pati fortiter: ac subire: quid tandem boni in se habet? Cur eam phī pꝛpter seipsam dicant expetendam? Nimirum superuacuis & inanibus poenis delectantur: quibus licet agere tranquille. Si enī mortales sunt animę: si uirtus dissoluto corpore nihil futura est: quid fugimus attributa nobis bona: quasi aut ingrati aut indigni qui diuinis muneribus perfruamur? Quę bona ut habeamus scelerate impieq; uiuendum est: quia uirtutez id est iustitiam paupertas sequitur. Sanus igitur non est: qui nulla spē maiori proposita: his bonis quibus cęteri utuntur i uita: labores & cruciatus & miserias anteponat. Si autēz uirtus (ut ab his rectissime dicit̄) capessenda ē: q̄ cōstet ad eam nasci hominē subesse debet spes aliqua maior: quę malorū & laborum quos pꝛferre



r 27 111

uirtutis est: magnum efferat præclarumque solatium. Nec aliter uirtus (cum per se dura sit) haberi pro bono potest: quam si acerbitate suam maximo bono penset. Aequè non aliter his bonis presentibus abstinentum est: quam si sint aliqua maiora propter quæ tanti sit & uoluptates ommittere, & mala omnia sustinere. Ea uero nulla sunt bona alia: ut in tertio docui: nisi perpetuæ uitæ. Hanc autem præstare quis potest: nisi deus: qui uirtutem ipsam proposuit. Ergo in dei agnitione & cultu rerum summa uersatur: in hoc est spes omnis & salus hominis: hic est sapientiæ gradus primus, ut sciamus quis sit nobis uerus pater: eumque solum pietate debita prosequamur: huic pareamus: huic deuotissime seruiamus: in eo promerendo actus omnis & cura & opera collocetur.

**C**api. x. **Q**ue religio deo: misericordia homini debetur. Et quas causas edificandi ciuitates: & conueniendi socialiter: & inuentionis uerborum falso commenti sunt.

**D**ixi quid debeat deo: dicam nunc quid homini tribuendum sit: quamquam id ipsum quod homini tribueris: deo tribuitur: quia homo, dei simulacrum est: sed tamen primum officium iustitiæ est coniungi, cum deo: secundum cum homine: sed illud primum religio dicitur: hoc secundum misericordia uel humanitas nominatur. Quæ uirtus propria est iusto & culto dei: quæ ea sola, uitæ communis in se continet rationem. Deus, enim qui ceteris animalibus sapientiam non dedit: naturalibus ea munimentis ab incurso & piculo tutiora genuit. Hominem uero nudum fragilemque formauit: ut eum sapientia potius instrueret: dedit præter cetera hunc pietatis affectum: ut homo hominem tueatur: diligat: foueat: contraque omnia pericula & accipiat: & præstet auxilium. Summum igitur inter se hominum uinculum est humanitas: quod qui diruperit: nefarius & parricida existimandus est. Nam si ab uno homine quem deus finxit omnis orimur: certe consanguinei sumus: & ideo maximum scelus putandum est odisse hominem uel nocentem. Propterea deus præcepit inimicitias per nos nunquam faciendas: semper esse tollendas: scilicet ut eos qui sint nobis inimici: necessitudinis admonitos mitigemus. Item si ab uno deo inspirati sumus omnes & animati: quod aliud quam fratres sumus? Et quidem coniunctiores estis animis: quam quæ corporibus. Itaque non errat Lucretius



cum dicit: deniq; celesti sumus oēs, femine oriundi. Omnibus ille idem pater est. Ergo pro beluis immanibus sunt habendi: qui hominibus nocent: qui contra ius humanitatis: & fas omne spoliāt, cruciant: occidunt: exterminant. Ob hanc necessitudinem germanitatis docet nos deus, mala nunq̄ facere: bonum autem semp. Id autem ipsum bene facere quid sit: idem ipse p̄scribit. P̄stare auxilium depressis & laborātibus: impartiri uictu; non habentibus. Deus, n. quoniā pius est: animal nos uoluit esse sociale. Itaq; in aliis hominibus nos ipsos cogitare debemus. Non meremur ī periculo liberari: si non succurrimus. non meremur auxilio: si negamus. Ad hanc partē philosophoꝝ nulla p̄cepta sunt: quippe qui falsę uirtutis specie capti: misericordiam de homine sustulerunt: & dum uolunt sanare uicia auxerunt. Et cum iidem plerūq; fateantur: societatis humanę cōmunionem esse retinendam: ab ea plane se ipsos inhamanę uirtutis suę rigore dissociant. Cōuincēdus ergo etiam hic error illoꝝ est: qui nihil cuiq; impartendum putant. Urbis condendę originē atq; causam non unam intulerunt: sed alii, eos homines, qui sint ex terra primitus nati: cum per siluas & campos erraticam degerent uitā: nec ullo inter se sermonis: aut iuris uinculo cohererent: sed frondes & herbam pro cubilibus: speluncas & antra pro domibus haberent: bestiis & fortioribus animalibus p̄dę fuisse cōmemorant. Tum eos qui aut laniati effugerant: aut laniari p̄ximos uiderant: admonitos periculi sui: ad alios homines decurrisse: p̄sidiu; īplorasse: & primo nutibus uoluntatē suā significasse. Deinde sermonis initia tentasse: ac singulis quibusq; rebus nomina īprimēdo: paulatim loquēdi perfecisse rationem. Cum autē nec multitudinē ipsam uiderēt contra bestias esse tutam: oppida etiam coepisse munire: ut uel quietem noctis tutam sibi facerent: uel ut incursiones atq; impetus bestiarū non pugnando: sed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia hominibus indigna: quę has ineptias p̄tulerunt: miseros atq; miserabiles: q̄ stultitiā suā litteris memorięq; mandauerūt! Qui cū uiderēt mutis quoq; animalibus ingenitam esse rationem: uel cōueniendi: uel inuicem appetendi: uel periculi fugiendi: uel mali cauendi: uel cubacula sibi & latibula parandi: homines autem ipsos existimauerūt nō nisi exēplis admoneri: ac discere potuisse: quid metuere sibi: qd cauere: qd facere deberēt: aut nunq; conuenturos



iter se fuisse nec loquēdi rationē reperturos : nisi eos bestię come-  
 dissent! Hęc aliis delira uisa sunt: ut fuerunt: dixeruntq; non fera-  
 rum laniatus causam fuisse coeundi: sed ipsā poti⁹ humanitate;. *fuisse*  
 Itaq; inter se congregatos: q; natura hominū solitudinē fugiens :  
 & cōmunionis ac societatis appetēs esset: non magna inter eos di-  
 sceptatio est: siquidem causę dispares sunt: res eadem est. Potuit  
 utrūq; igitur: q; nō repugnat: sed tamē utrūq; nullo mō uerum ē:  
 q; nō per oēm terrā nati sunt hoīes e terra : tanq̃ ex draconis alicu-  
 ius dentibus p̃seminati: ut poetę ferunt : sed unus homo a deo fi-  
 ctus est: ab eoq; uno oīs terra humano genere cōpleta est: eadē sci-  
 licet rōe qua rursus post diluuiū: qd̃ certe negare nō possunt. Nul-  
 la igitur in p̃cipio facta est eiusmodi cōgregatio: nec unq̃ fuisse  
 hoīes in terra: q; p̃pter īfantiā nō loquerēt : intelligit cui ratio non  
 deest. Fingamus tamē illa uera esse : quę ociosi & inepti hoīes se-  
 nes fabulant: ut eos potissimū sensibus & suis rationibus refella-  
 mus. Si hac de causa sunt homines congregati: ut mutuis auxiliis  
 imbecillitatē suam tuerētur. Succurrendū est igitur homini : qui  
 egeat auxilio. Cum. n. p̃sidiū causa homines societate cū homi-  
 nibus inierint, & sanxerit: foedus illud a principio sui ortus inter  
 homines inicum: aut uiolare: aut nō conseruare : summum nefas  
 putandum est. Nam qui se a p̃stādo auxilio remouet: etiā ab ac-  
 cipiēdo se remoueat necesse est: q; nullius ope indigere se putat:  
 qui alteri sua; denegat. Huic uero qui se ipse dissociat: ac secernit  
 a corpore: non ritu homīs : sed ferarū more uiuēdum est. Quod  
 si fieri non pōt: retinēdum est igit̃ omni modo uinculum societa-  
 tis humane: q; homo sine homine nullo modo pōt uiuere. Retē-  
 tio autem societatis est cōmunitas: idest auxilium p̃stare ut pos-  
 simus accipere. Sin uero ut illi alii disputāt: humanitatis ipsi⁹ cau-  
 sa facta est hominū cōgregatio. Homo certe hominē debet agno-  
 scere. Quod si fecerūt illi rudes: & adhuc feri homīes: & fecerūt  
 nondū constituta loquēdi rōe: quid putemus homīb⁹ expolitis,  
 fermone re; oīumq; cōmercio inter se copulatis esse faciēdum:  
 qui assueti homīb⁹ solitudinē ferre non possunt ?

... p̃ter q̃ in m̃ facta

**C**api. xi. In quos p̃cipue sit humanitas exercenda : & i  
 quibus liberalitatibus imaginariis pereant opera: & quę im-  
 pensa p̃stantis.



**C**onseruanda est igitur humanitas: si homines recte uelimus dici. Id autem ipsum cōseruare humanitatē: quid aliud est q̄ diligere hominē: q̄a homo sit: & id qd̄ nos sumus? Discordia igit̄ atq; dissensio non est secū dū homīs rōem. Verūq; est illud Ciceronis quod ait hominē naturę obedientē, homini nocere nō posse. Ergo si nocere homini cōtra naturam est: prodesse igitur homini secū dū naturam sit necesse est. Quod qui non facit, hominis se appellatione despoliat: quia humanitatis officiu; est: necessitati hominis ac periculo subuenire. Quęro igitur ab his: qui flecti ac misereri non putant esse sapientis: si homo ab aliqua bestia cōprehensus, auxilium sibi armati hominis imploret: utrū ne succurrendū putent an minime? Non sunt tam imprudētes ut negent fieri oportere: quod flagitat: quod exposcit humanitas. Itē; si aliquis circūueniatur igni: ruina opprimatur: mergat̄ mari: flumine rapiatur: num putent homīs esse non auxiliari? Non sunt ipsi homīes si putēt. Nemo enim pōt eiusmodi periculis non esse subiectus: immo uero & homīs & fortis uiri esse dicent seruare periturū. Si ergo in eiusmodi casibus qui periculum uitę homini afferunt: succurrere humanitatis esse concedūt. Quid causę est si homo esuriat: sitiāt: algeat: succurrēdum esse non putent? Quę cum sint paria natura cum illis casibus fortuitis: & unam eādēq; humanitatē desiderent: tamen illa discernunt: quia non re ipsa uera: sed utilitate pręsenti omnia metiuntur. Illos, n. quos periculo surripiunt: sperant sibi gratiam relatueros. Egentes autē: q̄a nō sperant: perire arbitrantur q̄cquid eiusmodi hominibus impertiāt. Hinc est illa Plauti detestanda sententia. Male meretur qui mendico dat quod edat, nam & illud quod dat, perit: & illi p̄ducit uitam ad miseriam. At enim poeta fortasse p̄ p̄sona locutus est. Quid Marcus Tullius in suis officialibus libris: nonne hoc idē; persuadet: non esse omnino largiendū? Sic, n. dixit. Largitio quę fit ex re familiari: fontē ipsum benignitatis exhaurit: ita benignitas benignitate tollitur. Qua cū in plures usus sis: eo minus ī multos uti possis. Et idē paulo post. Quid aut̄ est stulti⁹ q̄ qd̄ libēter facias, curare ut id diutius facere nō possis: uidelicet p̄fessor sapiētię refrenat homines ab humanitate: monetq; ut rem familiarem diligenter custodiant: malintq; arcam q̄ iustitiam cōseruare. Qd̄ cum intelligeret inhumanum esse ac nefarium: mox alio capite



quasi actus poenitentia sic ait. Nonnunquam tamen est largiendum: nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum: & sepe idoneis hominibus egentibus de re familiari impartendum. Quid est idoneis? Nepe his qui restituere ac referre gratiam possint. Si nunc Cicero uideret: exclamaret profecto. Hic hic Marce Tullij aberrasti a uera iustitia: eamque uno uerbo sustulisti: cum pietatis & humanitatis officia utilitate metitus es. Non, n. idoneis hominibus largiendum est: sed quam tu potest non idoneis: id. n. iuste: id pie: id humane fit: quod sine spe recipiendi feceris. Haec est uera illa & germana iustitia: cuius solidam & expressam effigiem nullam tenere uos dicitis. Ipse pluribus locis clamas mercenariam non esse uirtutem: faterisque in libris legum tuarum, liberalitatem gratuitam esse his uerbis. Nec est dubium quin is qui liberalis benignusque esse dicitur: officium non fructum sequatur. Cur ergo idoneis potius largiris: nisi ut postea mercedem recipias? Te ergo auctore ac preceptore iustitiae, quisque idoneus non erit: nuditate: siti: fame conficietur. Nec homines copiosi & usque ad delicias abundantes subuenient ultimae necessitati: si uirtus mercedem non exigit: si propter se (ut dicitis) expetenda est. Ergo iustitiam principum matremque uirtutum suo precio: non tuo comodo aestima: ei potissimum tribue a quo nihil speres. Quid personas eligis? quid membra inspicias? pro homine tibi habendus est quisque precat: ideoque te hominem putet. Abiice umbras illas imaginesque iustitiae: atque ipsam ueram, & expressam tene. largire caecis: debilibus: claudis: destitutis: quibus nisi largiari moriendum est. Inutiles sunt hominibus, sed utiles deo: qui eos retinet in uita: qui spiritu donat: qui luce dignatur: foue quantum in te est & animas hominum: ne extinguantur, humanitate sustenta. Qui succurrere perituro potest: si non succurrerit occidit. Verum isti quia neque naturam retinent: neque proemium in eo quod sit, sciunt: dum perdere timent perdunt: & in id quod maxime cauent incidunt: ut quicquid largiuntur: aut pereat omnino: aut ad tempus breuissimum proficit. Nam qui exiguam stipem miseris negant: qui conseruare humanitatem sine damno suo nolunt: patrimonia sua effundunt: ut aut peritura fragilia sibi comparent: aut certe suis maximis damnis nihil consequantur. Quid enim dicendum est de his qui populari leuitate ducti: uel magnis urbibus suffecturas opes exhibendis muneribus impendant: nisi eos dementes ac furiosos qui praestent id populo: quod



& ipsi perdant: & nemo eorum quibus prestatum accipiat! Itaque ut est  
omnis uoluptas caduca & breuis: oculorum maxime & aurium:  
aut obliuiscuntur homines: & alterius dona pro ingratis habent: aut  
etiam offenduntur: si non est libidini uulgi satisfactum: ut etiam ho-  
mines stultissimi malum sibi malo comparauerint: aut si adeo placu-  
erint: nihil amplius quam inanem fauorem paucorumque dierum fabulas as-  
sequuntur: sicut quotidie leuissimorum hominum patrimonia in  
res superuacuas prodiguntur. Num ergo illi sapientius qui utilio-  
ra & diuturniora ciuibus suis exhibent munera: his scilicet qui pu-  
blicis operibus extructis: memoriam nomini suo querunt! Ne isti  
quidem recte bona sua in terram sepeliunt: quia nec memoria quicquam mor-  
tuis confert: nec opera eorum sempiterna sunt: si quidem aut uno tre-  
more terre dissipantur: & corruunt: aut fortuito consumuntur in  
cendio: aut hostili aliquo impetu diruuntur: aut certe uetustate ip-  
sa dissoluta labuntur. Nihil est, n. (ut ait orator) opere & manu  
factum: quod non conficiat: & consumat uetustas. At hec iustitia  
& leuitas florescit quotidie magis. Illi ergo melius qui tribulibus  
suis: aut clientibus largiuntur: aliquid enim prestant hominibus &  
profunt: sed non est illa uera & iusta largitio. Beneficentia enim nul-  
la est ubicumque necessitas non est: perit ergo quicquid gratie causa tri-  
buitur non indigentibus: aut cum foenore reddit: & beneficentia  
non erit. Quod est si gratum est his quibus datur: iustum tamen non  
est: quia si non fiat nihil mali sequitur. Vnum igitur certum & ue-  
rum liberalitatis officium est: egentes atque utiles alere.

**C**api. xii. A quo sit speranda & expetenda: & que: & qua-  
ta sit uere liberalitatis merces. Et quomodo inanis: & nulla false. &  
qui sunt gradus humanitatis.

**H**aec est illa perfecta iustitia: que custodit humanam (de  
qua philosophi loquuntur) societatem. Hic diuitiarum maximus  
& uerissimus fructus est: non uti opibus ad propriam unius uolu-  
ptatem: sed ad multorum salutem: non ad presentem suum fructum  
sed ad iustitiam: que sola non interit. Tenendum est igitur omni-  
no ut ab officio misericordie; spes recipiendi absit omnino. Huius  
enim operis & officii merces a deo expetenda est solo. nam si ab ho-  
mine expetes: iam non humanitas erit illa: sed beneficii foeneratio.



Nec potest uideri bene meruisse : qui quod fecit non alteri sed si  
 bi prestat: & tamē eodē redit: ut quod alteri quisq; prestiterit: ni  
 hil ab eo cōmodi spectans: uere sibi prestat: q̄a mercedem capiet  
 a deo. Idem deus precepit: ut si quando coenam parauerimus eos  
 in conuictū adhibeamus: qui reuocare non possint: & uicez red  
 dere: ut omnis actus uite nostre ūon careat misericordię munere.  
 Nec tamē quisq; interdictā sibi putet: aut cōmunionē cum amicis  
 aut charitatē cū pximis: sed notū nobis deus fecit: q̄ sit uerū &  
 iustum opus: ita nos oportet cū pximis uiuere: dūmodo sciam⁹  
 illud ad hominē: hoc ad deū pertinere. Precepua igitur uirtus est  
 hospitalitas: quod phī quoq; aiunt: sed eam detorquent a uera iu  
 stitia: & ad cōmodum rapiunt. Recte inquit Cicero, a Theophra  
 sto est laudata hospitalitas. Est. n. (ut mihi quidem uideat) ualde  
 decoꝝ patere domos hominū illustriū hospitib⁹ illustribus. Eo  
 dem modo rursus errauit: quo tamen cum idoneis esse diceret lar  
 giēdum. Non. n. iusti & sapientis uiri domus, illustrib⁹ debet pa  
 tere: sed humilibus & abiectis. nā illustres illi ac potentes nulla re  
 possunt indigere: quos opulencia sua & munit & honorat. Nihil  
 autem a uiro iusto faciendū est: nisi qd sit beneficium. Beneficiū  
 aut si refert, interit atq; finitur. Nec. n. possumus id habere itegrū  
 cuius preciū nobis persolutū est. In his itaq; beneficiis, iustitię ra  
 tio uersat: que salua & icorrupta pmanerint. Permanēt autē non  
 aliter q̄ si prestent his homibus: qui pdesse nullo modo possūt.  
 At ille ī recipiendis illustribus nihil spectauit aliud nisi utilitatē:  
 nec dissimulauit homo ingeniosus: quid ex eo cōmodi speraret.  
 Ait. n. Quid faciat, potētē apud exteros futuz p grām principū:  
 quos sibi hospitii & amicitie iure cōstrinxerit. O q̄ multis argu  
 mētis Ciceronis incōstantia si id agerem redargui posset: nec tam  
 nostris q̄ suis uerbis refelleretur. Idez quippe ait: ut q̄sq; maxime  
 ad suum cōmodū referat quecunq; agit: ita minime esse uirū bo  
 num. Idem etiam negat simplicis & aperti hominis esse: ambire: si  
 mulare aliquid: & pretendere aliud agere uideri: cum aliud agat:  
 prestare se alteri: fingere qd sibi prestat: sed malitiosi potius: &  
 astuti: & fallacis: & subdoli. Quomō ergo defenderit quo mi  
 nus ambitiosa illa hospitalitas, malitia esset. Tu mihi per omnes  
 portas circūcurses: ut aduenientes populorum atq; urbium princi  
 pes: domum tuam inuites: ut per eos apud ciues eorum potētiam

permanet



cōsequare: uel iſq; que te iuſtū & humanū: & hoſpitalē uideri cū  
ſtudeas utilitati tuę . Verū hoc ille non potius incaute . Quid .n.  
min⁹ i Ciceronē conuenit . Sed ignorātia ueri iuris prudēs ac ſciēs  
i hos ſe laqueos induxit . Qd̄ ut ei poſſit ignoſci teſtificatus eſt:  
non ad uerā iuſtitiā, quam non teneat, p̄cepta ſedare : ſed ad um  
bram imaginemq; iuſtitię . Ignoſcēdum eſt igitur umbratico &  
imaginario p̄ceptori: nec ab eo ueritas exigenda eſt: qui ſe neſci  
re fateatur . Captiuorū redemptio magnū atq; p̄clarum iuſtitię  
munus eſt: qd̄ idē ipſe Tullius approbauit . Atq; hęc benignitas  
iquit, etiā reipublicę ē utilis: redimi a ſeruitute captos: locupletari  
tenuiores . Hanc ego cōſuetudinem benignitatis, largitōi muneꝝ  
longe antepoſito . Hęc eſt grauium hominū atq; magnorū . Propri  
um igitur iuſtorum opus eſt: alere pauperes: ac redimere captiuos  
cum apud iniuſtos ſi qui hęc faciant, graues & magni appellētur .  
His enim, maxime laudis eſt benefacere: quos nemo ſperauit eſſe  
facturos . nam qui bonum facit uel conſanguineo: uel p̄ximo: uel  
amico: aut nullam: uel certe non magnā laudem meretur: quia face  
re debet . Sitq; impius ac deteſtabilis : niſi fecerit id quod ab eo  
& natura ipſa: & neceſſitudo exigat: & ſi facit: non tam glorię af  
ſequendę q̄ reprehentionis uitandę cauſa facit . Qui autē facit alie  
no & ignoto: is uere dignus eſt laude: quoniam ut faceret, ſola du  
ctus eſt humanitate . Ibi ergo iuſtitia eſt : ubi ad benefaciendū, ne  
ceſſitas uinculū nullum eſt . Hoc igit̄ benignitatis officiū nō ante  
ponere quidē largitioni muneꝝ debuit: qd̄ eſt cōparātis & e duo  
bus bonis id quod ſit melius eligētis . Illa uero largitio hominū  
patrimonia ſua in mari abiicientium, inanis & leuis & ab omni  
iuſtitia remotiſſima eſt . Itaq; ne dici quidem munera oportet: in  
quibus nemo accipit: niſi qui accipere non meretur . Non min⁹ ma  
gnum iuſtitię opus eſt: pupillos & uiduas: & deſtitutos: & auxi  
lio indigētes: tueri atq; defendere: quod a deo uniuerſis diuina il  
la lex p̄ſcribit: quādoq; dē boni quiq; iudices ad officium ſuum  
iudicant pertinere: ut eos humanitate naturali foueant : ac iis dem  
p̄deſſe nitātur . Verū hęc opa quippe noſtra ſunt: qui legē: uerba  
ipſius dei p̄cipientis accepimus . Nā illi ſentiunt natura eſſe iu  
ſtum tueri eos, q̄ tutela carent: ſed cur ita ſit, non p̄ſpiciunt . Deus  
enim: cuius p̄petua clemētia eſt: iccirco uiduas pupilloſq; deſēdi  
ac tueri iubet: ne q̄s reſpectu ac miſeratōe pignoꝝ ſuorū retardetur

*necceſſitatis*



quo minus mortem p̄ iustitia fideq; suscipiat: sed incunctāter ac  
fortit̄ subeat: cū sciat se caros suos deo reliquere: nec his unq; p̄  
sidium defutur̄. Aegros quoq; quib⁹ defuerint q; assistant: curā  
dos fouendosq; suscipere summe humanitatis & magne operati  
onis est. Quod qui fecerit: hic uiuā hostiam deo acqret: & quod  
alteri dederit ad tēpus: ipse a deo accipiet in eternum. Ultimū il  
lud & maximū pietatis officium ē: peregrinorū & pauperum se  
pultura: quod illi uirtutis iustitięq; doctores prorsus non attige  
runt. Nec enim poterant id uidere: qui utilitate, omnia officia sua  
metiebātur. In ceteris, n. que supradicta sunt: quis uerum limite;  
non tenuerint: tamē quoniā cōmodi aliquid in his deprehēderūt  
quasi odore quodam ueritatis retenti, pprius aberrarunt. Hoc au  
tem q̄a nihil uidere in eo cōmodi poterāt reliquerunt. Quin etiā  
non defuerunt qui superuacaneā facerent sepulturam: nihilq; dice  
rent esse mali: iacere inhumatū atq; abiectū: quorū impiā sapien  
tiam tam omne humanum genus respuit q̄ diuine uoces: que id  
fieri iubent. Verū illi non audent dicere id non esse faciēdū: sed  
si forte non fiat nihil esse incōmodi. Itaq; in ea re non tam p̄ci  
pientium q̄ cōsolantiū utuntur officio: ut si forte id sapienti eue  
nerit: ne se ob hoc miserū putet. Nos autē non qd sapienti deserē  
dum sit dicimus: sed quid facere ipse debeat: itaq; non querimus  
nūc utrū ne tota sepeliendi ratio sit utilis: nec ne: licet hęc ēt si sit  
inanis: ut illi existimāt: tamē faciēda est: uel ob hoc solū: q̄ apud  
homines bene & humane fieri uidetur. Animus, n. queritur: & p̄  
positum ponderatur. Non, n. patiemur figurā & figmentum dei  
feris ac uolucris in p̄dam iacere: sed reddamus id terre unde  
ortum est. Et quis in homine ignoto necessariorum sepulturam  
nulli negandam munus implebimus: in quorum locum q̄a defūt  
succedet humanitas: & ubicunq; homo desiderabitur: ibi exigi  
officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitię ratio  
consistit q̄ in eo: ut quod p̄stamus nostris per affectum: p̄ste  
mus alienis per humanitatem: que est multo certior iustiorq;: cū  
non iam homini p̄statur qui nihil sentit: sed deo soli cui carissi  
mū sacrificiū est opus iustum. Dicet aliquis fortasse. si hęc oīa fece  
ro nihil habebō. Quid enim si magnus hominum numerus ege  
bit: algebit: capietur: morietur: ut hęc facientem uel uno die  
patrimonio exui sit necesse! perdam ne rem familiarem meo aut





meoꝝ labore queſitam: ut iam ipſi mihi aliena miſericordia uiuē  
dum ſit! Quid tu tā puſillo animo paupertatem times: quā etiaꝝ  
noſtri p̄bī laudant nihilqꝫ hac tutius: nihilqꝫ hac tranquillius eſſe  
teſtantur! Hoc quod times ſollicitudinū portus eſt. An ignoras  
quot periculis: quot caſibus, cū his malis opibus ſubiaceas! Queꝫ  
tecum bene agent: ſi ſine tuo cruore tranſierint: tu uero p̄da onu  
ſtus incedis: & ſpolia geris: queꝫ irritent animos etiam tuorum.  
Quid ergo dubitas bene collocare id quod tibi forſitan eripiet:  
aut unum latrociniū: aut exiſtens repente proſcriptio: aut hoſtilis  
aliqua direptio! Quid uerere fluxū ac fragile bonum facere ſem  
piternum: aut theſauros tuos cuſtodi deo credere: ubi nō furē p̄  
donēqꝫ timeas: nō rubiginē: non tyrānū! Qui apud deū diues eſt  
pauper eſſe nunqꝫ poterit. Si iuſtitiam tanti putas: ſequere abiectis  
oneribus: queꝫ te p̄munt. Libera teipſum compedibus & cathe  
nis: ut expeditus ad deum curras. Magni & excelsi animi eſt de  
ſpicere & calcare mortalia. Sed ſi hanc uirtutem non capis: ut di  
uitias tuas in aram dei conferas: ut fragilibus tibi compares firmi  
ora. Liberabo te metu. Omnia iſta p̄cepta nō ſoli tibi danť: ſed  
omni populo: qui mente coniunctus eſt: & coh̄eret ſicut unus ho  
mo. Si ſolus magnis operibus nō ſufficis: pro uirili parte operare  
iuſtitiam: ſic tamen ut quantum diuitiis inter ceteros: tātum ope  
re p̄cellas. Neqꝫ nunc ſuaderi tibi putes: ut rem familiarem tuaꝝ  
minuas: uel exhaurias: ſed queꝫ in ſuperuacua fueras impenſurus:  
ad meliora conuertas. Vnde beſtias emis: hinc captos redime. Vn  
de feras paſcis: hinc pauperes ale. Vnde homines ad gladium com  
paras: hinc innocentes mortuos ſepeli. Quid prodeſt perditę ne  
quitię beſtarios facere locupletes: & inſtruere ad flagitia! Tranſ  
fer ad magnum ſacrificium male peritura: ut pro his ueris muneri <sup>uani</sup>  
bus habeas a deo munus ęternum. Magna eſt miſericordię mer  
ces: cui deus pollicetur peccata ſe omnia remiſſurum. Si audieris  
inquit preces ſupplicis tui: & audiam ego tuas: ſi miſertus laborā  
tium fueris: & ego in tuo labore miſerebor. Si autem non reſpe  
xeris nec adiuueris: & ego animum tuum contra te geram: tuiſqꝫ  
te legibus iudicabo.

¶ Capi. xiii. De p̄mio: & q̄ i neceſſitate & precibus pau  
perū quiſqꝫ teneatur a deo: & tribus gradibus uirtutis.



**Q**uotiens igitur rogaris: tētari te a deo crede: an sis dignus  
 exaudiri. Circūspice consciētiā tuā: & quātum potes me  
 dere uulnerib⁹: nec tñ q̄ peccata largitione tollūtur: dari tibi licē  
 tiā peccādi putes. Abolentur. n. si deo largiare: q̄ peccaueras. Nā  
 si fiducia largiendi pecces: non abolentur. Deus enim purgari ho  
 mines a peccatis maxime cupit: ideoq; agi poenitentiā iubet. Age  
 re autē poenitētiā nihil aliud est: q̄ p̄fiteri & affirmare se ulterius  
 non peccaturē. Ignosciť itaq; his q̄ ad peccatum ignorāter: impru  
 denter: incauteq; labuntur: ueniā non habet qui sciens peccat.  
 Nec tamen si aliquis purificatus fuerit ab omni labe peccati: tem  
 perandum sibi ab opere largitionis existimet: quia non habeat  
 peccata quę delet: imo uero tū magis iustitiam debet operari: cū  
 factus est iustus: ut quod ante ī medelam uulnerē fecerat: postmo  
 dum faciat in gloriā laudēq; uirtutis. Eo accidit q̄ nemo esse sine  
 delicto potest: q̄ diu ī dumēto carnis ornatus est. Cuius īfirmitas  
 triplici modo subiacet dominio peccati: factis: dictis: cogitatōi  
 bus. Per hos gradus ad summū culmē iustitia p̄cedit. Primus ē  
 uirtutis gradus: malis operibus abstinere: secundus etiā malis uer  
 bis: tertius etiam cogitatione rerum malarē. Qui primum gradū  
 ascendit satis iustus est. qui secundus iā perfecte uirtutis: siquide;  
 neq; factis neq; sermone delinquat. Qui tertium: is uere similitu  
 dinē dei affecutus uidetur. Est. n. pene supra humanum modum:  
 ne in cogitatione quidem admittere: qd̄ sit uel facto malum: uel  
 improbum dictu. Itaq; etiam iusti homīes qui frenare se possunt  
 ab omni opere iniusto: nōnunq̄ tamen ipsa fragilitate uincuntur:  
 ut uel in ira malum dicant: uel in aspectu rerum delectabilium ta  
 cita cogitatione concupiscant. Quod si mortalis conditio nō pa  
 titur hominem esse ab omni macula purē: debent ergo largitione  
 perpetua peccata carnis aboleri: unum est enim sapientis & iusti  
 & uitalis uiri opus: diuitias suas ī sola iustitia collocare: qua p̄fe  
 cto qui eget: licet ille Croesum aut Crassum diuitiis superet: hic  
 pauper: hic nudus: hic mendicus putandus est. Danda igitur opa  
 est: ut indumento iustitię pietatisq; uelemur: quo nos nemo exu  
 at: quod nobis sempiternum prēbet ornatum. Nam si deorū cul  
 tores simulachra insensibilia excolunt: & quicquid preciosi ha  
 bent in ea conferūt: quibus nec uti possūt: nec gratias agere q̄ acce  
 perit: quāto iustius est & uerius: uiuētia dei simulachra excolere



ut promerere iuenire uiuentem. Quod sicut usui habent : quicquid  
acceperint & gratias agunt: ita deus: in cuius conspectu bonum fe-  
ceris: & probabit: & mercedem pietatis exoluet.

**C**api. xiiii. **Q** philosophi uera caruerunt humanitate :  
qui cum Stoicis eam inter morbos anime posuerunt .

**S**ergo in homine preclara & excellens est bonum, misericor-  
dia: idque diuinis testimoniis & bonorum malorumque consen-  
su optimum iudicatur: apparet philosophos longe abfuisse ab humano bo-  
no: qui neque preceperunt eiusmodi quicquam: neque fecerunt: sed uirtu-  
tem: que propemodum in homine est singularis: pro uicio semper  
habuerunt. Libet hic interponere unum de philosophia locum: ut  
illoque plenius coarguamus errores: qui misericordiam: cupiditatem:  
metum: morbos anime appellant. Conantur illi quidem uirtutes a ui-  
ciis distinguere: quod est sane facillimum. Quis enim non posset li-  
beralem a prodigo separare: ut illi faciunt? aut purum a sordido: aut  
quietum ab inertem: aut cautum a timido: quod hec que sunt bona fines  
suos habeant: quos si excesserint in uicia labuntur: ita ut constantia  
nisi pro ueritate sit suscepta fit imprudentia. Item fortitudo si nulla  
necessitate cogente: aut non pro causa honesta certum periculum subie-  
rit in temeritatem conuertitur. Liberalitas quoque si alios insectet potius  
quam insectantibus resistat: contumacia est. Seueritas etiam nisi se intra  
congruentes nocentium poenas coarceat: fit scrua crudelitas. Itaque di-  
cunt eos qui mali uideantur non sua sponte peccare: nec mala potius  
eligere: sed bonorum specie lapsus incidere in mala: dum bonorum ac ma-  
lorum discrimen ignorant. Hec quidem falsa non sunt: sed ad corpus cum  
cetera referuntur. Nam parcum alias purum esse aut constantem: aut cautum  
aut quietum: aut fortem: aut seuerum: uirtutes sunt quidem: sed huius  
temperantie uite. Nos autem qui hanc uitam continemus: alias no-  
bis uirtutes propositas habemus: de quibus philosophi ne suspicari quidem  
ulla ratione potuerunt. Itaque & uirtutes quasdam pro uiciis: & ui-  
cia que dam pro uirtutibus habuerunt. Nam Stoici affectus om-  
nes: quorum impulsu animus commouetur: ex homine tollunt  
cupiditatem atque letitiam: metum: moestitiam: quorum duo priora  
ex bonis sunt: aut futuris: aut presentibus: posteriora ex malis.  
Eodem modo hec quatuor morbos (ut dixi) uocant: non tam natura



infitos q̄ praua opinione susceptos. Et iccirco censent eos extirpa  
 ri posse radicitus: si bonoꝝ maloꝝq; opinio falsa tollatur. Si .n.  
 nihil censeat sapiens bonuz nihilq; malū: nec cupiditate ardescet :  
 nec letitia gestiet: nec metu terretur: nec egritudine contrahetur.  
 Mox uidebimns an efficiant quod uelint: an quid efficiant iteriz  
 propositum arrogans ac pene furiosum: qui se putent mederi &  
 eniti posse contra uim rationemq; naturę.

**C**api. xv. Quomō Peripathetici uicāt Stoicos: & doce  
 ant affectuū naturaliū stimulos euelli nō posse: sed mitiga  
 ri. Et q̄ ea que brutis aīalibus data sūt: singulo hōi īfita sūt  
 uniuerſa. Et quomō Stoici mētis affectiones diffiniant.

**H**æc enim naturalia esse non uoluntaria: omnium uiuentiū  
 ratio demonstrat: que hisdem omnibus quatitur affecti  
 bus. Peripathetici ergo rectius: qui hæc omnia detrabi posse ne  
 gant: quia nobiscum simul nata sunt: & conātur ostendere: q̄ pro  
 uidenter: & q̄ necessarie deus siue natura (sic enim dicunt) his nos  
 armauit affectibus: quos tamen: quia plerūq; uiciosi fiūt: si nimii  
 sint: posse ab homine adhibito modo salubriter temperari: ut tā  
 tum homini quantum naturę satis est: relinquatur. Non insipiēs  
 disputatio: sed (ut dixi) omnia nō ad hanc uitam referuntur. *referunt* Sto  
 ci ergo furiosi qui ea non temperant: sed abscindunt: rebusq; a na  
 tura infitis castrare hominē quodammodo uolunt. Quod tale  
 est: quale si uelint aut metū detrabere ceruis: aut uenenum angui  
 bus: aut iram feris: aut placiditatem pecudibus. Nam que singu  
 la mutis animalibus data sunt: ea uero uniuerſa homini simul.  
 Quod si (ut medici dicunt) letitię affectus in splene est: irę in fel  
 le: libidinis in iecore: timoris in corde: facilius est interficere ani  
 mal ipsum: q̄ ex corpore aliquid euellere: quod est animantis na  
 turam uelle mutare. Sed hoīes prudētes nō itelligūt: cum uicia ex  
 homine tollunt: etiam uirtutem se tollere: cui soli locum faciunt.  
 Nam si uirt<sup>9</sup> est ī medio irę impetu: seipsu; cohibere & reprime  
 re: qd̄ negare non possunt. caret ergo uirtute q̄sqs ira caret. Si uir  
 tus est libidinem corporis cōtinere: uirtute careat necesse est: qui li  
 bidinem quam temperet, non habet. Si uirtus est cupiditatem ab  
 alieni appetitione refrenare: nullam certe uirtutem potest habere:



qui caret eo: ad quod cohibendū uirtutis usus adhibetur. Vbi ergo uicia non sunt: nec uirtuti locus est quidem: sicut nec uictorie quidem: aduersarius ubi nullus est: ita fit ut bonum sine malo esse in hac uita non possit. Affectus igitur quasi ubertas animoꝝ ē naturalis. Nam sicut insentes, ager qui est natura foecundus exuberat: sic animus incultus uiciis sua sponte inualescentibus uelut spinis obducitur. Sed cū uerus cultor accesserit: statim cēdētibus uiciis fruges uirtutis oriuntur. Deus itaq; cum hominē primū finxerat mirabili puidētia īgenerauit ei prius istas animi cōmotiones: ut possit capere uirtutē: sicut terra culturā. Posuitq; materiam uicioꝝ in affectibus: uirtutis ī uiciis. Quę pfecto aut nulla ē: aut nulla erit: aut in usus esse non poterit: si definit ea per quę uis ei⁹ aut appareat: aut cōstet. Videamus nūc iidem illi qui uicia excidunt qd effecerint. Quatuor illos effectus quos ex opinione bonoꝝ maloꝝq; nasci putant: quibus euulsis sanādū esse animū sapiētis existimant: quoniā intelligūt & natura insitos esse: & sine his uihil moueri: nīhil agi posse alia quēdā ī eoꝝ locū uicemq; supponunt. Pro cupiditate alias substituunt uolūtatem: quasi uero non multo sit p̄stabilius: bonū cupere q̄ malum uelle. Itē pro lētitia gaudiū: pro metu cautionē. At in illo quarto īmutandi nominis eius ratio deficit. Itaq; egritudinē penitus idest moestitiam doloremq; animi abstulerūt: quod fieri nequaq; potest. Quis enim potest non dolere: si patriā aut pestilentia exhauerit: aut hostis euerterit: aut tyrannus oppresserit? Potest aliquis non dolere si sublatam uiderit libertatē: si p̄ximos: si amicos: si bonos uiros: aut exterminatos: aut crudelissime trucidatos: nisi cuius mens ita obstuuerit: ut sit ei sensus oīs ereptus? Quare aut omnia tollere debuerunt: aut implenda fuerant cuncta hęc, & debilis dīspūatio idē etiam pro egritudine aliquid reponendum: quoniā superioribus ita ordinatis hoc consequens erat. Vt enim p̄sentibus lētamur bonis: sic malis angimur ac dolemus. Si ergo lētitię qnam uiciosam putabant nomen aliud indiderunt: sic egritudini quoniā & ipsā uiciosam putabant: aliud uocabuluꝝ tribui cōgruebat. Vnde apparet non illis rem defuisse: sed uerbum: cui⁹ indigētia eum totū affectū qui est uel maximus cōtra quē natura pateretur: auferre uoluerunt. Nam illas omnium commutationes poteram coarguere pluribus & ostendere: aut sermonis ornādi: augēdeq;



copiæ gratia: multa noia hisdem rebus iposita: aut nihil: aut certe non multū inter se illa distare. Nam & cupiditas a uoluntate incipit: & cautio a metu oritur: & letitia nihil aliud ē q̄ professū gaudium. Sed putemus ut ipsi uolunt esse diuersa. Nempe igitur cupiditatem esse dicent perseverantem ac perpetuam uoluntatem: letitiam uero insolenter se offerens gaudium: metum autē nimiam & excedentē modū cautionē. Ita fit ut ea quę tollēda esse censēt non tollant: sed tēperent: siquidē noia tātū modo imutant: res ipse manent. Eo igitur imprudentes reuoluuntur: quo Peripathetici ratione perueniunt: ut uicia quoniā tolli non possunt: medio temperanda sint. Errant ergo quoniā non efficiunt quod uolūt: & lōgo aspero q̄ circuitu in eādē uia redeunt.

**C**api. xvi. Quō Peripathetici errauerūt. Et q̄ bon⁹ usus affectuū, p̄t⁹ ē: malus uiciū. Et q̄ usus ip̄e ex cā p̄fādus est.

**A**T ego ne Peripatheticos quidem accessisse ad ueritatem puto: quia uicia esse concedunt: sed ea mediocriter temperant. Carendum est enim uiciis etiam mediocribus: quin potius efficiendum fuit primum ne uicia essent. Nec enim quicq̄ uiciosū nasci pōt: sed uicia fieri si male utamur affectibus: uirtutes si bene. Deinde monstrādū est nō ipsos affectus: sed eorū causas esse moderandas. Nō est, inquit, nimia letitia gestiendum: sed modice ac temperate. Hoc uero tale est: quale si dicerent non esse currendum concitate: sed gradiendū moderate. At potest & q̄ graditur errare: & qui currit rectam uiam tenere. Quid si ostēdo esse aliqd ubi nō tm̄ modicū: sed uel punctum gaudere uiciosum sit: & aliud contra: i quo uel exultare letitia: minime criminofū? Quid tandem nobis ista mediocritas p̄derit? quēro utq̄ ne sapienti letandum putēt: si quid, inimico suo, mali uidēt accidere: aut utq̄ ne letitiam refrenare debeant: si uictis hostibus: aut oppresso tyranno, libertas & salus ciuibus parata sit? Nemo dubitat: qn̄ & in illo exiguum letari: & in hoc parum letari sit maximum crimen. Eadem de ceteris affectibus licet dicere. Sed ut dixi non in his moderandis sapientiæ ratio uersatur: sed in causis eorum: quoniam extrinsecus cōmouentur: nec his potissimū frēnum imponi oportuit, quoniā & exigui possunt esse in maximo crimie.



& maximi possunt esse sine crimine: sed assignandi fuerunt certis temporibus: & rebus: & locis: ne uicia sint, quibus uti recte licet. Sicut. n. recte ambulare bonum est: errare autem malum: sic moueri affectibus in rectum, bonum est: in prauum malum. Nam libido si extra legitimū thorum non euagetur: licet sit uehemēs: tamē culpa caret. Sin uero appetit alienū: licet sit mediocris: uiciū tamē maximū est. Non est itaq; morbus irasci: nec cupere: nec libidine cōmoueri: sed iracundū esse morbus est. Cupidum, libidinosū: qui enim iracundus est: etiā cui nō debet: aut cui nō oportet irascitur. Qui cupidus: etiā quod nō opus ē cōcupiscit. Qui libidinosus: etiā qd̄ legibus uetatur, affectat. Omnis ergo ratio in eo uersa ri debuit: ut quoniā eaz̄ rerū impetus inhiberi non pōt; nec debet: q̄a necessario est insitus ad tuenda officia uitę: dirigeretur potius in uia rectā: ubi etiā cursus offensione ac piculo caret.

**C**api. xvij. Q, ea quę phī uicia putant uirtutes sunt: si tamen referantur ad finem debitum idest ad deū. Et q̄ insani sunt q̄ humanā naturā igenitis affectibus spoliare nituntur.

**S**ed euectus sum coarguendi studio longius: cum sit mihi propositum, ea quę uicia phī putauerūt, ostendere: non tamē uicia non esse: uerum etiam magnas esse uirtutes. Ex aliis docendi gratia summam: quę pertinere ad rem maxime puto. Metum seu timorem ī maximo uicio ponunt: summāq; imbecillitatē esse animi putant: cui sit contraria fortitudo: quę si sit in homine: locum timori esse nullum. Credit ergo ne aliqs fieri posse: ut idem metus summa sit fortitudo? Minime. Neq; enim uidetur capere natura: ut aliquid in cōtrariū recidat. Quia ego nō arguta aliqua cōclufione: ut apud Platonem Socrates facit: qui eos quos cōtra disputat: cogit ea quę negauerant confiteri: sed simpliciter ostendam summū metū: summā esse uirtutē. Nemo dubitat qn timidi & imbecilli sit animi: aut dolorem metuere: aut egestate;: aut exilium: aut carcerem: aut mortem: quę omnia quisquis non exhorruerit: fortissimus iudicatur. Qui autē deum metuit: illa uniuersa non metuit. Ad quod probandum argumētis opus non est. Spectate sunt enim semp: spectanturq; adhuc per orbem poenę cultorum dei: in quibus excruciantis noua & inusitata tormenta

*melior, at ego est.*



1777

excogitata sunt. Nam de mortis generibus, horret animus recor-  
dari: cum immaniū bestiarū ultra ipsam mortem carnificina scēui  
erit. Has tamē execrabiles corporum lacerationes: foelix atq; inui-  
cta patientia sine ullo gemitu pertulit. Hęc uirtus omnibus popu-  
lis atq; p̄uintiis: & ipsis tortoribus miraculum maximū p̄buit,  
cum patientia crudelitas uinceretur. Atq; hanc uirtute; nihil aliud  
q̄ metus dei fecit. Itaq; ut dicebā nō euellēdus (ut stoici) neq; tem-  
perandus timor (ut peripathetici uolunt) sed in ueram uiam diri-  
gendus est: auferendiq; sunt metus: sed ita ut hic solus relinquat:  
qui quoniā legitimus ac uerus ē: solus efficit ut possint cetera oīa  
non timeri. Cupiditas quoq; inter uicia numeratur: sed si hęc quę  
terrena sunt concupiscat uicium est: uirtus autem si cęlestia. Qui  
enim iustitiā: qui deū: qui uitā p̄petuā: qui lucē sempiternā: eaq;  
omnia quę deus homini pollicetur consequi cupit: opes istas &  
honores & potētias: & regna ipsa cōtēnet. Dicit fortasse Stoic⁹:  
uoluntate opus esse ad hęc consequēda, non cupiditate: imo uero  
parū est uelle. Multi, n. uolunt: sed cū dolor uisceribus accesserit:  
uoluntas cedit: cupiditas perseuerat: quę si efficit ut contemptui  
sint omnia: quę a ceteris appetuntur: summa uirtus est: siquidem  
cōtinētię mater est: ideoq; potius illud efficere debemus: ut affe-  
ctus quibus parue uti, uicium est: dirigamus in rectum. Nā istę cō-  
citationes animorū iuncto currui similes sunt: in quo recte mode-  
rando summū rectoris officiū est: ut uia nouerit: quā si tenebit:  
licet q̄ concitate ierit non offendit. Si autē errauerit: licet placide  
ac leuiter eat: aut per confragosa uexabitur: aut per p̄cipitia labe-  
tur: aut certe quo non opus est deferetur. Sic cursus ille uitę: qui  
affectibus uelut equis pernicious ducitur: si rectā uia; teneat fun-  
getur officio. Metus igit̄ & cupiditas si p̄iciant̄ in terram: uicia  
fient, Virtutes autē si ad diuina referātur: parsimoniā contra uir-  
tutis loco habēt: quę si studium est habendi: non pōt esse uirtus  
q̄ in augēdis uel tuēdis terrestribus bonis, tota uersatur. Nos au-  
tem summū bonum non referimus ad corpus: sed omne officiū  
soliū anime conseruatione metimur: quod si (ut supra docui) pa-  
trimonio minime parcendum est: ut humanitatem iustitiāq; te-  
neamus: non est uirtus frugi esse: quod nomē uirtutis specie fefel-  
lit ac decepit. Est, n. frugalitas abstinentia q̄dē uoluptatū: sed eo ui-  
ciū: q̄ exhibēdi amore descēdit: cū sit & uoluptatib⁹ abstinēdū  
habendi



& pecunię minime temperandum. Nam parce idest mediocriter  
uti pecunia: quasi quędam pusillitas est animi: aut pertimētis ne <sup>peccati</sup>  
sibi defit: aut desperantis posse se illam reparare: aut contemptu;  
terrestium non cupientis. Sed illi rursus euz, qui rei familiari sue  
non parcat, prodigum uocant. Nam ita liberalem distinguunt a  
prodigo: q̄ is liberalis sit: q̄ cibū & benemeritis & cum oportet &  
q̄tū iatis est largitur. prodigus uero qui & nō meritis & cū opus  
non est: & sine respectu rei familiaris effūdat. Quid ergo prodi  
gum ne dicemus eū? qui misericordię causa tribuit egentibus ui  
ctum? Atquin multū refert utz ne scortis propter libidinē largia  
re: an miseris propter humanitatem. Vtrū pecuniam tuā p̄ducto  
res, aleatores, lenonesq; diripiant, an illam pietati ac deo p̄stes.  
Vtrū ne illam uentri ac gulę ingeras: an in thesauro iustitie repo  
nas. Vt ergo uicium est effundere in malā partem: sic in bonā uir  
tus. Si uirtus est nō parcere opibus quę possunt reparari: ut homi  
nibus uitam sustententes, quę reparari non pōt: uiciū igitur parsimo  
nia est. Quare nihil aliud dixerim q̄ insanos: qui hominem mite  
ac sociale animal, orbant suo nomine: qui euulsi affectibus q̄bus  
omnis constat humanitas: ad imobilem stuporē mentis perduce  
re uolunt: dū student animū a perturbationibus liberare: & ut ip  
si dicunt quietum tranquillūq; reddere: quod fieri non tantum  
nō pōt: q̄a uis & ratio eius in motu est: sed ne oportet quidē: q̄a si  
cut aqua quidem semper iacens & quieta, insalubris, & magis tur  
bida est: sic animus imotus ac torpens inutilis est etiam sibi: nec  
uitam ipsā tueri poterit: q̄a nec faciet quicq; nec cogitabit: cum co  
gitatio ipsa nihil aliud sit q̄ mentis agitatio. Deniq; qui hanc im  
mobilitatē animi asserunt: priuare animum uita uolunt: quia uita  
actuosa est, mors quieta. Quędam etiam recte pro uirtutibus ha  
bent: sed eaz modum non tenent. Virtus est constantia: non ut <sup>cedendum</sup>  
inferentibus iniuriam resistamus. His enim credendū: quod cum <sup>cur</sup>  
fieri debeat mox docebo: sed ut iubentibus, facere nos contra dei  
legem cōtraq; iustitiā: nullis minis aut suppliciis terreamur: quo  
minus dei iussionem hominis iussioni p̄feramus. Item uirtus ē  
mortē cōtemnere, nō ut appetamus: eamq; ultro nobis inferam⁹.  
sicut phōrum plurimi & maximi sepe fecerunt: quod est scelera  
tum ac nefarium: sed ut coacti deum relinquere: ac fidem prode  
re: mortē suscipere malim⁹: libertatemq; defendamus aduersus



ipotentiam stultam, ueracemque uolentiam: ut omnes seculi minas: atque terrores fortitudine animi prouocemus. Sic ea que alii timet excelsa & insuperabili mente, dolore mortemque calcamus. Hec est uirtus: hec uera constantia: in hoc tuenda & conseruanda solo: ut nullus nos terror: nulla uis a deo possit auertere. Vera igitur Ciceronis illa sententia est. Nemo inquit iustus potest esse: qui mortem: qui dolorem: qui exilium: qui egestatem timet. Item Seneca in libris moralis philosophie dicitis. Hic est ille homo honestus: non apice: non purpurae: non lectore insignis ministerio: sed nulla re minor: qui cum mortem in uicinia uidet: non sic perturbatur tanquam rem nouam uiderit: quae siue toto corpore tormenta patienda sunt: siue flamma ore rapienda est: siue extendende per patibulum manus non querit quid patiat: sed quae bene. Qui autem deum colit: hec patitur: nec timet. Ergo iustus his rebus efficitur: ut neque uirtutes: neque uirtutum exactissimos limites nosse: aut tenere possit omnino, quod si quis est a religione dei singularis alienus.

**C**api. xviii. Quomodo precepta dei: quibus insistendum est a philosophis dissident institutis: & quis sit patientie titulus.

**S**ed omittamus philosophos: qui aut omnino nihil sciunt: idque ipsum per summa scientia preferunt: aut qui non percipiunt etiam que sciunt: aut qui quoniam se putant scire que nesciunt: inepte arroganterque desipiunt. Nos ergo ut ad propositum reuertamur: quibus solum a deo ueritas reuelata: & celitus missa sapientia est: faciamus que iubet illuminator noster deus: sustineamus inuicem & labores huius uite mutuis adiuuentis proferamus. Nec tamen si quid boni operis fecerimus gloriam captemus ex eo. Monet enim deus operatorem iustitie non oportere esse iactantem: ne non tam mandatis celestibus obsequendi: quam studio placendi: humanitatis officio functus esse uideatur. Habeatque iam precium glorie quod captauit: nec premium celestis illius: ac diuine mercedis accipiat. Cetera que obseruare cultor dei debet: facilia sunt illis uirtutibus comprehensis. Non metiatur unquam decipiendi aut nocendi causa. Est enim nefas eum qui ueritati studeat in aliqua re esse fallacem: atque ab ipsa quam sequitur ueritate discedere. In hac iustitie uirtutumque omnium uia: nullus mendacio locus est. Itaque uiator ille uerus ac iustus non dicet illud Lucilianum. Homini amico ac familiari non est mentiri meum: sed etiam inimico



atq; ignoto estimabit non esse mentiri suū : nec aliquādo cōmit-  
tet ut lingua interpret animi, a sensu & cogitatione discordet : pe-  
cuniā si quā crediderit, non accipiat usuram: ut & beneficium íco-  
lume sit: quod succurrit necessitati: & abstineat se prorsus alieno.  
In hoc enim genere officii debet suo esse contētus : quē oportet  
alias: ne proprio quidē parcere, ut bonum faciat: plus autē accipere  
q̄ dederit iniustū est. Quod qui facit insidiatur quodāmodo: ut  
ex alterius necessitate prædeat. Aut iustus nunq̄ prætermittet : quo-  
minus aliquid misericorditer faciat: nec inquinabit se huiusmodi  
quæstu: sed efficiet ut sine ullo suo damno id ipsum quod cōmo-  
dat inter bona opa numeretur. Munus nō accipiet a paupere : ut si  
quid ipse præstiterit: eo bonum sit: quo fuerit gratuitum. maledi-  
centi benedicto respondeat: nunq̄ ipse maledicat ne uerbum ma-  
lum procedat ex ore hominis : qui colit uerbum bonum. Qui  
etiam caueat diligenter: ne quando inimicum, sua culpa, faciat : &  
si quis extiterit tam proteruus, qui bono & iusto faciat iniuriam  
clemēter ac moderate ferat: & ultionem suam non sibi assumat  
sed dei iudicio reseruet: innocētiā semp̄ & ubiq; custodiat. Quo  
preceptum non ad hoc tantum ualet: ut ipse iniuriam non inferat  
sed ut illatam sibi non uindictet ; sed ei, qui maximus & equissi-  
mus iudex, speculator, ac testis est omnium: hūc homini præferat  
hunc malit de sua causa pronunciare: cuius sententiam nemo effug-  
re potest: nec defensione cuiusq; nec gratia. Ita fit ut homo iustus  
contēptui sit omnibus: & quia putabitur semetipsum defendere  
non posse, habebitur pro segni & inertī. Qui autem fuerit ult<sup>9</sup> in-  
micū hic fortis: hic strenuus iudicat: hunc colunt: hunc omnes u-  
rentur. Bonus uero ille tametsi prodesse omnibus uel plurib<sup>9</sup> po-  
sit: illum tamē suscipiūt qui nocere q̄ qui prodesse possit: sed  
stultum prauitas hominū deprauare non poterit: quo minus deo ser-  
deat obtemperare: malitq; contēni dummodo semper bono fr-  
gatur officio: mali nunq̄. Cicero in iisdē illis officialibus. At-  
ro si quis uoluerit inquit sui animi complicatam notionem eu-  
uere: iam seipse doceat eum uirū bonū esse: qui p̄sit quibus p-  
sit: noceat nemini: nisi laceffit<sup>9</sup> iniuria. O q̄ simplicem ueram  
sententiam, duorū uerborum adiectione corrumpit. Quid, n. op-  
fuerat adiūgere: nisi laceffit<sup>9</sup> iniuria: ut uiciū, bono uiro q̄si cau-  
turpissimam apponeret: patientiq; que omnium uirtutum maximam

s. reseruet.

s. contemnitur  
illum potius suspiciat



est, facere expertem! Nociturum esse dixit bonum uirum: si fuerit  
laceffitus. Iam hoc ex ipso <sup>hoc</sup> boni uiri nomē amittat necesse est: si  
nocebit. Non minus, n. mali est referre iniuriam q̄ iſerre. Nā unde  
certamina inter homines! unde pugne contentionesq̄ nascunt̄!  
nisi q̄ improbitati appoſita impatientia: magnas ſepe concitat tē  
peſtates. Quod ſi patientiā qua uirtute nihil uerius; nihil homie  
dignius inueniri pōt improbitati oppoſueris, extinguetur proti  
nus tanq̄ igni aquā ſuperfuderis. Sinaūt puocatrix illa improbi  
tas impatientiam ſibi comparem naſta eſt: tanq̄ perfuſa oleo tan  
tum excitabit incendium: ut id non flumen aliquod: ſed effuſio  
cruoris extinguat: magna itaq̄ patientiē ratio eſt: quā ſapiens ho  
mo ademit bono uiro: ut enim nihil malorū fiat: hęc ſola efficit:  
quę ſi detur omnibus: nullum ſcelus: nulla fraus in rebus hūanis  
erit. Quid ergo bono uiro poteſt eſſe tam calamitoſus: tamq̄ cō  
trariū: q̄ irę frena permittere: quę illum non modo boni: ſed etiā  
hominis appellacione deſpoliet! Siquidem nocere alteri: ut ipſe  
ait ueriſſime: non eſt ſecundum homis naturam: nam & pecudes  
ſi laceſſas: aut calce: aut cornu repugnāt. Et ſerpētes ac ferę: niſi per  
ſequaris: ut occidas: negociū non exhibent. Et ut ad hominū exē  
pla redeamus: iſperiti quoq̄ & inſipientes ſi quando accipiūt iniu  
rias: cęco & irrationabili furore ducuntur: & his qui ſibi nocēt ui  
cem tribuere conant̄. In quo igitur ſapiens ac bonus uir a malis &  
inſipientibus differt: niſi q̄ habet inuictā patientiam: qua ſtulti  
carent: niſi q̄ regere ſe ac mitigare iram ſuam nouit: quam illi (qa  
uirtute indigent) frenare non poſſunt: ſed uidelicet hęc ipſum res  
fefellit: quia cum de uirtute quęrit̄, in quacunq̄ conditione uince  
re; putauit eſſe uirtutis. Nec uidere ullo modo potuit, hominem  
dolori & irę ſuccūbentem: & his affectibus indulgentem: quib⁹  
debet potius reluctari. Et ruētē quacunq̄ in parte puocarit impro  
bitas, uirtutis officium nō tenere. Qui enī; referre iniuriam nititur,  
eum ipſum, a quo leſus eſt, geſtit imitari: ita qui malum imitatur:  
bonus eſſe nullo pacto poteſt. Duob⁹ igitur uerbis, duas uirtutes  
maximas: bono & ſapiēti uiro: inoſcentiā patiētiāq̄ detraxit: ſed  
qa ipſe caninam illā faciēdiā ſicut Saluſtius ab Appio dictum re  
fert, exercuit: uoluitq̄ hominē canino modo uiuere: ut remordeat  
laceffitus: quę retributio contumelię q̄ pernicioſa ſit: & quas ede  
re ſoleat ſtrages: unde oportuni⁹ petetur exemplum: q̄ ex ipſius



leuitate

præceptoris tristissimo casu, qui cum his philosophorū præceptis obtēperare gestit: ipse se perdidit. Qui si laceffitus iniuria patientiā tenuisset: si dissimulare: si ferre contumeliam boni uiri esse didicisset: nec illas nobiles orationes alieno titulo inscriptas: impatientia & leuitas & infania profudisset, nunq̄ capite suo rostra (in quibus ante floruerat) cruentasset: nec rēpublicam fundit<sup>9</sup> proscriptio illa deleffet. Sapientis ergo ac boni uiri non est uelle certa re, ac se periculo cōmittere: quoniā & uincere non est in nostra potestate: & est anceps omne certamē: sed est sapientis & optimi uiri non aduersarium uelle tollere (quod fieri sine scelere ac periculo nō pōt) sed certamē ipsum: quod fieri & utiliter & iuste potest. Sūma igitur uirtus habēda patientia est: quam ut caperet homo iustus: uoluit illū deus: ut supradictum est p̄ inerte contēni. Nisi .n. contumeliis fuerit affectus: quantum habeat fortitudinis in se ipso cobibendo ignorabitur. Si autem laceffitus iniuria lēdente; persequi coeperit: uictus est. Si uero motū illum ratione comprefserit: hic plane imperat sibi: & hic regere se potest: quę sustentatio sui, recte patientia nominat: quę una uirtus omnibus est appposita uiciis & affectibus. Hęc perturbatum animum ac fluctuātem ad tranquillitatem suam reuocat: hęc mitigat: hęc hominem sibi reddit. Ergo quoniā nature repugnare impossibile est: & utile ut nō cōmoueamur omnino: prius tamen q̄ cōmotio illa profiliat ad nocendum: quoad fieri potest maturius sopiatur. Præcepit deus nō occidere, solem super iram nostram: ne furoris nostri testis abscedat. Deniq; Marcus Tullius cōtra suum præceptū: de quo paulo ante dixit: obliuionem iniuriarū in magnis laudib<sup>9</sup> posuit. Spero, inq̄t, Cęsar qui obliuisci nihil soles nisi iniurias. Quod si hoc ille faciebat homo: non a cęlesti tātum: sed a publica quoq; ciuiliq; iustitia remotissimus: quanto magis id nos facere debemus: qui immortalitatis uelamine candidati sumus.

Capi. xix. Q<sup>2</sup> Peripathetici stoicis obuiant in defensione affectuum. Et quę sint tres furie: quas poetę finxerunt: & quis earum usus sit & abusus.

**S**Toici cum affectus ex homine tanq̄ morbos, conantur euellere: Peripathetici se opponunt: eosq; non modo retinent:



fed etiam defendunt. Nihilq; in homine esse dicunt: quod non magna ratione ac prouidentia fit innatum. Recte id qdem: si singularū rerum ueros terminos scirent. Itaq; hāc ipsā iram comitem esse dicunt uirtutis: tāq; nemo possit aduersus hostes fortiter dimicare: nisi fuerit ira concitatus. Quo plane oñdunt nec, quid sit uirtus, scire se: nec cur homini attribuerit ira; deus. Quę si nobis iō data ē: ut ea utamur ad occidēdos homines: qd immani<sup>9</sup> homine: qd similius feris beluis existimādū est: q̄ id animal qd ad coionem & innocentiam deus fecit? Tres sunt igit affectus q; homines in omīa facinora p̄cipites agāt: ira: cupiditas: libido. Propterea poetę tres furias eē dixerūt: quę mētes hominū exagitant: ira ultionē desiderat: cupiditas opes: libido uoluptates. Sed his omnibus deus certos limites statuit: quos si transcenderent: maioresq; eē coeperit: necesse est nām suā deprauēt: & i morbos ac uicia uertant. Qui aut sint isti limites: non est magni laboris oñdere. Cupiditas ad ea cōparāda nobis data est: quę sunt ad uitam necessaria: libido ad sobolē ppagādā: irę affect<sup>9</sup> ad cohercēda peccata: eorum quę sunt in nostra potestate: idest ut arctiore disciplina minor etas ad probitatem, iustitiamque formetur: quę nil i metu cohibeatur: licentia pariet audacia; quę ad omne flagitium & facinus euadet. Itaq; ut ira uti aduersus minores & iustū est & necessarium: sic & aduersum pares, & perniciosus est & impium. Impium q; uiolatur humanitas: perniciosum q; illis repugnantibus aut perdere necesse est aut perire. Hanc autem quam dixi esse rationem: cur homini sit irę affectus datus, ex ipsius dei p̄ceptis intelligi potest: qui iubet uti maledictis & ledentibus nō irascamur. Man<sup>9</sup> autem nostras supra minores semper habeam<sup>9</sup>: hoc est ut peccantes eos assiduis uerberibus corrigam<sup>9</sup>: ne amore inutili & indulgentia nimia educentur ad malum & ad uicia nutriantur. Sed rerum imperiti & rationis ignari: eos affectus qui sunt homini aduersus bonos dati, exterminauerunt: & lati<sup>9</sup> q̄ rō postulat euagantur. Inde iniuste atq; impie uiuūt: utuntur ira cōtra pares: hinc dissidia: hinc expulsionones: hinc bella cōtra iusticiā nata sunt. Utuntur cupiditate ad congerendas opes: hīc fraudes: hinc latrocinia: hinc omnia scelerum genera orta sunt. Utuntur libidine ad capiēdas tantū uoluptates. Hīc stupra: hīc adulteria: hinc corruptelę omnes extiterunt. Quicūq; igitur illos affectus

u. s. occidere

ira, cupiditas, libido.

puerissima iururum poetiarum mitatio.

cupiditas ad necessaria uite comparanda. libido ad sobolem propagandam. irę affectus ad cohercenda peccata, nobis dati sunt.

dissidia



intra fines suos redegerit: quod ignorantes deū facere nō possunt:  
hic patiens: hic fortis: hic iustus est.

**C**apit. xx. De quinque sensuum uoluptatibus. Et quare plus uoluptatis datum sit homini a natura quam ceteris animalibus. Et primum de uoluptate uisus & de spectaculis euitandis. Et de ludis & spectaculo auctoribus

**R**estat ut contra quinque sensuum uoluptates dicam breuiter. Nam & ipsius libri mensura iam modum flagitat: que omnes quoniam uiciose ac mortifere sunt: uirtute superari atque opprimi debent, uel quod paulo ante dicebam: de affectibus ad rationem suam reuocari. Ceterę animantes preter unam uoluptatem que ad generandum pertinet nullam sentiunt. Utuntur ergo sensibus ad nature sue necessitatem. Vident ut appetant ea quibus opus est ad uitam tuendam: audiunt inuicem seque discunt: ut possint congregari. Que utilia sunt ad uictum aut ex odore inueniunt: aut ex sapore percipiunt: inutilia respuunt aut recusant. Edendi & bibendi officium uentris plenitudine metiuntur. Homini uero, solertissimi artificis prouidentia dedit uoluptatem infinitam & in uiciū cadentem: quia proposuit ei uirtutem que cum uoluptate semper tanquam cum domestico hoste pugnaret. Cicero in catione maiore. Stupra uero, inquit, & adulteria & omne flagitium nullis excitari alijs illecebris, nisi uoluptatis. Cunque homini siue natura siue quis deus nihil mentem prestabilius dedisset: huic diuino muneri ac dono, nihil tam inimicum quam uoluptatem. Nec enim libidine dominante temperantie locum esse: neque in uoluptatis regno uirtutem posse consistere: sed e contrario deus idcirco uirtutem dedit: ut expugnaret & uinceret uoluptatem: eamque egredientem fines sibi datos: intra prescriptum coherceret: ne hominem suauitatibus delinitum atque captum: ditioni sue subiceret: ac sempiterna morte mulceteret. Voluptas oculorum uaria & multiplex, que capit ex aspectu rerum que sunt in usu hominum: uel natura uel opere delectabiles: hanc philosophi rectissime sustulerunt. Aiant enim multo esse preclarior & homine dignior: celum potius quam celata intueri: & hoc pulcherrimum opus inter micantibus astroz luminibus, tanquam floribus adornatum: quam picta & ficta & gemmis distincta mirari. Sed cum diserte ad contemptum terrestrium



exhibuerunt

nos exhortati sunt: & ad celi spectaculum excitauerunt: tamē specta-  
 ctacula hęc publica nō cōtenunt: itaq; his & delectant̄ & libēter  
 iterfunt: quę qm̄ maxima sunt irritamēta uicioꝝ: & ad corrūpen-  
 dos animos potissime ualēt, tollenda sunt nobis: q̄ nō modo ad  
 beatam uitā nihil cōferūt: sed etiā nocēt plurimū. Nā qui hoīem  
 (quīs ob merita dānatum) in cōspectu suo iugulari pro uoluptate  
 cōputat, conscientiā suam polluit: tam. s. q̄ si homicidij quod sit  
 occulte spectator & particeps fiat. Hos tamen ludos uocant: in q̄  
 bus humanus sanguis effunditur. A deo longe ab hominibus se-  
 cessit humanitas: ut cum animas hominum interficiant: ludere se  
 opinentur: nocentiores his omnibus, quorum sanguine, uolupta-  
 ti habent. Quęro nunc an possint pi; & iusti homines esse, q̄ con-  
 stitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes: non tan-  
 tum patiuntur occidi: sed efflagitant, feruntq; ad mortem crude-  
 lia & inhumana suffragia, nec uulneribus satiati: nec cruore contē-  
 ti: quin etiam percussos iacentesq; repeti iubent: & cadauera icti-  
 bus dissipari: ne quis illos simulata morte deducat. Irascantur eti-  
 am pugnantibus nisi celeriter alter e duob; occisus est: & tanquā  
 humanum sanguinem sitiant: oderunt moras: alios illis cōpares  
 dari poscunt recentiores: ut q̄primus, oculos suos fatient. Hac cō-  
 suetudine imbuti, humanitatem perdiderunt. Itaq; non parcunt  
 etiam innocentibus: sed exercent in omnes quod in malorum tru-  
 cidatione didicerunt. Huius igitur publici homicidij socios &  
 participes esse non conuenit: eos qui iusticię uia, tenere nituntur.  
 Non enim cum occidere deus uetat: latrocinari tantum prohibet,  
 quod ne per leges quidem publicas licet: sed ea quoq; ne faciant  
 monet: quę apud homines pro licitis habentur. Ita neq; militari  
 iusto licebit: cui; militia est ipsa iusticia: neq; uero accusare quēq;  
 crimine capitali: quia nihil distat utrum ne ferro an uerbo potius  
 occidas: quoniam occisio ipsa prohibetur. Ita q̄ in hoc dei prę-  
 cepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet: quin occidē ho-  
 minem sit semper nefas: quem deus sanctum animal esse uoluit.  
 Ergo ne illud quidem cōcedi aliq; existimet: ut recentes natos li-  
 ceat oblidere: quę uel maxima est impietas. Ad uitam enim deus  
 inspirat animas non ad mortem. Verum homines ne quod sit fa-  
 cinus quo manus suas non polluant: rudib; adhuc & simplicib;  
 animis abnegant lucem non a se datam. Expectet uero aliquis ut

ante lege



alieno sanguine parcant: qui non parcunt suo: sed hi sine uilla cō-  
trouersia scelerati & iniusti: Quid illi quos falsa pietas cogit ex-  
ponere! Nō possūt inocentes existimari: q̄ uiscera sua ī prēda; ca-  
nib⁹ obūciūt: & quātuz in ip̄is ē: crudeli⁹ necāt q̄ si strāgulassēt.  
Quis dubitet qn̄ īpius sit, q̄ aliene misericordie locū nō tribuit!  
q̄ etiā si cōtingat ei qd̄ uoluit, ut alaf, addixit certe sanguinē suu;  
uel ad seruitutē uel ad lupanar. Quē aut̄ possunt uel soleant acci-  
dere in utroq; sexu, uel p̄ errorē, q̄s non intelligit! q̄s ignorat! Qd̄  
uel uni⁹ Edipodis declarat exēplū: duplici scelere cōfusū. Tā igi-  
tur nefariū est exponere q̄ necare. At enī parricide facultatū angu-  
stias cōqueruntur: nec se pluribus liberis educandis sufficē posse  
prētendunt: quasi uero aut facultates in potestate sint possidētū  
aut non quotidie deus ex diuitibus pauperes: & ex pauperib⁹ di-  
uites faciat. Quare si quis liberos ob paupertatē non poterit edu-  
care: fatius est ut ab uxoris congressione cōtineat: q̄ sceleratis ma-  
nibus, dei opera corrumpat. Ergo si homicidiu; facere nullo mō  
licet: nec interesse omnino conceditur: ne conscientiam perfūdat  
ullus cruor. Siquidem populo sanguis ille prēstatur: ī scēnis q̄q;  
nescio an sit corruptela uiciosior. Nam & comice fabule de stu-  
pris uirginum: aut loquuntur amoribus meretricum: & quo ma-  
gis sunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententia-  
rum elegantia persuadent: & facili⁹ inbērent audientium memo-  
rie uersus numerosi & ornati. Item tragice historie subūciūt ocu-  
lis parricidia & icesta regum malorum: & conturnata scelera de-  
monstrant. Histrionum quoque impudicissimi motus: quid ali-  
ud nisi libidines docent & instigant! quorum eneruata corpora:  
& in muliebrem incessum habitumq; mollita: impudicas foemi-  
nas in honestis gestibus menciuntur. Quid de mimis loquar, cor-  
ruptelarum prēferentibus disciplinam: qui docent adulteria du;  
fingunt: & simulatis erudiunt ad uera! Quid iuuenes aut uirgi-  
nes faciant: cum & fieri sine pudore: & spectari libenter ab omni-  
bus cernunt! Admonentur utiq; quid facere possint & ī flammā  
tur libidine: quē aspectu maxime concitatur: ac se quisq; p̄ sexu  
in illis imaginibus prēfiguratur: probātq; illa dum rident: & adhē-  
rentib⁹ uicijs corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri mo-  
do quos prēmaturis uicijs inbui non oportet: sed etiā senes quos  
peccare non decet in talem uicioꝝ semitam dilabuntur. Circēsiu;

possint

facultates  
angustas



7726  
quoque ludorum ratio quid aliud habet nisi leuitatem: uanitate; infa-  
niam? Tanta namque impetu concitantur animi in furore: quanto illic impetu  
currit: ut iam plus spectaculi exhibeant: quam spectandi gratia ueniunt cum  
exclamare & efferri & exilire coeperint. Vitanda ergo spectacula omnia  
non solum ne quid uiciorum pectoribus insideat: quae sedata & pa-  
cifica esse debent: sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo delini-  
at: & a deo atque a bonis operibus auertat. Nam ludorum celebra-  
tiones, deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum uel tempo-  
rum nouorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem  
uenationes quae uocantur munera Saturno attributae sunt. Ludi  
autem scenici libero: Cirenenses uero Neptuno. Paulatim uero &  
caeteris dijs idem honos tribui coepit: singulique ludi nominibus  
eorum consecrati sunt: sicut Sifinnius capito in libris spectacu-  
lorum docet. Si quis igitur spectaculis interest: ad quae religionis  
gratia conuenitur: discessit a dei cultu: & ad deos se contulit: quo-  
rum natales & festa celebrauit.

Capitulum. xxi. De uoluptate auriu. Et quid sibi uelit diui-  
norum eloquiorum simplicitas: quae omnibus carminibus & flo-  
ribus pompisque uerborum preferenda est.

**V**arium uoluptas ex uocum & cantuum suauitate percipitur  
quae scilicet tam uiciofa est: quam oblectatio illa de qua diximus  
oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum: qui  
scenicas artes domi habeat? At qui nihil refert utrum ne luxuriam  
solum domi: an cum populo exerceas in theatro. Sed iam de spe-  
ctaculis dictum est: restat unum quod est nobis expugnandum:  
ne capiamur his quae ad sensum intimum penetrant. Nam illa om-  
nia quae uerbis carent: id est aeris & neruorum suaues soni: possunt  
facile contemni: quia non adherent ne scribi possunt. Carminum autem  
compositum & oratio cum suauitate decipiens: capit mentes: &  
quo uoluerit impellit. Inde homines litterati cum ad religionem  
dei accesserint: ab aliquo perito doctore fundati, minus credunt.  
Assueti enim dulcibus & politis, siue orationibus, siue carmini-  
bus: diuinarum litterarum simplicem communemque sermonem  
pro sordido aspernantur: id enim quaerunt quod sensum demul-  
ceat. Persuadet autem quicquid est suaue: & animo penitus dum  
delectat, insidet. Num igitur deus & mentis & uocis & linguae



artifex : diserte loqui nō pōt! Immo uera sūma puidencia carere  
fuo uoluit: ea q̄ diuina sūt, ut oēs itelligerent: q̄ ip̄a oibus loque  
bañ. Ergo q̄ ueritati studet: q̄ non uult ip̄e se decipere: abiiciat ini  
micas & noxias uoluptates: q̄ animam sibi uinciāt: ut corp⁹ cibi  
dulces: p̄ferātur uera falsis: eterna breuib⁹: utilia iocūdis. Nihil  
aspectu gratū sit: nisi quod pie quod iuste fieri uideas : nihil au  
ditu suaue: nisi qd' alit aīam: meliorēq; te reddit . Maximeq; hic  
sensus non est ad uicium detorquendus: qui nobis ideo datus ē:  
ut doctrinā dei percipere possemus. Ita q̄ si uoluptas est audire  
cantus & carmina: dei laudes canere & audire iocundum sit. Hęc est  
uoluptas uera, q̄ comes est & socia uirtutis. Hęc est nō caduca &  
breuis: ut illę, quas appetunt, qui corpori ut pecudes seruiunt: sed  
p̄petua & sine ulla intermissione delectans. Cui⁹ terminos si q̄s  
excesserit: nihilq; aliud ex uoluptate petierit nisi ip̄am uoluptatē  
hic mortem meditatur: quia sicut uita perpetua in uirtute est : ita  
mors in uoluptate . Qui enim temporalia maluerit: carebit eter  
nis: qui terrēna p̄tulerit: cęlestia non habebit.

**Capitulum. xxij.** De uoluptate olfatus & gustus: quam uir  
prudens euitare debet ut laqueos & tendiculas mortis.

**D**uoluptates autem saporis & odoris: qui duo sensus ad  
solum corpus pertinēt: nihil est aliud quod a nobis dispu  
tetur nisi forte quis exigit: ut dicamus <sup>non</sup> turpe esse sapienti ac bono,  
si uentri & gulę seruiat: si unguētis oblitus: ac floribus coronat⁹  
incedat: quod qui facit utiq; insipiēs & inept⁹ & nihil est: & quē  
ne odor quidem uirtutis attigerit. Fortasse quispiā dixerit. Cur  
ergo illa facta sunt: nisi ut illis fruamur? At enim iam sepe dictū  
est uirtutē fuisse futurā nullā: nisi haberēt quę opprimerēt . Itaq;  
fecit oīa deus ad istruendū certamē reꝝ duarū. Ergo illecebrę istę  
uoluptatū: arma sunt illi⁹, cuius opus unū est, expugnare uirtuteꝝ:  
iusticiāq; ab oībus excludere. His blandimētis titillat aīa & sua  
uitatibus: Scit enī quia mortis est fabricatrix uoluptas. Na; sicut  
deus hominē ad uitā non nisi per uirtutem ac laborem uocat: ita  
ille ad mortem per delicias ac uoluptates: & sicut ad uerū bonū  
per fallacia mala: sic ad uerum malū p̄ bona fallacia pueniñ. Cauē  
da sunt igit̄ oblectamēta ista tāq; laquei & plage: ne suauitudinū



mollicie capti: sub ditione mortis cum ipso corpore redigamur: cui nos mancipauimus.

¶ Capitulum. xxiij. De uoluptate tactus: & quare sit in homine uehementior quam in ceteris animalibus: & quantas per eum diabolus turpitudines ingerat, & spicula gehenne. Et de licito coitu, & illicito. Et quare inter omnia animantia sola mulier post conceptum sit patiens uiri. Et quis sit continentie uel incontinentie fructus.

**U**enio nunc ad eam que percipitur ex tactu uoluptatem: qui sensus est quidem totius corporis: sed ego non de ornamentis aut uestibus: sed de sola libidine dicendum mihi puto que maxime coercenda est: quia maxime nocet. Cum excogitasset deus duorum sexuum rationem: attribuit ipsis ut se inuicem appeterent: & coniunctione gauderent. Itaque ardentissimam cupiditatem, cunctorum animantium admiscuit corporibus: ut in hos affectus audivissime ruerent: ea ratione propagari & multiplicari genera possent. Que cupiditas & appetentia in homine uehementior, & acrior inuenitur: uel quia hominum multitudinem uoluit esse maiorem, uel quoniam uirtutem soli homini dedit: ut esset laus & gloria in coercendis uoluptatibus: & sui abstinentia. Scit ergo aduersarius ille noster quanta sit uis huius cupiditatis: quam quidem necessitatem dicere maluerunt: eamque a recto & bono, ad malum & ad prauum transfert: illicita enim desideria immittit: ut aliena contaminet: quibus habere propria sine delicto licet: obijciat quippe oculis irritabiles formas: suggeritque fomenta: & uicij pabulum subministrat: tum intimis uisceribus stimulos omnes conturbat: & commouet: & naturalem illum incitat atque inflamat ardorem: donec irretitum hominem implicatumque decipiat. At ne quis esset qui poenarum metu abstineret alieno: lupanaria quoque constituit & pudorem in foelicium mulierum publicauit: ut ludibrio haberet tam eos qui faciunt: quam quas pati necesse est. His obscenitatibus animas ad sanctitatem genitas: uelut in ceni gurgite demersit: pudorem extinxit: pudicitiam flagitauit. Idem etiam mares maribus admiscuit: & nefandos coitus contra naturam: contraque institutum dei machinatus est: sic imbuit homines, et armauit ad nefas omne. Quid enim potest esse sanctum his, qui etatem imbecillam & presidio indigentem: libidini sue depopulandam

obijciat

profligauit



foedandamque substrauerit? Nō potest hęc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil āpli⁹ istos appellare possū: q̄ ipsos & paricidas: quibus nō sufficiat sexus a deo dat⁹: nisi & suū sexū p̄phane ac petulantē illudant. Hęc tñ apud illos leuia & quasi honesta sūt. Quid dicā de his q̄ abominādā nō libidinē: sed insaniam poti⁹ exercēt? Piget dicē. Sed qd̄ his fore credam⁹: quos nō piget facē: & tñ dicendū est q̄ fit? de istis loquor quorum teterrima libido & execrabilis furor: ne capiti qd̄ parcit. Quibus h̄ v̄bis, aut q̄ indignatōe tātū nefas p̄sequar? Vicit officiū linguę sceleris magnitudo. Cum igitur libido hęc edat opera: & hęc facinora designet: armandi aduersus eam, uirtute maxima sumus. Quisquis affectus illos frēnare non potest: cobibeat eos intra prescriptum legitimi thori: ut & illud quod auide expetit assequatur: & tñ ī peccatum non incidat. Nam quis sibi homines perditū uolunt? Nempe honesta opera uoluptas sequitur: si ipsa; per se appetūt: iusta & legitima frui licet. Quod si aliqua necessitas p̄hibebit: tum uero maxima adhibenda uirtus erit: ut cupiditati cōtinētia reluctetur. Nec tantū alienis thoris que attigere nō licet: uerū etia; publicis uulgatisque corporibus abstinentum deus p̄cepit. Docetque nos cum duo inter se corpora fuerint copulata: unum corp⁹ efficere. Ita q̄ qui se ceno īmerserit: ceno sit oblit⁹ necesse est. Et corpus quidē cito ablui potest: mens autem contagione impudici corporis inq̄nata, non pōt: nisi ex longo tempore & multis bonis operibus, ab ea que inheserit colluuiōe, purgari. Oportet ḡ si <sup>se purgauerit</sup> bi queque p̄ponē duorum sexuū cōiunctionē gñandi cā datum esse uiuentibus. Eamque legem his affectibus positam: ut successione; parent: sicut autem dedit nobis oculos deus: nō ut spectemus uoluptatemque capiamus: sed ut uideamus, propter eius actus qui pertinet ad uitę necessitatem. Ita genitalem corporis partem qd̄ nomen ipsum docet: nulla alia causa nisi efficiendę sobolis accēpimus. Huic diuinę legi summa deuotione parendum est: sint omnes qui dei discipulos se p̄fitebuntur ita morati & instituti: ut impetrare sibi possint. Nam qui uoluptatibus indulgent: qui libidini obsequunt: hi animam suam corpori mācipant: ad mortemque condēnant: qui se corpori addixerunt: in quo habet mors potestatem. Vnusquisque igitur quantum potest formet se ad uerecundiam: pudoremque colat: castitatem mente & cōscientia tue



sed ut supra. c. 17

atur: nec tantum legibus publicis pareat: sed sit supra omnes leges qui legē dei sequit: quib⁹ bonis si assueuerit: iā pudebit eū in de-  
 teriora descēdere. Mō placeāt recta & honesta quę meliorib⁹ io-  
 cundiora sunt: q̄ praua & inhonesta peiorib⁹. Nōdū oīa castita-  
 tis officia execut⁹ suz: quā nō mō deus intra p̄uatos parietes: sed  
 etiā ep̄iscripto lectuli terminat: ut cū quis habeat uxore: neq; ser-  
 uam neq; liberā habere insup̄ uelit: sed in matrimonio fidē fuet.  
 Nō enim sicut iuris publici ratio est: sola mulier adultera est quę  
 habet alium: maritus aut̄ etiam si plures habeat: a crimine adulte-  
 rii solutus est. Sed diuina lex ita duos in matrimoniu, quod est  
 in corpus unum pari iure coniungit: ut adulter habeat: quisquis  
 cōpagem corporis in diuersa distraxerit. Nec ob aliam causam  
 deus, cum ceteras animātes suscepto foetu, maribus repugnare uo-  
 luisset, solam omnium mulierē patiētem uiri fecit. s. ne foeminis  
 repugnantibus, libido cogeret uiros aliud appetere: eoq; factō ca-  
 stitatis gloriam non tenerent: sed neq; mulier uirtutem pudicitie  
 caperet: si peccare non posset. Nam quis mutum animal pudicū  
 esse dixerit: quod suscepto foetu mari repugnat! Quod ideo fa-  
 cit quia necesse est in dolorem atq; in periculum ueniat si admise-  
 rit. Nulla igitur laus est non facere: quod non possis facere. Ideo  
 autē; pudicitia in homine laudatur: quia nō naturalis est: sed uo-  
 luntaria. Seruanda igitur fides ab utroq; alteri est: immo exēplo  
 continentie docenda uxor: ut se caste gerat. Iniquum est enim ut  
 id exigas: quod ipse prestare nō possis. Quę iniquitas id effecit  
 profecto: ut essent adulteria: foeminis egre ferentibus prestare se  
 fidem: nō exhibentibus mutuam charitatem. Deniq; nulla est tā  
 perditū pudoris adultera: quę non hanc causam uicij suis preten-  
 dat: iniuriam se peccando non facere: sed referre: quod optime,  
 Quintilianus expressit: homo, inquit, neque alieni matrimonij  
 abstinens: neq; sui custos: quę inter se natura connexa sunt. Nam  
 neq; maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus:  
 potest uacare domesticę sanctitati. Et uxor cum in tale incidit  
 matrimonium, exemplo ipso concitata: aut imitari se putat aut  
 uindicari. Cauendum igitur ne occasionem uicij, nostra itempe-  
 rantia demus: sed assuescant inuicem mores duorum: & iugum  
 paribus animis inferant. Nos ipsos in altero cogitemus. Nā fere  
 in hoc iusticie summa consistit: ut nō facias alteri quicquid ipse





ab altero pati nobis. Hęc sunt quę ad continentiam præcipiuntur a deo: sed tamē si quis diuina præcepta circūscribere se putat pos se adducūtur illa: ut omnis calumnia & occasio fraudis remouea tur: adulterum esse, qui a marito dimissam duxerit: & eum q̄ præ ter crimen adulterij uxorem dimiserit, ut alteram ducat. Diffocia ri enim corpus & distrabi deus noluit. Pręterea non tantu; adul terium esse uitandū: sed etiam cogitationem: ne quis aspiciat alie nam: & animo concupiscat: adulteram enim fieri mentem: si uel imaginem uoluptatis ipsa sibi depinxerit: mens est enim p̄fecto quę peccat: quę immoderatę libidinis fructum, cogitatione com plectitur. In hac crimen est: in hac omne delictum. Na; & si cor pus nulla sit labe maculatum: non constat tamen pudicitię ratio: si animus incestus est: nec illibata castitas uideri potest: ubi cōsci entiam cupiditas inquinauit. Nec uero aliquis existimet diffici le esse imponere frenos uoluptati: eamq; uagam & errantem ca stitatis pudicitięq; limitibus includere: cum propositū sit homi nibus omnibus etiam uincere: ac plurimi beatam atq; incorruptā corporis integritatem retinuerunt: multiq; sint qui hoc cęlesti ge nere uitę foelicissime perfruantur. Quod q̄dem nō ita deus fieri præcepit tanq̄ astringat: quia generari homines oportet: sed tanq̄ sinat. Scit enī, quātam his affectib; ip̄o fuerit necessitate: si quis hoc, inquit, facere potuerit: habebit eximia; incōparabilemq; mer cedem. Quod cōtinētię gen<sup>9</sup> quasi fastigiū est, omniūq; cōsum matio uirtutum. Ad quā si quis eniti atq; eluctari potuerit: hunc seruū dñs: hunc discipulū magister agnoscet: hic terram triūpha uit: hic erit cōsimilis deo: qui uirtutē dei coeperit. Nec quidem difficilia uidentur: sed de eo loquimur: cui calcatis omnibus ter renis iter in cęlū paratur. Nā quia uirtus in dei agnitione cōsistit omnia graua sunt, dum ignores: ubi cognoueris, facilia per ipsas difficultates nobis exeundum est: qui ad summū bonū tēdim<sup>9</sup>.

**C**apit. xxiiii. De poenitētia & fructu ei<sup>9</sup> & cōsciētię stimul: & districto dei iudicio: ex qb; sacrificiis & i q̄ ara possit placari

**N**ec tamen deficiat aliquis: aut de se desperet: si aut cupidita te uictus: aut libidine impulsus: aut errore deceptus: aut ui coactus: ad iniustitię uiam lapsus est. Potest enim reduci ac



liberari si eum poeniteat actorum : & ad meliora conuersus satis deo faciat: quod fieri posse Cicero nō putauit. Cuius hęc in academico tertio v̄ba sūt. Quod si liceret his q̄ in itinere deerrassēt: sic uiā deuiā secutos, corrigere errorē: in poenitendo facilior esset emēdatio temeritatis: l; plane. Nā si liberos n̄ros cū delictorum suorū cernimus poenitere : correptos eē arbitramur : & abdicatos abiectosq;: rursus tñ suscipim⁹: fouem⁹: amplectimur: cur desperemus clemētiā dei p̄ris poenitendo posse placari? Ergo idē dñs ac parēs indulgētissim⁹: remissuq; se poenitētibus peccata p̄mittit: & obliturum omnes iniquitates nostras . Si iusticiam denuo coepimus operari. Sicut enim nihil prodest male uiuenti, añactę uite p̄bitas: quia superueniens nequitia, iusticię opera deleuit: ita nihil officiunt peccata uetera correcto: quia superueniens iusticia labē uite prioris aboleuit: quem enim facti sui poenitet: errorem suum pristinum intelligit. Ideoq; gręci melius & significantius μετανοίαυ : dicunt quasi nos latine possumus dicere resipiscētiā. Resipiscit enī ad suam mentem quasi ab infania receperit : quem errati piget, castigatq; seipsum dementię: & confirmāt animum suum ad rectius uiuendum: tum illud ipsū maxime cauet: ne rursus in eosde; laqueos inducatur . Deniq; muta quoq; aīalia cum fraude capiuntur: si aliquo se modo in fugam extricauerint: fiunt postmodum cautiōra uitantq; semper ea omnia in quibus dolos infidiasq; senserunt. Sic hominem poenitentia cautum, ac diligentem facit, ad euitanda peccata: in quę semel fraude decide rit. Nemo enim potest esse tam prudens: tam circūspectus: ut nō aliquando labatur . Et idcirco deus imbecillitatem nostram sciens: pro sua pietate aperuit nobis portu; salutis : ut huic necessitati cui fragilitas carnis subiecta est: medicina poenitētię subueniret. Ergo quicunq; aberrauerit referat pedem: seq; quamprimum recipiat ac reformet. Sed reuocare gradum: superasq; euadere ad ad auras: hoc opus hic labor est . Degustatis enim male iocundis uoluptatibus: uix diuelli ab his possunt : facilius recta sequerentur: si earum suauitates non attigissent. Sed si eripiant se male seruituti: condonabitur his omnis error: si errorem suum uita meliori correxerint : nec lucrari se quisq; putet : si delicti conscium non habebit : scit enim ille omnia in cuius conspectu uiuimus : Nec si uniuersos hoīes celare possumus deū possum⁹ : cui nihil

sicut  
ceperimus



abscondituz; nihil potest esse secretuz. Seneca exhortationes suas mirabili sententia terminauit. Magnuz, inqt, nescio quid maiusq; q̄ cogitari p̄t numen est: cui uiuendo operam damus. Huic nos approbem⁹: nā nihil p̄dest inclusam eē conscientia, patem⁹ deo. Quid ueri⁹ dici p̄t ab eo qui deū noscet q̄ dictū est ab homine uerē religionis ignaro? Nā & maiestātē dei expressit maiorē esse dicēdo: q̄ ut eā cogitatio mētis humanę capere possit, & ipsuz ue ritatis attigit fontē: sentiendo uitā hominis supuacua nō esse (ut Epicurei uolunt) sed deo ab his operā uiuēdo dari: siqdem iuste ac pie uixerint. Potuit eē uerus dei cultor: si qs illi monstasset, ut contēpsisset profecto Zenonē, & magistruz suū Sutionē: si uerē sapiētīę ducē nactus esset. Huic nos, inqt, approbemus. Cęlestis prorsus oratio nisi antecederet ignorantīę confessio: nihil p̄dest inclusam habere conscientiam: patemus deo. Nullus ergo menda cio nullus dissimulationi locus est: quia parietib⁹ oculi hominū submouentur: dei autem diuinitas nec uisceribus submoueri po test: quominus totum hominē perspiciat & norit. Idē in eiuīdē operis primo. Quid agis! quid machinaris! quid abscondis! Cu stoste tuus sequitur. Aliuz tibi peregrinatio subduxit: aliū mors: alium ualitudo. Heret hic quo carere, nunquaz potes. Quid locū abditum legis: & arbitrium remoues! puta tibi contigisse ut ocu los omnium effugas demens. Quid tibi p̄dest non habere con scium, habenti conscientiam? non minus mirabiliter de cōsciētia & de deo Tullius meminerit, inquit, deum se habere teste: id est ut ego arbitror mentem suam: quā nihil homini dedit ipse diui nius. Item cuz de bono & iusto uiro loqueretur. Itaq; talis uir, in quit, non modo facere: sed ne cogitare quide; quicq; audebit: qđ non audeat p̄dicare. Purgemus igitur conscientiam: quę ocul⁹ dei est p̄cūia: & ut ait, idem semper ita uiuamus: ut rationem no bis reddendam arbitremur: putemusq; nos momentis omnibus non in aliquo (ut ille dixit) orbis terrę teatro ab hominibus: sed desuper spectari ab eo: qui & iudex & testis ipse futurus est: cui rationem uitę reposcenti actus suos inficiari non licebit. Ergo fa tius est: aut effugere cōsciētiam: aut nos ipos ultro aperire animū & perniciem rescissis uulneribus effundere: quibus nemo alius mederi potest: nisi solus ille qui gressum claudis: uisuz cęcis red didit: maculata purgauit membra: mortuos excitauit. Ille ardo

nosceret

arbitrium



574

rē cupiditatis extinguet: extirpabit libidines: iuidiā distrabet: irā mitigabit. Ille reddet uerā & perpetuā sanitatē. Appetenda ē hęc omnibus medicina: quoniā maiori periculo uexatur anima q̄ corpus: & q̄ primum latentibus morbis adhibenda est curatio. Neq̄ .n. si utatur aliquis oculoꝝ acie clara: mēbris omnibus itegris corporis totius fortissima ualitudine: tamē eum dixerim sanum: si efferat ira: supbia tūid⁹ islet: libidini fuiat: cupiditatibus inardescat: sed eū poti⁹ qui ad alienā foelicitatē nō attollat oculos: opes non admiretur: alienam mulierē sancte uideat: nihil omnino appetat: non concupiscat alienā: nō inuideat ulli: non fastidiat quēq̄, sit humilis: misericors: beneficus: mitis: humanus: pax in animo eius perpetua uersetur. Ille homo sanus: ille iustus: ille perfectus est. Quisquis igit̄ his oībus p̄ceptis cęlestibus obtemperauerit: hic est uere dei cultor: cuius sacrificia sunt mansuetudo animi: & uita innocens: & actus boni. Quę omnia qui exhibet totiēs sacrificat: quotiens aliquod bonum ac fecerit pium. Deus .n. non desiderat uictimam: neq̄ muti animalis neq̄ mortis ac sanguinis: sed hominis & uitę. Ad quod sacrificiū neq̄ uerbenis opus est: neq̄ fibris: neq̄ cespitibus: quę sunt utiq̄ uanissima: sed his quę de intimo corde p̄feruntur. Itaq̄ in aram dei: quę uere maxima est: & quę in corde hominis collocata, coinquinari non potest sanguine, iustitia imponitur: patientia: fides: innocentia: castitas abstinentia hic est uisim⁹ rit⁹: hęc est lex dei uera: ut a Cicerone dictū ē p̄ clara & diuina semperq̄ recta & honesta iubet: uetat praua & turpia: cui parētē sanctissime ac certissime legi: iuste ac legitime necesse est uiuere. Cuius legis pauca equidē capita posui: q̄ sum pollicitus ea me tātūmodo esse dictū: quę summū fastigiū uirtuti & iustitię imponerent. Si quis uolet cętera omnia cōprehendere: ex fonte ipso petat unde ad nos riuus iste manauit.

**C**api. xxv. De differētia doni & sacrificii diuini: & forma laudandi deum: & orationis forma & fructu.

**N**unc de sacrificio ipso dicamus pauca. Ebur inquit Plato non castum donum deo. Quid ergo picta scilicet & testa p̄ciosa: immo uero non castum donum deo: q̄quid surripi: q̄ qd corrūpi potest. Sed sicut hoc uidi nō oportere uiuēti offerre

*Cauete lege*




offerre aliquid: quod sit ex mortuo corpore, cur illud non uidit: non debere incorporali, corporale munus offerri? quanto melius & uerius Seneca! Vultis ne uos, inquit, deū cogitare magnum & placidum: & maiestate leni ferendum: amicū & semp in pximo nō imolationibus: nec sanguine multo colendum. Quę, n. ex trucidatione imerentiū uoluptas est: sed mēte pura: bono honestoq; proposito: non templa illi congestis in altitudinē faxis struenda sunt: in suo cuiq; consecrandus est pectore. Vestes igitur gēmas: & cętera quę habentur in precio: si quis putat deo cāra: is plane, q; sit deus, nescit: cui putat uoluptati esse eas res: quas etiā homo si quis cōtēpserit: iure laudabit. Quid ergo castū? qd deo dignū? nisi q; ipse in illa diuina lege sua poposcit. Duo sunt quę offerri debeāt: donum & sacrificiū: donū in perpetuū: sacrificiū ad tempus. Verę apud istos qui nullo modo rationem diuinitatis intelligunt: donū est quicquid auro argentoq; fabricatur. Item qcq; serico & purpura textit: sacrificiū ē & uictia: & quęcūq; in ara cremāt: sed utroq; nō utit de? q; & ipse icorrupt? ē: & ill'd totū corruptibile: itaq; deo utrūq; corpale offerendum est: quo utit. Donum est integritas animi: sacrificium laus & hymnus. Si, n. deus non uidetur: ergo his rebus coli debet: quę non uidentur. Nulla igitur alia religio est uera: nisi quę uirtute ac iustitia cōstat. Quo modo autē deus iustitia hominis utat: intellectu facile est. Si, n. iustus fuerit homo: accepta immortalitate in eternum deo seruiet. Homines autem non nisi ad iustitiam nasci. Tum philosophi ueteres: tum etiam Cicero suspicat. differēs, n. de legibus: sed oīum inquit, quę in hominū doctoꝝ disputatione uersantur: nihil est pfecto prestabilius q; plane intelligi nos ad iustitiā esse natos. Id ergo solum deo exhibere atq; offerre debemus: ad quod capiēdū nos ipse generauit. Hoc autē duplex sacrificii genus q; sit uerissimum: Trismegistus Hermes idoneus testis est. Qui nobiscum: id est cū pphetis quos sequimur tam re q; uerbis cōgruit: de iustitia sic locutus est. Hoc uerbum o fili adora & cole. Cultus autē dei unus est: malū non esse. Item in illo sermone pfecto cum exauisset Asclepiū quęrentē a filio suo utrum placeret patri ei? offerri thus & alios odores ad sacrificium dei exclamauit. bene bene o mi nate Asclepi. Est enim maximum tale qd de uno ac singulari bono ī animū iducere, hęc & his similia huic non conueniunt.



Omnia enim quęcunq; sunt plenus est: & omniū minime indi-  
gens. Nos uero gratias agentes adoremus: huiusmodi. n. sacrificiū sola  
benedictio: & recte: uerbo. n. sacrificari oportet deo: siquidē deus  
uerbum est: ut ipse confessus est. Sūmus igitur colēdi dei ritus ē:  
ex ore iusti hominis ad deū directa laudatio: quę tamē ipsa ut deo  
sit accepta: & humilitate: & timore: & deuotione maxima opus  
est: ne quis forte integritatis & innocētię fidutiā generās: tumoris  
& arrogantię crimē incurrat: eoq; facto gratiam uirtutis amittat.  
Sed ut sit deo carus: omniq; macula careat: misericordiā dei sem-  
per imploret: nihilq; aliud preceat: nisi peccatis suis ueniā: licet nul-  
la sint. Siquidem aliud desiderauerit. Non est opus deo scienti  
quid uelimus: si quid ei boni euenierit: gratias agat: si quid mali  
satisfaciat: & illud sibi ob peccata sua fateat euenisse: & nihilomi-  
nus in malis grās agat: & in bonis satisfaciat: ut idem sit semper &  
stabilis: & imutabilis: & iconcussus. Nec tantū hoc in templo pu-  
tet sibi esse faciendū: sed & domi & in ipso etiā cubili suo. Secū de-  
niq; hēat deū semp in corde suo cōsecratū: quoniā ipse ē dei tēplū  
quod si deo patri ac dño: hac assiduitate: hoc obsequio: hac deuotōe  
seruierit cōsumata & pfecta iustitia est: quā qu tenuerit: hic ut ante  
testati sumus deo paruit: hic religione atq; suo officio satisfecit.

**L.** Coelii Lactantii Firmiani diuinarū institutionū aduersus gētes  
liber septim⁹: & ultim⁹. De diuino premio: idest beata uita:  
& ultimo futuro iudicio ad Constantinū Imperatorem.

*hic incipit .76*



**S**ene habet: iacta sūt fundamēta: ut ait eximius  
orator. Verum nos non tantum fundamenta ię-  
cimus: quę firma & idonea essent operi pferen-  
do: sed magnis robustisq; molibus: edificium  
totum pene usq; ad sūmā perduximus. Restat  
id quod est multo facilius: uel tegere uel ornare.

sine quo tamen priora opera inutilia sunt & ingrata. Nam quid  
prodest aut falsis religionibus liberari: aut itelligere ueram? Quid  
aut uanitatem falsę sapientię peruidere: aut quę sit uera cogno-  
scere? Quid inq; prodest celestem illam iustitiam defendere? quod  
cum magnis difficultatibus cultum dei tenere? Quę est summa  
uirtus: nisi cū diuinū premiū beatitudinis perpetuę subsequatur?



de qua nobis in hoc libro differendum: ne priora omnia irrita & infructuosa uideantur: si hoc cuius causa illa suscepta sunt, incertum relinquamus: ne quis forte arbitretur tantos labores in cassum suscipi, dum eorum celesti mercede diffidit: quam deus statuit ei qui haec suauia terrae bona pro sola nudaque uirtute contempserit. Satis & huic parti faciamus: tum testimoniis diuinae litterae: tum etiam probabilibus argumentis: ut eque clarum sit: & futura presentibus: & diuina terrenis: & perpetua breuibus esse anteponenda: quoniam temporalia sunt praemia uiciorum: sempiterna uirtutum. Exponam igitur rationem mundi: ut facile possit intelligi: quando & quare sit effectus a deo: quod Plato, qui de mundi fabricatioe differuit: nec scire potuit: nec explicare: quippe qui celeste mysterium, quod non nisi prophetis a deo docete discitur, ignorabat: ideoque in perpetuum dixit esse fabricatum: quod longe secus est: quoniam quicquid est solido & graui corpore: ut initium coepit aliquando: ita finem capiat necesse est. Nam Aristoteles cum non uideret, quemadmodum posset tanta rerum magnitudo interire: & hanc praescriptionem uellet effugere: semper ait fuisse mundum: ac semper futurum: prorsus nihil uidit: quia quicquid est, aliquando habuerit principium necesse est, nec omnino quicquam potest esse nisi coeperit. Nam cum terram & aquam & ignem disperire: consumi extinguique uideamus: que sunt utique mundi partes: intelligitur id totum esse mortale: cuius membra sunt mortalia: Ita fit, ut natum sit quicquid potest interire: sed & omne quod sub uisu oculorum uenit: & corporale (ut ait Plato) & solubile sit necesse est. Unus igitur Epicurus auctore Democrito, ueridicus in hac re fuit: qui ait, & ortum aliquando: & aliquando esse perituum: nec tamen rationem ullam reddere potuit, scilicet aut quibus de causis hoc tantum opus: aut quo tempore resoluatur. Quod quoniam nobis deus reuelauit: nec coniecturis id assequimur: sed traditione celesti: docebimus sedulo, ut tandem studiosis ueritas appareat: nec uidisse nec comprehendisse philosophos ueritatem: sed ita leuiter odoratos: ut tamen unde eos ille odor sapientiae tam suauis: tam iocundus afflaret: nullo modo senserint. Interim necessarium puto admonere lecturos: quod haec nostra quae tradimus, prae uicio sequi mentes aut omnino non intelligent, *hebetatur. n.* acies eorum, terrenis cupiditatibus: quae sensus omnes grauant: imbecillesque reddunt, aut etiam si intelligent: dissimulabunt tamen

*hebetatur*



71  
& esse hęc uera nolent: q̄ trabũt a uiciis: & scientes malis suis fa-  
uent: quoꝝ suauitate capiũt: & uirtutis uia deserũt: cuiꝰ acerbita-  
te offēdunt. Nā q̄ auaricia & opũ iexplebili q̄dam siti flagrāt: q̄  
nō possũt uēditis aut elargitis, q̄ amāt tenui cultu uitā degere: siñ  
dubio malũt id eē fictũ: quo desiderijs suis renũciare cogũt. Itē  
q̄ libidinũ stimuicitati (ut ait poeta) In furias ignēq̄ ruunt: utiq̄  
ĩcredibilia nos afferre dicũt: q̄ uulnerāt aures eoꝝ, p̄cepta cōtinē-  
tię: q̄ illos a uoluptatibꝰ suis p̄hibēt: q̄bus animā suā cū corpore  
adiudicauerũt. Qui uero ambitione ĩflati, aut amore potētię in-  
flāmati: oē studiũ suũ ad honores acquirēdos cōtulerunt: nec si  
solem quidē ipsum gestemus in manibꝰ: fidem cōmodabunt ei  
doctrinę: q̄ illos iubet, omni potentia & honore contempto, hu-  
miles uiuere: atq̄ ita humiles ut accipere ĩuriam possint: & refer-  
re nolint si acceperint. Hi sunt hōies: q̄ cōñ ueritatē clausis oculis  
quoquo mō latrāt. Qui aut̄ sani sunt uel erunt: idest nō ita uiciis  
immerſi: ut sanabiles nō sint: & credent his & libenter accēdent:  
& quęcũq̄ dicimus aperta & plana & simplicia: & quod maxie  
opus est uera, & inexpugnabilia, illis uidebũtur. Nemo uirtuti fa-  
uet: nisi qui sequi potest: sequi autem non facile est omnibus. Hi  
possunt quos paupertas: & rerum indigentia exercuit: & capaces  
uirtutis effecit. Nam si uirtus est tolerantia malorum: non capi-  
unt ergo uirtutem: qui semper in bonis fuerũt: quia mala neq̄ ex-  
perti sunt: neq̄ ferre possunt, aſi uetudine ac desiderio bonorũ:  
quę sola nouerũt. Eo fit ut pauperes & humiles deo credant faci-  
liꝰ: q̄ sunt expediti: quam diuites qui sũt impedimētis plurimis  
implicati: ĩmo catbenati & compediti sũt: & seruiunt ad nutum  
dominę cupiditati: quę illos inextricabilibꝰ uinculis irretiuit: nec  
possunt in cęlum aspiciere: quoniam mens eorum in terrā, prona  
humilisq̄ defixa est. Virtutis autem uia non capit magna onera  
portantes. Angustus admodũ trames est: p̄ quē iusticia hominē  
deducit in cęlum. Hunc tenere non pōt: nisi qui fuerit expeditus  
& nudus. Nam isti locupletes multis & ingentibus sarcinis one-  
rati: per uiam mortis incedũt: quę latissima est: quoniam late per-  
ditio dominatur. His acerbata sunt: his uenena, quę deꝰ ad iusticiā  
p̄cepit: quęq̄ nos, dei magisterio de uirtute ac ueritate differimꝰ.  
Quibus si repugnare audebunt: hostes se necesse est uirtutis iusti-  
cięq̄ fateātur. Aggrediar nũc quod superest: ut finis operi possit



imponi. Id aut̄ supeſt: ut de iudicio dei diſſeram⁹: qđ tūc conſti-  
tuet̄: cū dñs noſter redierit ī terrā: ut unicuiq; p merito, aut p̄miū  
p̄ſoluat, aut poenā. Itaq; ut ī quarto libro, de p̄mo aduētū eius di-  
xim⁹: ſic in h̄o, ſecūdū referam⁹ aduētū: quē iudei quoq; & cōfitē-  
tur, & ſperāt: ſed fruſtra quoniā neceſſe ē, ad eos cōſolādos reuer-  
tať: ad quos cōuocādos p̄us uenerat: nā q; uiolarūt ip̄ie humilem,  
ſentiēt in ptāte uictorē. Ea q; oīa q̄ legūt & nō intelligūt: deo cō-  
penſante patient̄: q̄ppe q; peccatis omnib⁹ ignati: & inſup ſancto  
cruore p̄fuſi: ab illo ipſo cui nefandas man⁹ itulerūt: ſint ad eter-  
na ſupplicia deſtinati. Sed erit nobis contra iudeos ſeparata ma-  
teria: in qua illos erroris et ſcleris cōuicem⁹. Nūc ignaros uerita-  
tis inſtruamus.

**¶** Ca. ii. Quod aureum ſeculū: id eſt foeliciffim⁹ ſtatus futur⁹  
eſt poſt iudicium. Et quare ratio mūdi nō pōt ab homine appre-  
bendi: & q; uerā ſapientiam nō aſſeqt q; bñficio nature: ſed gr̄e.

**○** In poſitione ſūmi dei, ſic ordinatū: ut iniuſtū hoc ſeculum  
decurſo tempoꝝ ſpacio, terminum ſumat: extinctaq; proti-  
nus omni malicia: & pioꝝ animis ad beatā uitā reuocatis: q̄tum  
tranquillūq; pacificū aureū deniq; (ut poetę uocant) ſeculū: deo  
ipſo regnante floreſcat. Imprimis cā erroꝝ omniū, philoſophis  
hec fuit: q; rōem mundi, quę totam ſapientiam cōtinet nō cōpre-  
henderunt. Ea uero, ſenſu p̄po, & interna intelligētia non pōt cōp-  
bendi: quod illi ſine doctore per ſe ipſos facere uoluerunt. Itaq;  
in uarias ſibi q; ſepe cōtrarias ſententias inciderūt: ex q; bus exitū  
nō haberēt: & in eode; luto (ſicut Comicus ait) heſitauerūt: ſcil;  
aſſumptionib⁹ eoꝝ nō reſpōdēte ratione: cum aſſumpſiſſent qui-  
dem uera: ſed quę affirmari p̄bariq; nō poſſent. Scientia ueritatis  
rerumq; cęleſtium: q̄ (ut ſepe iam dixi) nō pōt eē in homine: niſi  
deo docēte, p̄cepta. Nam ſi poteſt homo itelligere diuina: poteſt  
& facere: nam itelligere eſt quaſi e ueſtigio ſubſequi. Nō poteſt  
autem facere, quę deus: quia mortali corpore idutus eſt: ergo nec  
itelligere quidem poteſt, quę facit deus: quod autem fieri nō poſ-  
ſit: ex immenſitate rerum, atque operum diuinorū, facile eſt uni-  
cuique metiri. Nam ſi mundum cum omnibus: q̄ ſunt in eo con-  
templari uelis: itelliges proſecto quantum dei opus, humanis



operibus ante stet. Ita quantum inter opera diuina & humana interest: tantum distare inter dei, hominisque sapientiam est necesse. Nam quia deus incorruptus atque immortalis est: & ideo perfectus quia sempiternus est: sapientia quoque eius perinde, ut ipse, perfecta est: nec obstare illi quicquam potest: quia nulli rei deus ipse subiectus est. Homo autem quia subiectus est passioni: subiecta est et sapientia eius errori: et sicut hominis uitam multae res impediunt: quo minus possit esse perpetua: ita sapientiam quoque eius multis rebus impediri necesse est: quo minus in perspicienda penitus ueritate, perfecta sit. Ergo nulla est humana sapientia: si per se ad notionem ueri, scientiamque nitatur: quoniam mens hominis, cum fragili corpore illigata: & in tenebroso domicilio inclusa: neque liberi euagari: neque clarius perspicere ueritatem potest: cuius notitia diuinae conditionis est. Deo enim soli opera sua nota sunt: homo autem non cogitando aut disputando, assequi eam potest: sed discendo & audiendo ab eo qui scire solus potest & docere. Ideo Marcus Tullius, sententiam Socratis, de Platone, transferens dicitis: uenisse tempus ut ipse migraret e uita: illos autem apud quos causam suam perorabat agere uitam: utrum melius sit inquit, dum <sup>hominum, melius</sup> immortales sciunt: hominem autem arbitror scire neminem. Quare necesse est omnes philosophiae sectas, alienas esse a ueritate: quae homines erant, qui eas constituerunt: nec ullum fundamentum: aut firmitatem possunt habere: quam nullis diuinarum uocum fulciunt oraculis.

**Ca. iii.** Quatum errauerunt Stoici de ratione mundi: & auctore omnium deo: & homine pro qua factus mundus. Et quae manifeste contra Epicuri rationibus doceatur mundum: & omnia quae in eo sunt: dei prouidentia gubernari.

**Q**uonia de philosophorum erroribus loquimur: Stoici naturam in duas diuidunt partes: unam quae efficiat: alteram quae se ad faciendum tractabilem prebeat. In illa prima esse uim sentiendi: in hac materia: nec altera sine altero posse. Quomodo idem esse potest: quod tractat & quod tractatur? Si quis dicat idem esse figulum quod lutum: aut lutum idem esse quod figulum: nonne aperte insanire uideatur? At isti uno naturae nomine, duas res diuersissimas comprehendunt: deum & mundum: artificem & opus: dicuntque



alterꝫ sine altero nihil posse: tanq̃ natura sit de<sup>9</sup> mundo termina-  
tus. Nam interdū sic cōfundunt: ut sit deus ipse mens mundi: &  
mūdos sit corpus dei: quasi uero simul esse coeperint mundus et  
deus: ac non ipse mundum fecerit: quod & ipsi fatent̃ alias, cū ho-  
minum causa prædicāt esse fabricatuz: & esse sine mūdo, si uelit,  
possit. Siquidem deus est diuina mens & æterna: & corpore so-  
luta & libera: cuius uim maiestatemq; quoniam intelligere non  
poterāt: miscuerunt cum mūdo: idest suo operi. Vnde est illud  
Virgilianum: totamq; infusa per artus mens agitat molem: &  
magno se corpore miscet. Vbi est ergo illud qđ idē ipi aiunt: et  
factum eē diuina prouidentia, & regi? Si enim fecit mūdos: fuit  
ergo sine mundo: si regit: non utiq; sicut mens corpus regit: sed  
tanq̃ dominus domum: nauimq; gubernator: auriga curruz. Nec  
tamen mixti sunt his rebus quas regunt. Nam si hęc omnia que  
uidemus dei membra sunt: iam insensibilis, ab his, constituit̃ de-  
us: quoniam membra sensu carent, et mortalis est; quoniam uide-  
mus membra eē mortalia. Possum enumerare quotiens repenti-  
nis quassatę motibus: uel hauerint terre: uel descenderint in ab-  
ruptum: quotiens dimerse fluctibus & urbes & insule abierunt  
in profundum: frugiferos campos paludes inundauerint: flumi-  
na & stagna siccauerint: montes etiam uel deciderint abrupti: uel  
planis fuerint adequati: plurimas regiones: & multorum funda-  
menta montium latens & internus ignis absumit. Et hoc pat̃ eē:  
si mēbris suis non parcit deus: nisi etiā homini liceat aliqd uide-  
ri corpus. Maria extruuntur: montes exciduntur: & ad eruendas  
opes interiora terre uiscera effodiunt̃. Quid q̃ ne arari quidem  
sine laceratione diuini corporis potest: ut iam scelerati & impii-  
simus: qui dei membra uiolem? Patiē ne ergo uexari corpus suū  
deus: & debilē se uel ipse facere: uel ab homine fieri finit: nisi for-  
te diuinus ille sensus: qđ mūdo & omnib<sup>9</sup> mūdi partibus permi-  
xtus est: primam terre faciē reliqt: ac se in ima demersit: ne qđ do-  
loris de assidua laceratione sentiret? Quod si hoc uanū & absur-  
dū est: tam igit̃ ipi egerunt: q̃ hęc idigent sensu: qđ nō p̃spexerūt  
diuinū qđdem spiritū eē ubiq; diffusum: eoq; oīa cōtineri: non tñ  
ita ut deus ipse: qui est incorruptus: grauibus & corruptibilibus  
elementis misceat̃: illud ergo rectius quod a Platone sumpserūt  
a deo factum eē mūdos: & eius prouidentia gubernari. Oportebat

*sensiat*



igitur & Platonem & eos qui idem senserunt, docere atque explicare:  
que causa: que ratio fuerit tanti operis fabricandi: quare hoc aut  
cuius gratia fecerit. At iidem Stoici hominum, inquit, causa, mun-  
dus effectus est: audio: sed Epicurus ignorat ipsos homines qua-  
re aut quis effecerit. Nam Lucretius cum diceret mundum non  
esse a diis constitutum: sic ait, dicere porro hominum causa uolu-  
isse parare preclaram mundi naturam: deinde intulit: decipere est.  
Quid enim immortalibus atque beatis gratia nostra queat largiri emo-  
lumentum: ut nostra quicquam causa agere aggrediantur? Merito enim  
illi nullam rationem afferebant: cur humanum genus uel creatum uel insti-  
tutum esset a deo. Nostrum hoc officium est: sacramentum mundi &  
hominis exponere: cuius illi expertes, sacrarium ueritatis nec atti-  
gere: nec uidere potuerunt. Ergo (ut paulo ante dicebam) cum assum-  
pissent id quod erat uerum: id est mundum a deo factum: & hominum  
causa esse factum: tamen quoniam eos in consequentibus ratio defecit: non  
potuerunt defendere id quod assumpserant. Denique plato ne dei  
opus imbecillum & ruinosum faceret: in eternum dixit esse mensurum.  
Si hominum causa factus est: & ita factus est: ut esset eternus: cur ergo  
ipsi quoque causa factus est: non sunt sempiterni? si mortales propter  
quos factus est: ergo & ipse mortalis atque solubilis: neque enim pluri-  
s est ipse: quam hi quoque gratia factus est: nec posse eternum manere: quod si ei ratio  
quadraret intelligeret primum esse: quod factum est: nec posse eternum manere:  
nisi quod tangi non potest. Qui autem negat hominum causa factum: hic  
nullam rationem tenet. Si enim dicit ipsum fabricatorem sua causa tanta  
hec opera esse molitum: cur ergo nos nati sumus? Cur mundo ipso  
frui mur? Quid sibi uult humani generis ceterorumque animantium  
fictio? Cur aliena commoda intercipimus? Cur denique augemur:  
minuimur: iterimus? Quid habet rationis ipsa generatio? Quid  
perpetua successio? Nimirum uideri deus uoluit: & suis uariis ima-  
ginibus tanquam sigilla, confingere: quibus se oblectaret: & nihilomi-  
nus tamen si ita esset: curam haberet animantes: precipueque hominem:  
cuius imperio cuncta subiicit. Qui autem dicunt semper fuisse mundum,  
omitto illud quod esse ipsum sine aliquo principio non potest: unde  
extricare se nequeunt: sed hoc dico: si semper mundus fuit: nullam  
potest habere rationem: quod enim potuit in eo ratio moliri: quod nunquam  
sumpsit exordium. Nam prius quam fiat aliquid aut struatur: opus est  
consilio: ut disponi possit quemadmodum fiat: nec incipi quicquam potest



sine p̄uisione rationis. Itaq; omne opus ratio p̄cedit: nō habet ergo rōem: qđ factū nō est. At qđ mūdus habet rōem: qua & constat & regit: ergo et fact⁹ ē: & si fact⁹ ē: et resoluet. Reddāt ergo isti rōem si possūt: cur aut fact⁹ ī p̄ncipio sit, aut postea resoluat. Qđ qđ docere nō poterat Epicur⁹, siue Democritus: sua sp̄te natū eē dixit: seminib⁹ iter se passim coeuntib⁹: qb⁹ itez resolutis discidiū atq; iteritū secutus. Corrupt ergo qđ recte uiderat: & totā rōem penit⁹ ignorātia rōis euertit: redegitq; mundū: & oīa q̄ in eo gerūt, ad similitudinē cuiusdā somni uanissimi: siqdem reb⁹ humanis nulla ratio subsistat. Cum uero mūdum omnesq; partes eius (ut uidem⁹) mirabilis rō gubernet: cu; celi temperātia: & equalis, in ipsa uarietate, cursus astroꝝ luminumq; celestium: temporum constans, ac mira descriptio: terraz̄ uaria foecūditas: plana campoꝝ monimēta: & aggeres mōtiū: uiriditas ubertasq; syluaz̄: fontiū saluberrima eruptio: fluminum oportuna iundatio: maris opulenta & copiosa interfusio: uentorū diuersa & utilis aspiratio. Ceteraq; omnia ratione sūma cōstent: q̄s tam cecus est: ut existimet sine causa esse facta: in quibus mira dispositio p̄ uidentissimē rationis elucet. Si ergo sine causa: nec est nec fit qcq; omnino: si p̄uidencia summi dei ex dispositione rerū: & uirtus ex magnitudine: & potestas ex gubernatione manifesta est: hebetes ergo & insani: qui p̄uidenciam non esse dixerunt. Nō improbarem si deos iccirco non esse dicerēt: ut unū dicerent: cum aute; ideo, ut nullum, qui eos delirasse non putat: ipse delirat.

¶ Ca. iiii. Quod omnis res ad aliquem usum facta est: etiam illa quę oīa uidentē esse mala: quare homo creatus sit corpore fragilis & capax rationis.

¶ Sed de p̄uidencia satis in primo libro diximus: quia & si est (ut apparet) ex mirabilitate operum suorum: necesse ē etiam hominem ceterasque animantes eadem p̄uidencia creauerit. Videamus ergo quę ratio fuerit fingendi generis humani: quoniam constat id quod Stoici dicunt: hominum causa mundum esse fabricatum: quāq; in hoc ipso non mediocriter peccent: qui non hominis causa dicunt: sed hominum. Vnius enim singularis appellatio totum comprehendit humanū gen⁹. Sed hoc



ideo quoniā ignorant unū hominē a deo eē formatū: putantque  
hoīes in oīb<sup>9</sup> terris & agris tāq̄ fungos eē generatos. At Hermes  
nō ignorauit hoīem & a deo & ad dei similitudinē factū: sed re  
deo ad ppositū. Nihil ē (ut opinor) qd' sit ppt' se ipm factuz: sed  
qcqd' omnino fit: ad usū aliquē fieri necesse ē. Quis ē enī uel tam  
inept<sup>9</sup> uel tā ociosus: ut aggrediat' facere aliqd frustra: ex quo nul  
lam utilitatē nullū cōmodū speret? Qui domū ēdificat: nō iccir  
co ēdificat ut tātūmō dom<sup>9</sup> sit: sed ut in ea possit habitari. Qui  
nauē fabricat: nō iō assumit operā: ut tātū nauis appareat: sed ut  
in eo nauiget. Itē qui uas aliqd instituit aut format: non propte  
rea id facit: ut tantum fecisse uideatur: sed ut uas illud effectuz ca  
piat aliquod necessariū. Similiter cetera quecūq; fiunt: non utiq;  
in superuacuum: sed ad usus aliquos laborantur. Mūdus igitur  
a deo factus est: non utiq; propter ipsum mūdum: neq; enim aut  
calore solis: aut lumine: aut aspiratione uentorum: aut humore  
imbrium: aut alimonia frugum: cum sensu careat, indiget. Sed ne  
illud quidem dici potest: qd' deus propter seipsum fecerit mun  
dū: quoniā pōt eē sine mūdo: sicut fuit antea. Et his omnib<sup>9</sup> que  
in eo sunt: queq; generāt, deus ipse non utitur. Apparet ergo ani  
mantium causa mundum esse constructum: quoniā his reb<sup>9</sup> qb<sup>9</sup>  
cōstat, animantes fruuntur: que ut uiuere: ut constare possunt: oīa  
his necessaria temporib<sup>9</sup> certis sumministrantur. Rursus ceteras  
animātes hominis causa esse fictas: ex eo claz est qd' homini serui  
unt: & tutelę eius atq; usibus data sunt: quoniā siue terrene sunt:  
siue aquatiles: nō sentiunt mundi rationem sicut homo. Respō  
dendum est hoc loco philosophis: maximeq; Ciceroni: qd' ait, cur  
omnia nostri causa cum faceret, tantā uim natricū uiperazq; fece  
rit: cur tā mlta pestifera terre mariq; disperferit: ingens ad dispu  
tandū locus est: sed ut in transcursu breuiter stringendus est: quo  
niam homo ex reb<sup>9</sup> diuersis: ac repugnantibus cōfigurat<sup>9</sup> est, ani  
ma & corpore: idest cęlo atq; terra: tenui & cōprehēbili: eterno  
ac tēporali: sensibili atq; bruto: luce pcedito atq; tenebroso: ipsa  
ratio ac necessitas exigebat: & bona homini proponi & mala: bo  
na quibus utatur: mala que uitet & caueat. Iccirco enim data est  
illi sapientia: ut cognita bonoz maloꝝq; natura: & in appetēdis  
bonis: & in malis declinādis: uim suę rōis exerceat. Nam ceteris  
aīalibus quib<sup>9</sup> sapiētia nō data est: sed munita idumētis nālibus



& armata sunt. Hōi autē p̄ his oīb⁹: qd' erat p̄cipuum rōem dedit solā. Itaq; nudū formauit & inermem: ut eū sapiētia & muniret & tegetet: munimēta & ornāmētū ei⁹ non foris sed intus: nō in corpore sed in corde constituit. Nisi ergo essent mala quę caueret: quę a bonis utilibusq; distingueret: nō esset ei sapientia necessaria. Sciat ergo Marcus Tullius: aut ideo homini datam esse rationem: ut & pisces caperet, usus sui gratia: & natrices uiperasq; uitaret, salutis suę causa. Aut iccirco bona ei malaque proposita: quia sapientiam acceperat: cui⁹ uis oīs in discernendis bonis malisq; uersatur. Magna igit̄ & recta & admirabilis est uis & ratio & potestas hominis: p̄pter quem mundum ipsum: & uniuersa quęcūq; sūt de⁹ fecit: tantūq; illi honoris habuit: ut eum p̄ficeret uniuersis: quoniam solus poterat dei opera mirari. Optime igit̄ Asclepiades noster de prouidentia sūmi dei differēs: in eo libro quē scripsit ad me. Atq; iō, inq̄, merito q̄s arbitret̄, p̄ximum sibi locū diuinā prouidentiam dedisse ei: q̄ potuit intelligere ordinationem suam! Nam sol iste est: q̄s eū uidet ita ut itelligat q̄ sol ē: & quātū gr̄ę afferat ceteris istitutis! Hoc cælum est: quis id suscipit! terra hęc: quis eam colit! hoc pelagus: quis in eo nauigat! hic ē ignis: quis eo utitur! Instituit summus deus non propter se: quia nihilo indiget: sed p̄pter hominē q̄ his congruenter uteretur.

**C**api. v. Quare homo creatus sit: & quare ex contrariis constet: & q̄ ei domicilium cōstitutum est in medio: & uita duplex proponitur: quarum alteram ministrat natura: alteram largitur gr̄a. Et quid significet q̄ homo primum quadrupedibus conformatur: & postea erigitur: & tandem utiū exercitio rationis:

**R**eddamus nunc rōem: quare hominem ipsum fecerit deus: quod si philosophi fecissent: aut defendissent illa quę uera inuenerant: aut in proximos errores nō incidissent. Hęc est summa: hic cardo reꝝ est: quē qui non tenuerit: ueritas illi oīs elabit̄. Hoc est deniq; quod efficit illis non quadrare rationem: quę illis si effulsisset: si sacramētum hominis omne cognouissent: nunq̄ disputationes eoz̄ & oēm philosophiam de transuerso Academia iugulasset. Sicut ergo mundum non propter se deus fecit: q̄ commodis eius non indiget: sed propter hominem qui eo utiū:



ita ipsum hominem propter se. Quæ utilitas deo in homine inquit Epicurus  
ut eum propter se faceret? Scilicet ut esset quæ opera eius intelligeret: quæ prudentiæ  
disponendi: rationem faciendi: uirtutem consummadi: & sensu admirari: et  
uoce proloqui posset. Quorum omnium summa hæc est: ut deum colat. Is enim  
colit: quæ hæc intelligit: is artificem rerum omnium: is uerum patrem suum  
debita ueneratione persequitur: qui uirtutem maiestatem eius de  
suorum operum inuentione: inceptione: perfectione metitur. Quod  
planius argumentum proferri potest: & mundum hominis: &  
hominem sui causa deum fecisse: quæ ex omnibus animantibus so-  
lus ita formatus est: ut oculi eius ad cælum erecti: facies ad deum  
spectant: uultus cum suo parente communis sit: ut uideatur ho-  
minem deus quasi porrecta manu alleuatum ex humo: ad contem-  
plationem sui excitasse? Quid ergo, inquit, deo cultus hominis  
confert: bono & nulla re indigenti: uel si tantum honoris homi-  
ni habuit: ut ipsius causa mundum fabricaret: ut instrueret eum  
sapientia: ut dominum uiuentium faceret: eumque diligeret tanquam  
filium: cur mortalem fragilemque constituit: cur omnibus malis  
quem diligebat, obiecit: cum oportet & beatum esse hominem  
tanquam coniunctum & proximum deo: et perpetuum, sicut est  
ipse: ad quem colendum & contemplandum figuratus est? Quæ  
hæc fere in prioribus libris sparsim docuimus: tamen quoniam  
proprie id materia nunc exigat: quia de uita beata differere pro-  
positum est: explicanda sunt ista diligentius & plenius: ut dispo-  
sitione dei & opus & uoluntas noscatur. Cum posset semper spi-  
ritibus suis immortalibus innumerabiles animas procreare: sicut  
angelos genuit: quibus immortalitas sine ullo malorum pericu-  
lo aut metu constat: excogitauit tamen inenerrabile opus quemad-  
modum infinitam multitudinem crearet animarum: quas primo  
imbecillibus fragilibusque corporibus illigatas: constitueret in  
bonum malumque medias: ut constantibus ex utriusque nature  
uirtutem proponeret: ne immortalitatem delicate assequerentur  
ac molliter: sed ad illud æternæ uitæ ineloquibile præmium: sum-  
ma cum difficultate ac magnis laboribus peruenirent. Ergo ut  
eas grauibus & uexabilibus membris indueret: quoniam consistere  
in medio inani non poterant: ponderibus & grauitate corporis  
deorsum premente: sedem illis ac domicilium primo condendum  
esse decreuit. Itaque ineffabili uirtute ac potentia præclara mundi

*oportet*

*natura*



opera molitus est: suspēsis in altitudinē leuib<sup>9</sup> elemētis: & graui  
bus in imis dep̄ssis: & cęlestia firmavit: & terręna cōstituit. Nō  
ē necesse nūc exeq̄ singula: qm̄ ī secūdo libro uniuersa executi su-  
mus. Lumina igit̄ posuit in cęlo: quoꝝ moderatio & claritas &  
mot<sup>9</sup> aptissime ad utilitates uiuētū tēperat<sup>9</sup> ē. Terrę aut̄, quam  
fedē uoluit eē, foecūditatē uariā gignēdi ac p̄ferēdi dedit: ut uber-  
tas frugū & herbarū & uirētū p̄ nā & usu cuiusq; generis, alimo-  
niā ministraret. Tū p̄fectis oīb<sup>9</sup> q̄ ad cōditionē mūdi p̄tinebāt:  
hominē finxit ex ipsa terra: quā illi a p̄ncipio ī habitaculū p̄para-  
uit: idest spiritum suum terręno corpore induit & iuoluit: ut cō-  
pactus ex rebus diuersis ac repugnantibus: bonum ac malum ca-  
peret: & sicut terra ipsa foecunda est ad fruges pariendas: ita cor-  
pus hominis quod assumptum est ē terra: generandi copiā facul-  
tatemq; procreandę sobolis accepit: ut quoniam fragili materia  
formatus inęternū manere non poterat: peractō temporalis ui-  
tę spatio cederet: & illud quod fragile atq; ībecillū gerebat: p̄pe-  
tua successione renouaret. Cur igit̄ eū mortalem finxit, atq; fragi-  
lem: cum illius causa mundum ędificasset? Primū, ut īfinita uis  
animarū gigneretur: oēm̄q; terram multitudine oppleret: deinde  
ut proponeret homini uirtutem: idest tolerantiam malorū ac bo-  
norū: p̄ quā posset p̄miū īmortalitatis adipisci. Nā q̄ homo ex  
duabus rebus constat: corpore & anima: quoꝝ alterū terrēnū est:  
alterum cęleste: duę uitę homini attributę sunt: una temporalis  
quę corpori assignatur: altera sempiterna q̄ animę subiacet. Illaz  
nascendo accepimus: hanc assequimur laborando: ne immortali-  
tas homini (ut antediximus) sine ulla difficultate cōstaret. Illa ter-  
ręna est sicut corp<sup>9</sup>: et ideo finitur. Hęc uero cęlestis sicut anima:  
& ideo terminum non habet. Illam primā nescientes accepim<sup>9</sup>:  
hanc secundam scientes. Virtuti enī nō naturę datur: quia uoluit  
nos deus uitam nobis in uita compare. Iccirco hanc nobis p̄sentē  
dedit: ut illā ueram & perpetuā: aut uiciis amittamus: aut uirtute  
mereamur. In hac corporali non est summum bonum: quoniam  
sicut necessitate diuina, nobis data est: ita rursus diuina necessi-  
te soluetur: ita qđ finem habet: summum bonum non habet. In  
illa uero spiritali: quam per nos ipsi acquirimus: summū bonū  
continetur: quia nec malum pōt habere nec finem: cuius rei argu-  
mentum natura & ratio corporis p̄ebet. Cętera nāq; animalia

uirtus enim nō natu-  
ra datur.



in humū uergūt: q̄ terrena sunt: nec capiunt immortalitatē: q̄ de cę  
lo ē. Hō aut̄ rect⁹ in cęlū spectat: q̄ p̄posita ē illi immortalitas: nec  
tñ uenit nisi tribuat̄ hōi a deo. Nā nihil interest iter iustū & iniu  
stū: siq̄ de oīs hō nat⁹ immortalis fieret: ergo immortalitas nō seque  
la nature: sed merces p̄miūq; uirtutis est. Deniq; hō nō statim qñ  
natus est rectus ingreditur: sed quadrupes primo: quia ratio cor  
poris & huius p̄sentis uite cōmunis ē nobis cū mutis animali  
bus. Post deinde confirmatis uirib⁹ erigitur: & lingua eius in elo  
quiū soluit̄: et mutū aīal esse definit. Quę ratio docet mortalem  
nasci hominem: postea uero immortalē fieri: cū coeperit ex deo  
uiuere: id est iusticiā sequi: q̄ continetur in dei cultu: cum excitaue  
rit hominem deus ad aspectū cęli ac sui. Quod tunc fit cum ho  
mo cęlesti lauachro purificatus: exponit infantia; cū omni labe ui  
te prioris: & incremento diuini uigoris accepto: fit homo perfe  
ctus ac plenus. Ergo quia uirtutē proposuit homini deus: licet  
anima & corpus consociata sint: tñ contraria sunt & impugnāt  
in uice; . Animi bona, mala sunt corporis: id est opum fuga: uolu  
ptatum interdictio: doloris mortisq; cōtemptus. Item corporis  
bona, mala sunt animi: hoc est cupiditas & libido: q̄bus & opes  
appetuntur: & suauitas uariarum uoluptatum: quibus eneruatus  
animus extinguitur. Ideo necesse est iustum & sapientem in om  
nibus malis esse: quoniā malorū uictrix est fortitudo. Iniustos  
aut̄ in diuitiis: in honore: i potestate. Hęc enim bona corporalia  
& terrena sunt. Illi autē terrenā uitā agunt: nec assequi immorta  
litate queunt: quia se uoluptatibus dederūt: quę sunt uirtutis  
inimicę. Itaq; uita hęc temporalis illi eterne debet esse subiecta:  
sicut corpus anime. Quisquis ergo anime uitam maluerit: uitam  
corporis contemnat necesse est: nec aliter eniti ad summum pote  
rit: nisi quę sunt ima despexerit. Qui aut̄ corporis uitam fuerit  
plexus: et cupiditates suas in terrā deiçerit: illam superiorem  
uitā consequi nō pōt. Sed qui mauult bene uiuere in eternum: ma  
le uiuet ad tempus: & afficiet̄ omnibus molestiis & laborib⁹ quā  
diu fuerit in terra: ut habeat diuinū ac cęleste solatium: & q̄ ma  
luerit bene uiuere ad tempus: male uiuet in eternum: q̄ damnabit̄  
dei sententia ad poenā: q̄ cęlestib⁹ bonis terrena p̄posuit. Pro  
pterea igitur coli se deus expetit & honorari ab homine tanqua;  
pater: ut uirtutē & sapientiam teneat: quę sola immortalitatē parit.

interest

potuit



Nam quæ nullus alius præter ipsum donare eam potest: quia solus possidet pietatē hominis. Qui deū honorauerit hoc afficiet præmio: ut sit ieternum beatus: sitq; apud deū: & cum deo semper.

Ca. vi. Itē quære mūd<sup>9</sup> creat<sup>9</sup> sit: quære hō: quā ianis sit cult<sup>9</sup> deoz.

**D** Vnc totā rationē breui circūscriptione signemus. Iccirco mundus factus est: ut nascamur. Ideo nascimur ut agnoscamus factorē mundi ac nostri deum. Ideo agnoscim<sup>9</sup> ut colam<sup>9</sup>: ideo colimus: ut immortalitatem p̄ mercede laborum capiamus: quoniā maximis laboribus cultus dei cōstat. Ideo p̄mio immortalitatis afficimur: ut similes angelis effecti: summo patri ac deo īperpetuū seruiamus: & scimus eternū deo regnum. Hęc sūma rez ē: hoc arcanū dei: h̄ mysteriū dei: h̄ mysteriū mūdi: a quo sūt alieni: q̄ p̄sentē uoluptatem terrestribus ac fragilibus bonis se addixerūt: & animas ad cęlestia genitas: suauitatib<sup>9</sup> mortiferis tāq̄ luto coenoue demerferunt. Queramus nunc uicissim: an in cultu deorum ratio ulla subsistat: qui si multi nati sunt: si ideo tantū ab hominibus colunt: ut præstent illis opes: honores: uictorias: quęq; alia: quę non nisi ad p̄sens ualent: si sine causa fingimur: si in hominibus procreandis p̄ uidentia nulla uersatur: si casu nobismetipsis: ac uoluptatis nostrę gr̄a nascimur: si nihil post mortem sumus: quod pōt esse tā supuacuū: tam inane: tam uacuum q̄ humana res: & q̄ mundus iste qui cum sit incredibili magnitudine: tam mirabili rōe cōstructus: tamē rebus ineptis uacet? Cur. n. uentorū spiritus citent nubes? Cur emicent fulgura: tonitrua mugiant: imbres cadant ut fruges terra p̄ducant: ut uarios foetus alat? Cur deniq; omnis natura rerū laboret: ne quid desit earum rerū quibus uita hominum sustinetur: si est inanis: si ad nihilū interimus: si nihil est in nobis maioris emolumenti deo? Quod si est dictu nefas: nec putandum est fieri posse: ut non ob aliquam maximam rationem fuerit cōstitutum: quod uideamus maxima ratione constare: quę pōt esse ratio in his errorib<sup>9</sup> prauarum religionum: & in hac p̄suasione philosophoz: qua putāt aīas interire? Profecto nulla. Quid enī habēt dicere? Cur dii hominib<sup>9</sup> tā diligenter suis quęq; temporibus exhibeāt: an ut illis far & mez de mus & odorē thuris: & sanguinē pecudū: q̄ neq; immortalib<sup>9</sup> grata esse possunt: q̄ sūt fragilia: neq; usui eē ex partibus corporum,

simus

quid



q̄ hęc ad usum corporaliũ data sunt: & tamē si ea desiderēt, sibi  
īp̄i possent exhibere cū uellēt. Siue igit̄ ītereūt aīę siue īęternum  
manēt: quā rōem cōtinet cult⁹ deoꝝ: aut a quo mūdus factus est?  
Cur aut q̄n̄ aut quosq̄: quaten⁹ hoīes: aut quā obrē p̄creati? Cur  
nascūt̄: ītereūt: succedūt: renouātur? Quid dū ex cultib⁹ eoꝝ asse  
quūt̄: q̄ post mortē nihil futuri sūt? Quid p̄stāt? Quid pollicēt̄?  
Quid mināt̄ aut hōib⁹ aut dūis dignū? Vel si manēt anime post  
obitū: qd̄ de his faciūt: facturiue sūt? Quid illis opus ē thesauro  
aīaꝝ? Ip̄si illi ex quo fonte oriūt̄? Quō aut q̄re aut uñ multi sūt?  
Ita fit ut si ab illa rerum summa: quā superius comprehendimus  
aberraueris: omnis ratio intereat: & ad nihilū oīa reuoluantur.

**Ca. vii.** Quare p̄hi nequerunt cōprehendere ueritatem inte  
gre: quā tñ̄ (sicut exempla declarant) particulatim comprehende  
runt: tamen se defendere nequiuerunt.

**Q**uam summā q̄ p̄hi non comprehenderunt: nec ueritatem  
comprehendere potuerunt: quanuis ea fere quibus summa  
īp̄sa constat & uiderunt & explicauerunt: sed diuersi ac diuerse  
omnia illa protulerunt: non annectentes nec causas rerum: nec cō  
sequēntias: nec rationes: ut summam illam quę continet uniuersā  
& compingerent & implerent: facile est autē docere pene uniuersā  
sam ueritatem per philosophos & sectas esse diuisam. Non enī  
sic philosophiā nos euertimus: ut Academici solent: q̄b⁹ ad oīa  
respondere p̄positū est: quod est potius calūniari & inuidere: s;̄  
docemus nullā sectā fuisse tam deuiā: neq; philosophoꝝ quēq; tā  
inanem: q̄ nō uiderit aliqd̄ ex uero. Sed dū cōtradicens studio  
infaniunt: dum sua etiam falsa defendunt: alioꝝ etiā uera subuer  
tunt: non tantum illis elapsa ueritas est: quā se querere simulabāt:  
sed ip̄si etiā potissimum ī uo uicio perdiderūt. Quod si extitisset  
aliquis qui ueritatem sparsam per singulos, p̄ sectasq; diffusā  
colligeret in unum: ac redigeret in corpus: is profecto non dissen  
tiret a nobis. Sed hoc nemo facere nisi ueri peritus ac sciens pōt.  
Verum autem scire non nisi eius est: qui sit doctus a deo. Nemo  
enim potest aliter repudiare quę falsa sunt: eligere ac probare quę  
uera: sed si uel casu id efficeret: certissime philosopharetur. Et  
quanuis non posset diuinis testimoniis illa defendere: tamen se



ipsam ueritas illustraret suo lumine. Quare incredibilis est error illoꝝ: q̄ cū aliquā sectā pbauerit: eiq̄ se addixerint: ceteras dānāt tāq̄ falsas & inanes: armātq̄ se ad proeliandū: nec quid defendē debent scientes: nec quid refutare: incurfantq̄ passim sine delectu oīa quę afferunt: quicūq̄ dissentiunt. Ob has eorum pertinacissimas cōtentiones: nulla extitit philosophia: quę ad uerum propi⁹ accederet. Nam particulatim ueritas ab his tota comprehensa ē: factū esse mundum a deo dixit Plato: idē p̄phetę loquūt: idēq̄ & Sibyllę carminibus apparet. Errant ergo qui uel oīa sua spōte esse nata dixerunt: uel minutis seminibus cōglobatis: quoniā tanta res tam ornata tam magna: neq̄ fieri neq̄ disponi & ordinari sine aliquo prudentissimo auctore potuit: & ea ipsa ratione qua constare ac regi omnia sentiuntur: solertissimę mētis artificē confitent. hominū causa mundum & omnia quę in eo sunt eē facta. Stoici loquunt: idem nos diuinę litterę docent. Errauit ergo Democritus: q̄ uermiculorū modo, putauit effusas esse de terra: nullo auctore, nullaq̄ ratione. Cur enī formatus sit homo: diuini sacramenti est: quod quia ille scire nō poterat: humanam uitam deduxit ad nihilum. Ad uirtutem capeffendam nasci homines Ariston differuit. Idem nos monemus ac discimus a p̄phetis. Igitur falsus Aristippus q̄ hominē uoluptati: idest malo tāq̄ pecudem s̄biugauit. imortales eē aīas Pherecides & Plato disputauerunt. Hęc uero p̄p̄a est in nostra religione doctrina: ergo Dicearchus cum Democrito errauit: qui perire cum corpore ac dissolui argumētatus est. Esse inferos Zeno Stoicus docuit: & sedes piorum ab impiis esse discretas: et illos quidem q̄etas ac delectabiles incolere regiones: hos uero luere poenas in tenebrosis locis: atq̄ ī coeni uoraginibus horrendis. Idem nobis p̄phetę palā faciūt. Ergo Epicurus errauit: qui poetarū id eē figmētū putauit: et illas inferorum poenas quę feruntur: in hac esse uita interpretatus est. Totaq̄ igitur ueritatem et omne diuinę religionis arcanū p̄hi attigerūt: sed aliis refellentibus, defendere id quod inuenerant nequiuerūt: quia singulis ratio non quadrauit: nec ea q̄ uera senserant in summam redigere potuerunt: sicut superius nos fecimus.

¶ Capitulum. viii. De immortalitate anime: & quibus eam argumentis Plato sit conatus astruere.



r l

**U**Num est igitur summum bonum immortalitas: ad quam capiendam & formati a principio & nati sumus. Ad hanc tendimus: hanc spectat humana natura: ad hanc nos prouehit uirtus: quod bonum, quod comprehendimus: superest ut etiam de ipsa immortalitate dicamus. Platonis argumenta quibus ad rem conferat multum: tamen parum habet firmitatis ad probandam & implendam ueritatem: quoniam nec rationem mysterii magni totius consummauerat: in unumque collegerat: nec summum bonum comprehenderat. Nam licet uerum de immortalitate animae sentiret: tamen non ita de illa tanquam de summo bono differebat. Nos igitur certioribus signis eligere possumus ueritatem: qui eam non anticipati suspitione collegimus: sed diuina traditione cognouimus. Plato autem sic argumentatus est: immortale esse quicquid per seipsum & sentit & semper mouetur. Quod enim principium motus non habet: nec finem habiturum: quia deseriri a semetipso non potest: quod argumentum etiam mutis animalibus eternitatem daret: nisi adiectione sapientiae discreuisset. Addidit igitur (ut effugeret hanc communitatem) fieri non posse: quin sit immortalis animus humanus: cuius miranda solertia inueniendi: & sceleritas cogitandi: & facilitas percipiendi atque discernendi: & memoria praeteritorum: & prouidentia futurorum: & artium plerumque innumerabilium scientia: qua ceterae careant animantes: diuina & caelestis appareat: quae & origo animi: qui tanta capiat: tanta contineat: nulla repiatur in terra: siquidem ex concretione terrena nihil habeat admixtum: sed necesse est in terram resolui: quod est in homine ponderosum & dissolubile. Quod autem tenue ac subtile: id uero esse indiuiduum: ac domicilio corporis uelut carcere liberatum: ad caelum & naturam suam prouolare. Haec fere Platonis collecta breuiter: quae apud ipsum late copioseque explicantur. In eadem sententia fuit etiam Pythagoras antea: eiusdemque praecipitor Pherecides: quem Cicero tradidit primum de eternitate animarum disputasse. Qui omnes licet eloquentia excellerent: tamen in hac duntaxat contentione non minus auctoritatis habuerunt: qui contra hanc sententiam differebant. Dicarchus primo: deinde Democritus: postremo Epicurus: adeo ut res ipsa de qua inter se pugnabant in dubium uocaretur: denique & Tullius expositis horum omnium de immortalitate ac morte sententiarum: nescire se quid sit uerum pronunciauit. Harum, inquit, sententiarum quae uera sit: deus aliquid uiderit. Et rursus alibi: quoniam utraque, inquit, earum sententiarum



doctissimos habuit auctores: nec quid certi sit diuinari potest: uerum opus nobis diuinatione non est: quibus ueritatem diuinitas ipsa patefecit.

**C**a. ix. Quæ sit de immortalitate animæ fidelis assertio. Et quæ laborum uirtutumque finis beata eternitas est.

**D**Is itaque argumentis: quæ nec Plato nec ullus alius inuenit: animarum eternitas probari ac perfici potest: quæ nos breuiter collegimus: quoniam preperat oratio ad enarrandum iudicium dei maximum: quod in terra propinquante seculorum fine celebrabitur. Ante omnia quoniam deus ab homine uideri non potest: ne quis tamen ex eo ipso putaret deum non esse: quia mortalibus oculis non uideretur: inter cetera institutorum miracula: fecit etiam multa quorum uis quidem appareret: substantia tamen non uideretur: sicut est uox: odor: uentus: ut harum rerum argumento & exemplo: etiam deum (sicut sub oculos non ueniret) de sua tamen uis & effectu et operibus cerneremus. Quid uoce clarius: aut uento fortius: aut odore uiolentius? Hæc tamen cum per aerem feruntur: ad sensusque nostros ueniunt: & eos potentia sua impellunt: non cernuntur acie luminum: sed aliis corporis partibus sentiuntur: similiter deus non aspectu nobis alioue fragili sensu comprehendendus est: sed mentis oculis intuendus: cum opera eius preclara & miranda uideamus. Nam illos qui nullum omnino deum esse dixerunt: non modo philosophos: sed ne homines quidem esse dixerim: qui mutis simillimi ex solo corpore constituerunt: nihil omnino cernentes animo & ad sensum corporis cuncta referentes: qui nihil putabant esse nisi quod oculis contuebantur. Et quæ uidebant aut bonis accidere aduersa: aut malis prospera: fortuitu geri omnia crediderunt: & natura mundum non prouidentia constitutum. Hinc iam prolapsi sunt ad deliramenta: quæ talem sententiam sequebantur necessario: quod si est deus & incorporealis & inuisibilis & eternus: ergo non ideo in terrene animam credibile est: quia non uideatur postquam recessit a corpore: quoniam constat esse aliquid sentiens ac uigens: quod non ueniat sub aspectu. At enim difficile animo comprehendere: quemadmodum possit anima retinere sensum sine his partibus corporis: in quibus inest officium sentiendi. Quid de deo: num facile est comprehendere quemadmodum uigeat sine corpore? Quod si deos esse credunt: qui si sunt: utique anime sunt expertes corporum:



54  
neceſſe eſt humanas animas eadem ratione ſiſtere: quoniam ex  
ipſa rōe ac puidētia itelligit eē qdā in hoīe a deo ſimilitudo. De  
niq; illud argumētū qd' Marc' Tulli' uidit ſatis firmū eſt: ex eo  
eternitatē anime poſſe diſci: q; nullū ſit aliud aīal: qd' habeat  
noticiā dei aliq; religioq; ſit pene ſola: q; hoīez diſcernat a mutis,  
q; cū in hoīem ſolū cadat: pfecto teſtaſ id affectare nos: id deſi-  
derare: id colere: quod nobis familiare: quod proximum ſit futu-  
rum. An aliquis cum ceteraz animātium naturam cōſiderauerit:  
quas pronis corporibus abiectas in terramq; proſtratas: ſummi  
dei prouidentia effecit: ut ex hoc intelligi poſſit: nihil eas ratiōis  
habere cum celo: poteſt non intelligere ſolum ex omnibus ceſte  
ac diuinū animal eē hominem: cuius corpus ab humo excitatum,  
uultus ſublimes: ſtatus rectus originem ſuam querit: & quaſi cō-  
tempta humilitate terre ad altum nititur: quia ſentit ſummū bo-  
num in ſummo ſibi eſſe querendū: memorque conditionis ſue  
qua deus illum fecit eximium: ad artificem ſuum ſpectat. Quam  
expectationem Trimegyſtus. θεωπίων rectiſſime nominauit:  
que in mutis animalibus nulla eſt. Cum autem ſapientia que ſoli  
homini data eſt: nihil aliud ſit q; dei noticia: apparet animam nō  
interire neque diſſolui: ſed manere in ſempiternum: quia deum  
qui ſempiternus eſt & querit & diligit, ipſa cogente natura: ſen-  
tiens uel unde orta ſit: uel quo reuerſura. Pręterea non exiguum  
immortalitatis argumentum eſt: quod homo ſolū ceſti elemen-  
to utatur. Nam cū rez natura his duobus elemētis (que repugnā-  
tia ſibi & inimica ſunt) conſtet igne & aqua: quorum alterum ce-  
lo: alterum terre aſcribitur. Ceterę animantes quia terrene mor-  
talesq; ſunt: terreño grauiq; utuntur elemento: homo ſolus ignem  
in uſu habet: qd' eſt elemētū leue: ſublimes: ceſte. Ea uero que pō-  
deroſa ſunt: ad mortē deprimunt: & que leuia ſunt ad uitā ſuble-  
uant: quia uita in ſummo eſt: mors in imo. Et ut lux eē ſine igne  
non poteſt: ſic uita ſine luce. Igitur ignis elementum eſt lucis ac  
uite: unde apparet hominem qui eo utitur immortalē ſortitū eē  
cōditionē: q; id illi familiare eſt quod facit uitā. Virt' quoq; ho-  
mini ſoli data: magno argumento eſt imortales eē animas: quod  
nō erit ſecundū naturā: ſi anima extinguit. Huic enim pſenti uite  
nocet: nā uita iſta terreña quā cōem cū mutis aīalib' ducim' : &  
uoluptatē expetit: cui' uariis fructib' ac ſuauib' delectat: et dolorē



fugit: cuius asperitas naturā uiuētū acerbis sensibus lēdit: & ad mortē p̄ducere nitit̄: q̄ dissoluit animātes. Si ḡ uirt⁹ & prohibet, his bonis, hoīez q̄ naturalit̄ appetūt: & ad sustinēda mala īpellit: q̄ naturalit̄ fugiūt: Ergo malū ē uirt⁹ & īimica naturę: stultumq̄ iudicari necesse ē q̄ eā seq̄t: qm̄ se ip̄e lēdit: & fugiēdo bona p̄sentia: & appetēdo eque mala sine spe fruct⁹ āplioris. Nā cū liceat nobis iocū dissimilis frui uoluptatib⁹: nōne sensu carē uideamur? Si malim⁹ ī humilitate: ī egestate: ī cōtemptu: ī ignominia uiuere aut ne uiuere q̄dē: sed dolore cruciari & mori? Ex qb⁹ mal⁹ nihil amplius assequamur: quo possit uoluptas omīssa p̄fari? Si autē uirt⁹ malū nō ē: facitq̄ honeste: q̄ uoluptates uicio sas turpesque cōtēnit: et fortit̄ q̄ nec dolorē nec mortē timet: ut officiū seruet. Ergo maius aliqd̄ bonū assequat̄ necesse ē: quā sūt illa q̄ spernit. At uero morte suscepta: qd̄ ulterio⁹ bonū sperari pōt nisi ēt̄nitas?

*proponitur*  
**C**a. x. Itē de īmortalitate aīę: & q̄ uirt⁹ semel habita p̄petuat̄, & amitti nō pōt: & q̄ uita duplex est: & itē mortes duę homini proponuntur.

**T**ranseam⁹ nunc uicissim: ad ea quę uirtuti repugnāt: ut etiā ex his īmortalitas aīę colligatur: uicia omnia temporalia sunt. Ad p̄sens enī cōmouet̄ irę impetus: recepta ultione sedatur: libidinis uoluptas corporis finis ē. Cupiditatem autem, facietas earū reū quas expetit: aut alioꝝ affectuū cōmotiones interimunt. Ambitio postq̄ honores quos uoluit adepta est: confenescit. Itē cetera uicia cōsistere ac permanere non possunt: sed ipso fructu quē expetunt finiunt̄: recedunt ergo & redeunt. Virtus autē sine ulla ītermissione p̄petua est: nec discedere ab eo pōt: qui eā semel coepit. Nā si habeat īteruallū: si aliquādo ea carere possumus, redibūt p̄tinus uicia: quę uirtutē semp̄ īpugnāt. Nō est igitur comprehensa si deserit: si aliquādo secedit. Cū uero sibi domiciliū stabile collocauit: in omni actu uersari eam necesse est: nec potest fideliter depellere uicia & fugare: nisi pectus quod infedit̄ perpetua statiōe munierit. Ipsa ergo uirtutis perpetuitas īdicat hūanū animū: si uirtutē coepit p̄manere: q̄ & uirt⁹ perpetua est: & sol⁹ animus hūanus uirtutē capit. Quoniā igit̄ cōtraria sunt uicia uirtuti: omnis rō diuersa & contraria sit necesse est: q̄ uicia commotiones & p̄turbatiōes animi sunt. Virtus contrario lenitudo &



tranquillitas animi est: quia uicia temporalia & breuia sunt: uirtus perpetua & constantis, & par sibi semper: quia uicio & fructus: id est uoluptates & quae, ut ipsa breues temporalesque sunt. Virtutis ergo fructus ac premium sempiternum est: quia uicio & comodum in presenti est: uirtutis igitur in futuro. Ita fit: ut in hac uita uirtutis premium nullum sit: quia uirtus adhuc ipsa est. Nam sicut uicia cum in actu suo finiuntur: uoluptas & premia eorum sequuntur: ita uirtus cum finita est: merces eius insequitur. Virtus autem nunquam nisi morte finitur: quoniam & in morte suscipienda summum eius officium est: ergo premium uirtutis est post mortem. Denique Cicero in tusculanis: quauis dubitater: tamen sensit summum homini bonum, non nisi post mortem contingere. Fidenti animo, inquit, si ita res feret, gradiebamur ad mortem: in qua aut summum bonum: aut nullum malum esse cognouimus. Mors igitur non extinguit hominem: sed ad premium uirtutis admittit: quod autem se (ut ait idem) uiciis ac sceleribus contaminauerit: uoluptatibus seruierit: is uero damnatur aeternam luet poenam: quam diuinae litterae secundam mortem nominant: quae est & perpetua & grauissimis cruciatibus plena. Nam sicuti duae uitae propositae sunt homini: quarum altera est anime: altera corporis: ita & mortes duae propositae sunt: una pertinet ad corpus: qua cunctos secundum naturam fungi necesse est. Altera pertinet ad animam: quae scelere acquiritur, uirtute uitatur. Ut haec uita temporalis est: cetero quoque terminos habet: quia corpus est: sic & mors quoque temporalis est, certumque habet finem: quia corpus attingit.

Ca. xi. De resurrectione corporum mortuorum & morte: & animarum perpetuitate.

**I**mpletis ergo temporibus: quae deus morti statuit: terminabitur ipsa mors. Et quia temporalem uitam temporalis mors sequitur: consequens est ut resurgat anima ad uitam penam: quia finem mors temporalis accipit. Rursus sicut uita animi sempiterna est: in qua diuinos & ineloquibiles immortalitatis suae fructus capit: ita & mors eius perpetua sit necesse est: in qua perennes poenas & infinita tormenta pro peccatis perdit. Ergo in ea conditione res posita est: ut qui beati sunt in hac uita temporali atque terrena: semper miseri sint futuri: quia iam bonis quae maluerunt potiti sunt: quod his euenit qui deos adorant: deum negligunt. Deinde qui iusticiam fuerunt secuti in hac uita miseri fuerunt & contempti & inopes: & ob ipsam iusticiam contumeliis & iniuriis saepe uexati: quia nec aliter uirtus teneri potest: semper beati sunt futuri: ut quia mala iam pertulerunt: etiam bonis

pendet

euenit

et



fruatur. Quod his utiq; cōtigit: q̄ cōtēptis terreſtrib⁹ diis & fra-  
 gilib⁹ bonis cēleſtē religionē dei ſequūt: cui⁹ bona ſicut ip̄e q̄ tri-  
 buit ſēpiterna ſūt. Quid opera corporis atq; animi? Nonne īdi-  
 cāt eē aīam mortis exptē? Nā corp⁹ q̄ ip̄m fragile ē atq; mortale:  
 q̄cūq; opa molit̄ eaq; caduca ſūt. Nihil. n. Tulli⁹ ait eē quod ſit  
 manib⁹ hūanis laboratū: qd̄ nō aliqñ ad īteritū redigaſ: ul' iuria  
 hominū: uel ip̄a confectrice omniū uetustate. At uero animi opa  
 uidem⁹ ęterna. Nā q̄cūq; cōtēptui p̄ſētiū ſtudētes: ī memoriā  
 monumēta īgenio ⁊ factō ⁊q; magno ⁊ reliquerūt: hi plane mētis  
 ſue ac uirtutis nomē īdelebile q̄ ſierunt. Ergo ſi opa corporis iō  
 mortalia ſūt: q̄ ip̄m mortale ē: ſeq̄t̄ ex eo ut aīa īmortal' appareat  
 q̄ uidem⁹ opa ei⁹ nō eē mortalia. Eode; modo deſideria quoq;  
 corporis animiq; declarāt: alte; eē mortale: alte; ſempiternum.  
 Corpus enī nihil niſi tēporale deſiderat: i deſt cibū potū īdumē-  
 tū q̄etem, uoluptatē. Et tñ hęc ip̄a ſine nutu & adminiculo animi  
 nec cupere nec aſſequi pōt. Animus autē p̄ ſe mlt̄a deſiderat: q̄ ad  
 officiū fructūue corporis redūdent: ea q̄ non fragilia ſed ęterna  
 ſūt: ut fama uirtutis: ut memoria nominis. Nā cultū dei q̄ cōſtat  
 abſtinētia cupiditatū ac libidinū: patientia doloris: ac cōtemptu  
 mortis: etiā cōn corp⁹ aīa cōcupiſcit. Vnde credibile ē nō īterire  
 aīam: ſ; diſſociari a corpore: q̄ corp⁹ ſine aīa nihil pōt: animus  
 autē pōt mlt̄a & magna ſine corpore. Quid q̄ ea q̄ uiſibilia ſunt  
 oculis: & tāgibilia manu: q̄ ęternā uim pati poſſunt: ęterna eē nō  
 poſſunt. Ea uero q̄ neq; ſb̄ tactu neq; ſb̄ uiſu ueniūt: ſ; tātūmodo  
 uis eo; & rō & affect⁹ apparet, ęterna ſūt: q̄ nullā uim patiūt ex  
 trīſecus. Corp⁹ autē ſi iō mortale ē: q̄ uiſui parit̄ ac tactui ſb̄iacet:  
 ergo & aīa iccirco īmortalis ē: q̄ nec tangi pōt nec uideri.

¶ Ca. xii. Itē de īmortalitate aīę cōn Lucretiū et Epicur⁹: & de  
 differētia mētis & aīę & corpo; reſurrectiōe.

**N**unc argumēta eo; q̄ cōtraxerūt refellam⁹: q̄ Lucreti⁹ ter-  
 tio libro execut⁹ ē: quoniā cū corpore inq̄t aīa naſciſ: cum  
 corpore ītereat neceſſe eſt. At nō eſt par utriuſq; rō: ſolidum enī  
 & cōprehēſibile corpus eſt & oculis & manu: aīa uero tenuis  
 & tactum uiſūq; fugiēs. Corpus ex terra fictū atq; cōſolidatum  
 ē: aīa ī ſe nihil cōcretinibil' terreñi pōderis habet (ut Plato differe-  
 bat) nec enim tantam poſſet habere ſolertiam: tantam uim:  
 tantam celeritatem: niſi originem traheret e cęlo. Corpus igitur

contra dicitur



quonia fictū, ex pōderoso & corruptibili elemēto, et tāgibile est: et uisibile: corrūpit atq; occidit: nec uim repellē pōt: q; s; aspectū et s; tactū uenit. Aīa aut q; tenuitate sua oē; tactū fugit: nullo ictu dissolui pōt. Ergo q̄uis iter se cōiūcta & sociata nascāt: & alter qd' ē de terrena cōcretōe formatū: quasi uasculū fit alteri: qd' ē a celesti s;tilitate deductū: cū uis aliq; utrūq; discreuerit: q̄ discretio mors uocat: tū utrūq; ī nām suā recedit: qd' ex terra fuit id in terrā reuoluit: qd' ex celesti spiritu: id cōstat ac uiget sēp: quonia; diuin<sup>9</sup> spirit<sup>9</sup> sempitern<sup>9</sup> ē. Deniq; idē Lucreti<sup>9</sup> oblit<sup>9</sup> qd' assereret: & qd' dogma defēderet: hos uersus posuit. Cedit idem retro de terra qd' fuit añ In terrā: sed qd' missū ē ex etheris oris: Id rursus celi fulgentia tēpla recepat. Qd' ei<sup>9</sup> nō erat dicē: qui p̄ire aīas cū corporib<sup>9</sup> differēbat: sed uict<sup>9</sup> ē ueritate & īprudenti rō uera surrepsit. Pręterea id ipm qd' colligit dissolui aīam: hoc ē simul cū corpore iterire: quonia; simul nascāt: & falsū ē: & īcōnriū conuerti pōt. Nō. n. simul iterit: sed aīa discedēte integz per multos dies manet: & plezq; medicatū diutissime durat. Nā si ut simul nascūt simul iterirēt: nō discederet repēte aīa corpusq; desereret: sed uno tēporis pūcto, utzq; parit dissiparet: & tā celerit etiam corpus adhuc spiritu in eo manēte deliquesceret; ac p̄iret, q̄ celeriter aīa secedit: imo uero dissoluto corpore aīa uanesceret: uelut humor fracto uase diffusus. Nā si terrenū & fragile corpus post secessū aīę nō statī diffluit: ī terrāq; tabescit: ex qua illi origo est. Ergo aīa q̄ fragilis nō ē in eternū manet: quonia; origo eius ęterna ē. Quonia; crescit, īquit sensus in pueris: & in iuuenibus uiget: & in senib<sup>9</sup> diminuit: apparet eē mortālē. Primū nō idē ē mens & aīa. Aliud ē enī quod uiuim<sup>9</sup>: aliud quod cogitam<sup>9</sup>. Nā; dormiētū mens nō aīa sopit: & ī furiosis mēs extīguīt aīa manet: & iō nō exanimes: sed demētes uocāt. Mens ergo: idest intelligētia uel augetur uel minuitur p̄ ętate: aīa in statu suo semper est. Et ex quo tēpore spirādi accepit facultatē: eadē usq; ad ultimū durat: donec emissā corporis claustro: ad sedem suam reuolet. Deinde q; aīa q̄uis a deo sit inspirata: tamē q; tenebroso domicilio terre nę carnis inclusa est: scientiam non habet: quę est diuinitatis. Audit ergo ac discit omnia: & sapiētīā discēdo & audiēdo capit: & senectus non minuit sapiētiam sed auget: si tamen iuuenilis ętas uirtute decursa ē: & si nimia senectus fregerit mēbra: nō ē animę





uiciū: si uisus euanuit: si lingua torpuit: si audit<sup>9</sup> obsurduit: sed corporis. At enī memoria deficit: qd̄ mix̄ si labētis domicilij ruina p̄miſſa mens: & p̄terita obliuiscit: nō aliter futura diuina: q̄ si carcerē quo cohibet̄, effugerit? Vex̄ eadē, inq̄t, dolori ac luctui obnoxia ē: & ebrietate demētit: uñ fragil' & mortal' appareat. Iccirco igit̄ uirt<sup>9</sup> & sapiētia necessaria ē: ut & mēror, q̄ coñhiſſe idigna patiēdo, ac uidēdo, fortitudine repellat̄: & uoluptas nō mō potādi: s; etiā reꝝ ceteraz̄ abstinētia super̄. Nā si careat uirtute: si uoluptatib<sup>9</sup> dedita moliat̄, morti fiet obnoxia: quoniā & uirt<sup>9</sup> (ut docuim<sup>9</sup>) imortalitatis ē fabricatrix & uoluptas mortis. Mors aut̄ (sicut ostēdi) nō fūdit<sup>9</sup> p̄imit ac delet: s; eternis afficit cruciatibus. Nā iterire p̄sus aīa nō pōt: qm̄ ex dei spiritu: q̄ etern<sup>9</sup> ē, origine; cepit. Aīa etiā, inq̄t, morbū corporis sētīt: et obliuionē sui patiſ. Et sicut egrescit sic etiā sepe sanat̄. Hoc ē ḡ cur maxie uirt<sup>9</sup> adhibenda sit: ne ullo corporis dolore frāgat̄: et obliuione sui nō aīa: sed mens patiat̄: q̄ quoniā certa corporis regione cōsistit: cū eā partē uis aliqua morbi uiciauerit, mouet̄ loco: et q̄si cōquassata de sede sua emigrat reditura. s. cū medela & sanitas domiciliū suū reformauerit. Nā q̄ aīa ē iūcta cū corpore: si uirtute careat: cōtagio ei<sup>9</sup> egrescit: & ibecillitas de societate fragilitatis redūdat ad mentē. Cū aut̄ dissociata fuerit a corpore, uigebit ip̄a p̄ se: nec ulla iā fragilitatis cōditōne tētabit̄: q̄ idumētū fragile p̄iecit. Sicut oculus, inq̄t, euulsus a corpore ac sepatus nihil pōt uidere: ita & aīa sepata nihil sentire: q̄ & ipsa pars est corporis. Falsū h̄ et dissimile ē. Aīa enī nō pars corporis: sed ī corpore ē: sicut id qd̄ uase cōtinet̄ uasis pars nō ē: nec ea q̄ ī domo sunt: partes domus eē dicūt: ita nec aīa pars ē corporis: q̄ corpus uel uas est aīę uel receptaculum. Iā illud argumētū mltomagis inane ē: quo animā, ait: q̄ nō citius emittat̄ e corpore: mortalē uideri: sed paulatī se ex oībus mēbris explicet: a summis pedib<sup>9</sup> icipiēs tāq̄ si eēt eterna uno temporis momēto erūpet: quod fit in his q̄ ferro itereunt. Quos aut̄ morbus iteremit: spiritū diutius exhalant: ut paulatim frigescentibus mēbris aīa effleſ: q̄ cū materia sāguinis cōtineat̄: sicut lumē oleo: & materia febriū calore cōsūpta: necesse ē mēbroꝝ summa queq; frigescere: quoniā uenę exiliores in extrema corporis porrigūt: & extremi ac tenuiores riui, deficiēte uena fontis arescūt. Nec tñ q̄ sensus corporis deficit: aīę sensū extinguī: & occidē putādū ē.



Nō enī aīa corpore deficiēte: sed corpus aīa decedēte putrescit: q̄  
sensū oēm trahit secū. Cū autē p̄sens aīa sēsū suū tribuat corpori  
& uiuere id efficiat: fieri nō pōt ut nō ipsa p̄ se et uiuat & sentiat:  
quoniā ipsa ē & sensus et uita. Nā qđ ait, q̄ si immortalis nostra  
foret mens: nō tñ moriēs se dissolui cōquereret: sed magis ire fo  
ras: uestēq; reliquere, ut anguis. Egdē nūq̄ uidi, q̄ q̄reret se in mor  
te dissolui: sed ille fortasse Epicureū aliquē uiderat: etiā dū mo  
ritur p̄phetātē: ac de sua dissolutōe in extremo spiritu differētē.  
Quō sciri pōt utq; dissolui se sentiat an corpore liberari: cum in  
exitu lingua mutescat? Nā dū sētīt & loqui potest, nōdum disso  
lut⁹ ē: ubi dissolutus est, nec sentire iam nec loqui potest. Ita q̄ri  
de dissolutione aut nōdum pōt: aut iam non pōt. At enim p̄uīq̄  
dissoluat: intelligit se dissolutū iri. Quid q̄ uidemus plerosque  
moriētīū nec dissolui cōquerentes (ut ait) sed exire se & p̄ficiīci  
et ambulare testātes: idq; aut gestu significāt: aut si adhuc possūt  
& uoce p̄nūciāt? Vñ apparet nō dissolutionē fieri: sed sep̄atiōe;  
quę declarat aīam p̄manere. Cetera Epicurei dogmatis argumen  
ta Pythagorę repugnant differēti migrare aīas de corporibus, ue  
tustate ac morte cōfectis: & insinuare se nouis & recens natis. Et  
easdem semper renasci: mō in homine: mō ī pecude: mō ī bestia:  
mō ī uolucres: & hac rōe īmortales eē: qđ sepe uarioq; ac dissimili  
um corpore domicilia cōmutēt. Quę snīa deliri hominis qm̄ ri  
dícula ē: mīmo dignior q̄ scholastico fuit: ne refelli quide; īerio  
debit. Quod qui facit, uideēt uereri ne quis id credat. Prętereun  
da sunt igit̄ nobis ea q̄ p̄ falso cōn̄ falsum differebant: satis est ea  
refutasse: q̄ cōn̄ ueq; disputata sunt.

Ca. xiii. Quib⁹ testimoniis īmortalitas aīę approbat̄: & fu  
turū iudiciū dei. Et quātum Aristoxenus alios uicerit in errore.

**O** Eclarauī (ut opinor) aīam nō eē solubilē: supest citare testes  
quorū auctoritate argumēta firmentur. Neq; nunc prophe  
tas in testimoniū uocabo: quorū rō & diuinitio: in h̄ solo posita  
est: ut ad cultū dei & ad īmortalitatem ab eo accipiendam, creati  
hoīem doceant: sed eos poti⁹, q̄b⁹ istosq; respuunt ueritatē, credē  
sit necesse. Hermes nām hōis describēs: ut doceret quēadmodū  
esset a deo factus: hęc intulit καί τό αὐτό ἐξ ἀμφοτέρων φύ  
σεων τῆσ τε ἀθανάτου καί τῆσ θνητῆσ, μίαν ἐποίησ φύσιν  
ἀνθρώπου, τόν αὐτόν. πῆ μὲν ἀθάνατον: πῆ δέ θνητόν



ποίησας. καὶ τοῦτὸν ἐν μέω θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως,  
καὶ τῆς θνητῆς καὶ ἀμεταβλήτου Ἰδρυσεν. ἵνα ὄρων  
ἅπαντα. ἅπαντᾶ καὶ θαυμάσι. i. & idē ex utraq; natura mor-  
tali & ἰmortali unā faciebat naturā hōis: eūdē in aliquo qdē im-  
mortalē: ἰ aliquo aut mortalē faciēs: & hūc ferens in medio diui-  
nῆ & ἰmortalis naturῆ: & mortalis mutabilisq; constituit: ut οἶα  
uidēs οἶα mireē. Sed hūc fortasse aliq; ἰ numero philosophorū  
cōputet: quis in deos relatus Mercurii νοίε ab egyptiis honoreē  
nec plus ei auctoritatis tribuat: q̄ Platoni aut Pythagorῆ. Maius  
igit̄ testimoniū req̄ram⁹. Polites qdā cōsultit Apollinē Mile-  
siū ut ne maneat aīa post mortē an resoluat̄: respōdit his uer-  
sibus. *Ψυχὴ μὲν μέχρις οὐ Δεσμῶϊσ̄ πρόσ σώμα κρατεῖ-  
ται φθαρτανοῦσα πάθη θνητῶϊσ̄ ἀλγηδῶσιν εἶκει, ἠνίκα  
Δε ἀνάλυσιν βροτῆϊν ὀνυ μετά σώμα μαρνανθῆν ὠκυσ τήν  
ἔυρήται, ἐσ̄ αἰθέρα πᾶσα φορεῖται, αἰέν ἀγήραος ὄυσα. μένει  
Δε εἰς πᾶμπαν ἀτειρήσ̄. πρωτόγονος γάρ τούτο θεοῦ  
Διέταξε πρόνοια. i. passiones sentiēs mortalibus cedit dolori-  
bus. Cū uero solutionē hūanam post corp⁹ iueniet: facile abiēs a  
terra nūq̄ senescit. Aīa qdē quoad uiculis corporeis tenet corrup-  
tibilis passiones sentiēs: mortalib⁹ cedit doloribus. Cū uero hūa-  
nā solutionē uelocissimā post corruptū corp⁹ iuenerit: οἶs e ter-  
ra fert̄ nūq̄ senescēs: & man; ἰ eternū sine poena p̄mogenita: etenī  
h̄ diuina disposuit prudētia. Quid carmīa sibyllina! Nōne ita eē  
declarāt: cū forte aliqñ denūciāt: ut a deo de uiuis ac mortuis iu-  
dicet̄: quo; exēpla paulopost ἰferem⁹. Falsā ē igit̄ Democriti &  
Epicuri snīa & Dicearchi de animi dissolutōe: q̄ p̄fecto nō aude-  
rēt de ἰteritu aīay mago aliquo p̄sente differere: q̄ sciret certis car-  
minib⁹ ciere ab ἰferis aīas: & adesse & p̄bē se hūanis oculis uiden-  
das: & loq̄ & futura p̄dicē. Et si auderēt: re ip̄a & documētis p̄fē-  
tib⁹ uicerēt. Sed q̄ nō puidebāt aīe rōem: q̄ tā s̄btilis ē: ut oculos  
humanῆ mētis effugiat: ἰterire dixerūt. Quid Aristoxenus: qui  
negauit οἶno ullā eē aīam: etiā cū uiuit ἰ corpore! Sed sicut in fidi-  
bus ex intentione neruorum effici cōcordē sonū atq; cantū: que;  
musici armoniā uocāt: ita ἰ corporibus ex cōpage uiscerum ac ui-  
gore mēbro; uim sentiēdi existere: quo nihil dici delirius pōt.  
Verum ille oculos quidem habuit incolumes: cor tamen cecum  
qui uiuere se & habere mentem: qua id ipsum quod cogitauerat*



non uidebat. Sed plerisque hoc philosophis accidit: ut putarent omnino non esse quicquid oculis non apparet: cum mentis acies multo clarior esse debeat quam corporis: ad ea precipienda quorum uis ac ratio sentitur potius quam uidetur.

**¶** Ca. xiiii. De fine mundi & errore caldeoꝝ. De etate mundi: & quod post sex etates, id est sex mille annorum statim mundi mutabitur & renouabitur. Et quod mille anni sunt unus dies dei. Et quod post mille annos regnabunt electi dei in terra post iudicium.

**¶** Quoniam de immortalitate diximus anime: sequitur ut doceamus quatenus homini & quando tribuatur: ut in hoc quoque prauitatis & stultitiae suae perspiciant errores: qui mortales quosdam decretis placitisque mortalium deos esse factos opinantur: uel quod artes inuenerant: uel quod usum quarumque frugum docuerant: uel quod utilia uitae hominum prodiderant: uel quod immanes bestias interemerant. Quae merita quam longe ab immortalitate semota sint: et docuimus in prioribus libris: & nunc docebimus: ut appareat solam esse iusticiam: quam uita homini pareat aeternam: & solum deum, qui aeternae uitae premium largiatur. Nam illi qui suis meritis immortales facti esse dicuntur: quia nec iusticia nec ulla in his uera uirtus fuit: non immortalitatem sibi: sed mortem peccatis ac libidinibus quaesierunt. Nec caeleste premium: sed inferna supplicia meruerunt: quae pendet simul cum his omnibus qui eos coluerunt. Cuius iudicii propinquare tempus ostendatur: ut & iustis merces digna soluatur: & poena merita impiis irrogetur. Plato & multi alii philosophorum: cum ignorarent originem rerum superiusque illud tempus quo mundus esset effectus: milia seculorum fluxisse dixerunt: ex quo hic pulcherrimus mundi ornatus extiterit: sicut fortasse caldei: qui (ut Cicero tradidit in libro de diuinatione primo) quadringenta septuaginta milia annorum monumentis comprehensa se habere delirant: in quo se quia posse argui non putabant: liberum sibi crediderunt esse mentiri. Nos autem quos diuinae litterae ad scientiam ueritatis erudiunt: principium mundi, finemque cognouimus: de quo nunc in fine operis differemus: quoniam de principio in secundo libro explicauimus. Sciatur igitur philosophi quod ab exordio mundi seculorum milia enumerant: non dum sextum millesimum annum esse conclusum: quo numero expleto consummationem fieri necesse est: & humanarum rerum statum in melius reformari: cuius rei argumentum prius est enarrandum: ut ratio eluceat. Mundum de



& hoc rerum nature admirabile opus: sic arcanis sacre scripture continetur sex diebus spacio consummavit: dieque septimum quo ab operibus requeuerat sanxit. Hic est autem dies sabbati: quae lingua hebraeorum a numero nomen accepit: unde septenarius numerus legitimus ac plenus est. Nam & dies septem sunt: quibus per uicem reuolutis: orbis conficiuntur annorum, & septem stelle quae non occidunt: & septem sidera: quae uocantur errantia: quorum disparis cursus & inaequales motus rerum ac temporum uarietates efficere creduntur. Ergo quoniam sex diebus cuncta dei opera perfecta sunt: per secula sex annorum: id est sex milia manere in hoc statu mundum necesse est. Dies enim magnus dei mille annorum circulo terminatur: sicut indicat propheta dicens. Ante oculos tuos domine mille anni tanquam dies unus. Et sicut deus sex illos dies in tantis rebus fabricandis laborauit: ita & religio eius: & ueritas in his sex milibus annorum laborare necesse est malitia prevalente ac dominante. Et rursum quoniam perfectis operibus: requieuit die septimo eumque benedixit: necesse est ut in fine sextimillesimi anni malitia omnis aboleatur e terra: & regnet per annos mille iusticia: sitque tranquillitas et requies a laboribus: quos mundus iam diu perfert. Verum quatenus id eueniat explicabo suo ordine. Sepe diximus minora & exigua magnorum figuras & premonstrationes esse: ut hunc diem nostrum quod ortu solis & occasu finitur: dei magni speciem gerere: quem circuitus annorum mille determinat. Eodem modo etiam figuratio terreni hominis celestis populi prefigebat in posterum fictionem. Nam sicut perfectis omnibus: quae in usus hominis molitur est deus: ipsum hominem sexto die ultimum fecit: eumque induxit in hunc mundum: tanquam in domum iam diligenter instructam. Ita nunc sexto die magno uetus homo uerbo dei fingitur: id est sanctus populus doctrina & preceptis dei ad iusticiam figuratur. Et sicut tunc mortalis: atque imperfectus e terra factus est: ut mille annis in hoc mundo uiueret: ita nunc ex hoc terrestri seculo fingitur homo perfectus: ut uiuificatus a deo in hoc eodem mundo per annos mille dominetur. Quo autem consummatio futura sit: & qualis exitus humanis rebus impendeat: si quis diuinas litteras fuerit scrutatus inueniet: sed & secularium prophetarum congruentes cum celestibus uoces: finem rerum & occasum post breue tempus annuntiant: describentes quasi fatigati & dilabentis mundi ultimam senectutem. Quae uero a prophetis & uatibus futura esse dicantur: priusquam superueniat extrema illa conclusio: collecta ex omnibus & coaceruata subnectam.



Ca. xv. Qd' s' b' m' r' s' i' o p' h' a' r' a' o' n' i' s & e' g' y' p' t' i' o' r' u' : l' i' b' e' r' a' t' i' o h' e' b' r' e' o' r' u' d' e s' e' r' u' i' t' u' t' e e' g' y' p' t' i p' f' i' g' u' r' a' u' i' t l' i' b' e' r' a' t' i' o' e' s' e' l' e' c' t' o' r' u' : e' t r' e' p' r' o' b' a' t' i' o' n' e' d' a' n' a' t' o' r' u' : q' f' u' t' u' r' a e' s' t i' f' i' n' e m' u' d' i. E' t q' s' i' g' n' a m' l' t' a s' i' c' u' t i' l' l' a i' t' a & h' a' c p' r' e' c' e' d' e' t l' i' b' e' r' a' t' i' o' e' m. E' t q' r' o' m' a' n' u' s i' p' e' r' i' u' s a' n' d' e' l' e' b' i' t' u' r. E' t q' i' A' s' i' a' s' u' m' m' a p' t' a' s' o' m' n' i' u' s r' e' u' e' r' t' e' t. E' t q' b' e' t' a' t' u' m g' r' a' d' i' b' u' s r' o' m' a c' r' e' u' e' r' i' t & d' e' f' i' c' i' a' t.

Et in arcanis sanctarum litterarum transcedisse in egyptum cogente iopia rei frumentarie: principem hebreorum cum omni domo & cognatione. Cuius et posterum cum diutius in egypto commorantes in magna gentem creuissent: & graui atq; intolerabili seruitutis iugo premerentur: percussit egyptum deus insanabili plaga: et populum suum liberauit: traductum medio mari cum discissis fluctibus & in utraq; partem dimotis: per siccum populum gradere. Conatusque rex egyptiorum profugos insequens: coeunte in statum suum pelago cum omnibus copiis interceptus est. Quod facinus tam clare: tamq; mirabile: quis ad presens uirtutem dei hominibus ostenderet: tamen prefiguratio: & figura maioris rei fuit: quam deus idem in extrema temporis consumatione facturum est. Liberauit enim plebem suam de graui seruitute mundi. Sed quoniam tunc una plebs dei: et apud unam gentem fuit egyptus sola percussa est. Nunc autem quod dei populus ex omnibus linguis congregatus: apud omnes gentes commoratur: & ab his dominatur & premitur: necesse est uniuersas nationes: id est orbem totum celestibus plagis uerberari: ut iustus & cultor dei populus liberetur. Et sicut tunc signa facta sunt: quibus futura clades egyptiis ostenderetur: ita in ultimo fient prodigia miranda per omnia elementa mundi: quibus imminens exitus uniuersis gentibus intelligatur. Propinquante igitur huius termino seculi: humanarum rerum statum commutari necesse est: & in deterius nequitia inualecente plabi: ut iam nostra hec tempora quibus iniquitas & malitia usque ad summum gradum creuit: in illius tamen insanabilis mali compatatione foelicia & prope aurea possint iudicari. Ita etenim iusticia rarefcet: ita impietas & auaritia & cupiditas & libido crebrefcet: ut si quid tamen forte fuerit boni: prede sint sceleratis: ac diuexentur undique ab iniustis. Soli autem mali opulenti sint: boni uero in omnibus contumeliis atq; in egestate iactentur. Confundetur omne ius: & leges interibunt. Nihil tunc quispiam habebit: nisi aut male questum: aut defensum manu: audacia & ui omnia possidebunt. Non fides in hominibus: non pax: non humanitas: non pudor: non ueritas erit. Atque ita neque securitas: neque regimem



necque reges a malis ulla. Omnis enim terra tumultuabit: fremunt un-  
dique bella: omnes gentes in armis erunt: & se inuicem oppugnabunt. Ciui-  
tates finitimae inter se preliabunt. Et prima omnium egyptus stultarum supersti-  
tionum luet poenas: & sanguine uelut flumine operietur. Tunc peragrabit  
gladius orbem metens omnia: & tanquam messem cuncta prosternens. Cuius uasti-  
tatis: & confusionis haec erit causa: quod romanum nomen quo nunc regitur or-  
bis: horret animus dicere: sed dicam quod futurum est: tolle de terra: & impe-  
rium in Asiam reuerte: ac rursus oriens dominabitur atque occidens seruiet.  
Nec mirum cuiquam debet uideri si regnum tanta mole fundatum: ac tam diu per  
tot & tales uiros auctum: tantis denique opibus confirmatum: aliquando tamen  
corruet. Nihil est humanis uiribus laboratum: quod non ab humanis eque ui-  
ribus destrui possit: quoniam mortalia sunt opera mortalium. Sic & alia prius  
regna cum diutius floruisset: nihilominus tamen occiderunt. Nam egypti-  
os & persas & grecos & assyrios perditum est regimen habuisse terrarum;  
quibus omnibus destructis ad romanos quoque regum summa peruenit.  
Qui quanto ceteris omnibus regnis antestant: tanto maiore decident la-  
psu: quia plus habent ponderis ad ruinam: quam sunt ceteris altiora.  
Non inscite Seneca romanarum urbis tempora distribuit per etates. Primam  
enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse: a quo & genita & quasi  
educata sit roma. Deinde pueritiam sub certis regibus: a quibus & au-  
cta sit & disciplinis pluribus institutisque formata. At uero Tar-  
quino regnante cum iam quasi adulta esse coepisset: seruitium non tu-  
lisse: & reiecto superbe dominationis iugo: maluisse legibus obtempe-  
rare quam regibus. Cumque esset adulescentia eius fine punici belli termina-  
ta: tum denique confirmatis uiribus coepisse iuuenescere. Sublata  
igitur carthagine: quae diu emula imperii romani fuit: manus suas in  
totum orbem terra marisque porrexit: donec regibus cunctis & natio-  
nibus impio subiugatis: cum iam bello materia deficeret: uiribus suis  
male uteretur: quibus se ipsa confecit. Haec fuit prima eius senectus cum  
bellis lacerta ciuilibus: atque intestino malo pressa: rursus ad regi-  
men singularis imperii recidit: quasi ad alteram infantiam reuoluta.  
Amisssa enim libertate: quam Bruto duce & auctore defenderat: ita  
consenuit tanquam sustentare se ipsam non ualeret: nisi amminiculo regem  
tuum niteretur. Quod si haec ita sunt: quod restat nisi ut sequatur interitus  
senectutis? Et id futurum breui conciones prophetarum denunciant sub  
abage aliorum nominum: ne facile quis intelligat. Sibylle tamen apte interi-  
turam esse romam loquitur: & quod iudicio dei: quod nomen eius habuerit in

*lacerata*



uisū: & inimica iusticię alumnū ueritatis populū trucidarit. Hidaspes quoq; q̄ fuit medoꝝ rex ātiquissim⁹: a quo amnis quoq; nomē accepit: q̄ nūc hidaspes dicit̄: admirabilis omniū s̄b īterp̄tatōe uaticinātis pueri: ad memoriā posteris tradidit s̄blatum iri ex orbe īperiū nomēq; romanum: mltō añ p̄fatus ē: q̄ illa troiana gens conderet̄.

¶ Ca. xvi. Quō īperii uētura sit destructio: & q̄ illi signa p̄cessura sint secundū uaticinia p̄phetarū & Sibyllę.

**Q**uomō aūt id futuꝝ sit: ne q̄s īcredibile arbitret̄ ostēdam. Imprimis multiplicabit̄ regnū: & summa reꝝ ptās p̄ pluri mos dissipata & cōcisa minuet̄: tūc discordię ciuiles ī p̄petuū serent̄: nec ulla reges bellis exicialib⁹ erit: donec & reges decē parit̄ existāt: q̄ orbē terre nō ad regēdū: s; ad cōsūmādū patiāt̄. Hi exercitib⁹ ī īmēsū auctis: & agroꝝ cultib⁹ destitutis: qd̄ ē p̄ncipiū euerfionis & cladis: dispdēt oīa & cōminuet̄ et uorabūt. Tūc repente aduersus eos hostis potētissim⁹ ab extremis finibus plage septētrionalis oriet̄: q̄ trib⁹ ex eo numero deletis: q̄ tūc asiā obtinebūt: assument̄ ī societate a ceteris ac p̄nceps omniū cōstituetur: Hic ī sustētabili dñatiōe uexabit orbē: diuina et hūana miscebit: īfanda dictū & execrabilia moliet̄: noua cōsilia in pectore suo uolabit: ut p̄pū sibi cōstituat īpiū: & leges cōmutabit & suas sanciet: cōtaminabit: diripiet: spoliabit: occidet: deniq; īmutato nomine atq; īpii sede t̄nflata: cōfusio ac p̄turbatio hūani generis cōseq̄t̄. Tā uero detestabile atq; abominādū t̄ps existet: q̄ nulli hominū sit uita iocūda. Euertēt̄ fūdit⁹ ciuitates atq; interibunt: nō modo ferro atq; igni: ueꝝ etiam terremotib⁹ assiduis & eluuię aquarum: & morbis frequētibus & fame crebra. Aer enī uiciabit̄ & corruptus ac pestilens fiet: & mō īportunis imbribus: modo inutili siccitate: nūc frigoribus: nūc estibus nimis: nec terra hōi dabit fructum: nec seges qcq;: nō arbor: nō uitis feret: sed cū ī florem spem maximā dederit: ī fruge decipiēt. Fontes quoq; cū fluminib⁹ arescēt: ut ne potus quidē suppetat: & aquę in sanguineꝝ aut amaritudinē mutabūt̄. Propter hęc deficient in terra quadru pedes: & in aere uolucres: & in mari pisces. Prodigia quoq; in celo mirabilia mētes hominū maximo terrore cōfūdēt. Et crines cometarū & solis tenebrę: & color lunę: & cadentiū siderum lapsus. Nec tamen hęc usitato mō fient: sed existent subito ignota



& inuisa oculis astra: sol ip̄petuum fuscabit̄: ut uix inter noctem  
 diemq; discernat: luna iā non tribus deficiat horis: sed perpetuo  
 sanguine obfusa: meatus extraordinarios paget: ut non sit homi  
 ni p̄mptū aut siderū cursus: aut rationem temporū agnosce. Fi  
 et enī uel estas in hyeme: uel hyems ī estate: tunc añ<sup>9</sup> breuiabit̄ &  
 mēsis minuet̄: & dies ī angustū coartabit̄: stellę uero creberrime  
 cadēt: ut celū oē cęcū sine ullis luminib<sup>9</sup> appareat: montes quoq;  
 altissimi decidēt: & planis equabunt̄. Mare inauigabile cōstituet̄  
 Ac ne qd malis hominū terręq; desit: audiet̄ de celo tuba: quod  
 hoc mō Sibylla denūciat dicens. *σάλπιγξ γάρ ούρανόθεν φo  
 νήν πολύερηνον ἀφήσει:* Idest tuba de celo uocē luētuo sam  
 emittet. Itaq; trepidabūt oēs: & ad luētuo sum illū sonitū cōtre  
 miscent. Tūc uero per irā dei aduersus hoīes: q̄ iusticiam dei nō  
 agnouerūt: sequiet ferrū: ignis: fames: morbus: et sup̄ omnia met<sup>9</sup>  
 semp̄ ip̄pendens. Tūc orabūt deū & nō exaudiet: optabit̄ mors  
 & non ueniet. Nec nox qdē req̄ timori dabit: nec ad oculos sō  
 nus accēdet: s; aīas hominū sollicitudo ac uigilia macerabit: plo  
 rabūt & gemēt: & dētib<sup>9</sup> stridebūt: gratulabunt̄ mortuis: & ui  
 uos plāgēt. His & aliis plurib<sup>9</sup> malis solitudo fiet ī terra: & erit  
 deformat<sup>9</sup> orbis atq; desert<sup>9</sup>: qd̄ ī carminib<sup>9</sup> Sibyllinis ita dicit̄  
 ἔσαι κόμοσ ἀκόμοσ ἀπολυμένων ἀνθρώπων .i. erit mūd<sup>9</sup>  
 imūd<sup>9</sup> p̄uitib<sup>9</sup> hōib<sup>9</sup>. Ita. n. cōficiet̄ hūanū genus: ut uix decima  
 pars hominū reliquat̄: & unde mille p̄cesserāt: uix p̄diēt cētum:  
 de cultorib<sup>9</sup> etiā dei duę partes iteribūt: et tertia q̄ fuerit probata  
 remanebit.

*ἔσαι κόμοσ ἀκόμοσ ἀπολυμένων ἀνθρώπων*

**Ca. xvii.** De aduētū magni p̄phete: q̄ Helias dicit̄: & quō in  
 terficiet̄ ab Antichristo et resurget die tertia: et ascēdet ī celū. Et  
 de p̄secutiōe ecclīę quā īferet Antichrist<sup>9</sup>: et de miraculis eius.

*caute lege.*

**S**ed planius quō id eueniat exponā. Imminēte iam tēporū  
 conclusionē: p̄pheta magnus mittetur a deo: qui conuer  
 tat homines ad dei agnitiōē: et accipiat potestatem mirabilia fa  
 ciendi. Vbicūq; non audierint eū homines: claudet celū et absti  
 nebit ībres: aquā cōuertet ī sanguinē: et cruciabit illos siti ac fame.  
 Et q̄cūq; conabit̄ eū lēdere: p̄cedet ignis de ore eius: atq; cōburet  
 illū. His p̄digiis atq; uirtutib<sup>9</sup> cōuertet multos ad dei cultū: per  
 actisq; opib<sup>9</sup> eius alter rex orietur ex syria malo spiritu genitus:  
 euerfor ac proditor generis hūani: q̄ reliquias p̄oris mali cū ip̄o



simul delet. Hic pugnabit aduersus pphetā dei: & uicet & iterfi-  
ciet eū: & ī sepultū iacē patiet: sed post diē tertiū reuiuiscet: atq; ī  
spectatib<sup>9</sup> miratibusq; cūctis rapiet ī cēlū. Rex uero ille teterri-  
mus erit qdē: & ipse s; mēdacioꝝ ppheta: & seipm cōstituet ac uo-  
cabit deū: & se coli iubebit, ut dei filiū. Et dabit ei ptās: ut faciat  
signa et pdigia: qb<sup>9</sup> uifis irretiat hōies ut adorēt eū. Iubebit ignē  
descēdē de cēlo: & solē a suis cursibus stare: & imaginē loq; & fi-  
ent hęc s; vbo ei<sup>9</sup>: qb<sup>9</sup> miraculis etiā sapiētū plurimi alliciēt ab  
eo. Tunc eruere dei tēplū conabit: & iustū populū pseqt: & erit  
pffura & cōtritio qlis nūq; fuit a pncipio mundi. Quicūq; credi-  
derit & accesserit ei: signabūt ab eo tāq; pecudes. Qui aut recusa-  
uerit notā ei<sup>9</sup>: aut ī mōtes fugiet: aut cōphēsi exquisitis cruciatibus  
necabūt. Idē iustos hōies obuoluet libris pphetaꝝ: atq; ita crema-  
bit: & dabit ei desolare orbē terrę mēfib<sup>9</sup>. xlii. id erit tēpus quo  
iusticia piiciet: et īnocētia odio erit: quo mali bonos hostiliter p-  
liabūt. Nō lex aut ordo aut militię disciplina seruabit. Non ca-  
nos quisq; reuerbitur: non officium pietatis agnoscet. Non sex<sup>9</sup>  
aut infantię miserebitur. Confundēt omnia & miscebunt cōtra-  
fas: contra iura naturę. Ita quasi uno cōmuni grauiq; latrocinio  
terra uniuersa uastabit. Cū hęc ita erūt: tūc iusti & sectatores ue-  
ritatis segregabūt se a malis: & fugiet ī solitudines. Quo audito  
īpius rex īflāmatu ira ueniet cū exercitu magno: & admotis om-  
sicut illis fortasse nostrę: sed ipsis q se itelligunt: vba sunt. Deniq;  
i oi affectu: certas uoces notas expmunt: qb<sup>9</sup> habitũ metis ostendat.  
Rifus quoq; e hoi ppus: & tñ uidem<sup>9</sup> i aliis aialib<sup>9</sup> qdã signa le  
ticię: cũ ad lusũ gestiũt: aures demulcēt: rictũ cõtrabũt: frõte fere  
nāt: oculos i lasciuiã resoluũt. Quid tã ppu hoi: q rō & puiden  
tia futuri? Atq sũt aialia: q latibul suis diuersos & plures exitus  
pãdãt: ut si qd piculũ iciderit: fuga pateat obsessis: qd nõ facerēt:  
nisi iesset illis itelligētia & cogitatio. Alia puidēt i futuꝝ: ut igen  
tem formicę farris aceruũ cõportãt: hyemis memores tectoq; re  
ponũt: ut apes q patrię solũ: et certos nouere penates: uentureq;  
hyemis memores estate laborẽ experiũt: & in mediũ qũta rep o  
nunt: lögũ e si exeq uelim: q a singulis generib<sup>9</sup> aialiu fieri soleãt  
hũanę solertię simillima. Qd si hoz omniu q ascribi hoi solēt:  
in mltis quoq; depãdit similitudo: apparet solã esse religionē:  
cui<sup>9</sup> in mutis uel brutis nec uestigiũ aliqd: nec ulla suspitio iueni  
ri põt. Religionis eni est ppa iusticia: q nullum aliud animal attĩ  
git. Homo eni solus iperat: cetera sibi cõciliata sũt. Iusticię autē  
dei cultus ascribitur: quẽ qui non suscipit: hic a natura hominis  
alienus: uita pecudum sub humana specie uiuit. Cum uero a cete  
ris animalibus hoc pene solo differamus: q soli omniu diuina;  
uim ptãtemq; sentimus: in illis autem nullus sit intellectus dei  
certe illud fieri nõ põt: ut in hoc uel muta plus sapiant: uel huma  
na natura desipiat: cũ homini ob sapiētiã: & cuncta quę spirant  
& omnis rerũ natura sibi cõciliata sint. Quare si ratio: si uis hominis  
hoc p̄cellit & superat ceteras animantes: q solus noticiã dei ca  
pit: apparet religionem nullo modo posse dissolui.

**C**apitulum. viii. Contra Epicurum religionem subuertentē  
Et q religio sit habenda.

**D**issoluit aut religio: si credamus Epicuro illa dicenti. Om  
nis enim per se diuina natura necesse e immortali quo sum  
ma cum pace fruatur: semota a nostris oculis seiunctaq; longe. Iã  
priuata dolore omni: priuata periculis. Ipsa suis pollēs opibus:  
nil indigna nostri. Nec bene pro meritis capitur: nec tãgitur ira.  
Quę cum dicit utꝝ aliquem cultum deo putat esse tribuendum:  
an euertit omnē religionē? Si enim deus nihil cuiq; boni tribuit:



si colentis obsequio nullam grā; refert: qd tā uanū tā stultum q̄  
 templa ēdificare: sacrificia facē: dona cōferre: rē familiarē minuē:  
 ut nihil assequamur? At enī naturā excellētem honorari oportet.  
 Quis honos deberi pōt nihil curāti & īgrato? An aliqua rōe ob  
 stricti esse possum⁹ ei: q̄ nihil habeat cōmune nobiscū? Deus īqt  
 Cicero, si talis est: ut nulla gratia: nulla hominū charitate teneat,  
 ualeat. Quid enī ppri⁹ pōt inueniri: quid cōtēptius dici potuit  
 in deū? Valeat inquit: idest abeat, ac recedat: quādo prodesse nul  
 li potest. Quod si negociū; deus nec habet nec exhibet: cur ergo  
 non delinquamus: quotiens hominum conscientiam fallere lice  
 bit: ac leges publicas circūscribere? Vbicunq; nobis latendi occa  
 sio arriserit: auferamus aliena: uel sine cruore uel etiam sanguine:  
 si prēter leges nihil est amplius quo colendum sit. Hęc dum sen  
 tit Epicurus: religionem funditus delet: qua sublata: confusio ac  
 perturbatio uitę sequetur. Quod si religio tolli non potest: ut et  
 sapientiam retineamus: qua communis uita sit tutior: quomodo  
 religio ipsa sine metu teneri aut custodiri potest? Quod enī non  
 metuitur: cōtēnitur: quod contēnitur: utiq; non colitur. Ita fit: ut  
 religio & maiestas: & honor & metus cōstent. Metus autem nō  
 est: ubi nullus irascitur. Siue igitur gratia; deo, siue irā siue utꝛq;  
 detraxeris: religionem tolli necesse est: sine qua uita hominum  
 stulticia: scelere: immanitate completur. Multum enim refrenat  
 hoīes cōscientia: si credamus nos in conspectu dei uiuere: si non  
 tantum quę gerimus uideri desuper: sed etiam quę cogitamus:  
 aut loquimur: audiri a deo putemus. At enim prodest id credere  
 ut quidam putāt: nō ueritatis gratia: sed utilitate: quoniam leges  
 cōscientiā punire nō possūt: nisi aliq; desup terror īpediat ad co  
 hibēda peccata. Falsa ē igit̄ oīs religio: & diuinitas nulla ē: sed a  
 uiris prudētib⁹ uniuersa cōfecta sūt: quo recti⁹ īnocētiusq; uiua  
 tur. Magna hęc & a mā quā pposuim⁹ aliena q̄stio ē: s; q̄ necessa  
 rio incidit: debet quāuis breuīt attīgi.

Cap. ix. Varias opiniones de mūdi opificio & gubernatōe  
 enumerat.

**Q**uoniam sententię philosophoꝝ, p̄oris tēporis de puidētia cō  
 sensissent: nec ulla esset dubitatio: quin mundus a deo &  
 rōne esset īstructus: & rōe regeretur. Prim⁹ omniū Pythagoras



extitit temporibus Socratis qui sibi diceret nō liquere : utꝫ esset aliqua diuinitas nec ne. Quę disputatio eius adeo impia: & cōn ueritatem & religionem iudicata est: ut & ipsum athenienses expulerint suis finib⁹: & libros eius (in concione) quibus hęc continebantur, exusserint. De cuius sententia non est opus disputare: quā nihil certi pronunciauit. Post hęc Socrates & auditor ei⁹ Plato: & q̄ de schola Platonis tanq̄ riuuli diuersas in partes p̄fluxerūt, stoici et peripathetici: in eādē fuere sententia qua p̄ores. Postea uero Epicurus deum quidem esse dixit: quia necesse sit, esse aliquid in mundo p̄stans: & eximium & beatum: prouidētiā tñ nullam. Itaq; mundū ipsum nec rōne ulla: nec arte: nec fabrica instructū: sed naturā rerū quibusdā minutis seminibus et infecabilibus conglobatam. Quo qd̄ repugnanti⁹ dici possit nō uideo. Etenim si est deus: utiq; p̄uidens est ut deus: nec aliter ei pōt diuinitas attribui: nisi & p̄terita teneat: & p̄sentia sciat: & futura p̄spiciat. Cum igit̄ p̄uidentiā sustulit: etiā deum negauit esse. Cum aut̄ deū eē p̄fessus est: & p̄uidentiā simul esse concessit. Alterum enim sine altero: nec esse prorsus nec intelligi potest. Verum his postea temporibus quibus iam p̄bia defloruerat: extitit Athenis quidam Diagoras: qui nullū eē omnino deū diceret: ob eamq; sn̄iam nominatus est Atheus. Item Cyrenęus Theodorus ambo qui nihil noui poterant reperire: omnibus iam dictis & iuentis maluerūt cōtra ueritatē id negare: in quo priores uniuersi sine ambiguitate consenserant: hi sunt qui tot sēculis: tot īgeniis assertam atq; defensam p̄uidentiā calumniati sūt. Quid ergo? Vtrum ne istos minutos & inertes philosophos ratiōe: an uero ueritate p̄stantium uirorum refellemus: an potius utroq;? Sed properandū est: ne longius a materia deuagetur oratio.

Cap. x. Qd̄ mūd⁹ dei p̄uidētia fact⁹ sit & gubernetur.

**Q**ui uolūt diuina p̄uidentiā factū esse mundum: aut principis inter se temere coeuntibus dicūt esse concretum: aut repente natura extitisse. Naturam uero (ut Straton ait) habere in se uim gignendi & uiuendi: sed eam nec sensum habere ullum: nec figuram: ut intelligamus omnia quasi sua sponte esse generata: nullo artifice nec auctore. Vtrūq; uanū & impossibile: sed hoc euenit ignorantibus ueritatem: ut quid uis potius excogitent q̄



id sentire quod rō deposcit. Primū minuta illa sēmina quorum cōkursu totū coisse mūdū loquūt: ubi aut un̄ sint q̄ro? Quis illa uidit unq̄? Quis sētīt? Quis audiuit? An sol⁹ Leucippus oculos habuit? sol⁹ mētē? Qui p̄fecto sol⁹ omniū cec⁹ & excors fuit: q̄ ea loq̄ret: q̄ nec eger q̄sq̄ delirare: nec dormiēs possēt somniare. Quatuor elemētis cōstare: oīa, p̄hi ueteres differebāt. Ille noluit ne alienis uestigiis uideret̄ isistē: sed ipsoꝝ elemētoꝝ alia uoluit eē p̄mordia: q̄ nec uideri possint nec tāgi: nec ulla corporis parte sentiri. Tā minuta sūt, iqt: ut nulla sit acies ferri tā s̄til: qua secari ac diuidi possint: unde illis nomen imposuit atomorum. Sed occurrebat ei q̄ si una esset omnibus eademq̄ natura: non possēt res efficere diuersas: tanta ueritate quātam uideamus inesse mundo. Dixit ergo leuia esse & aspera & rotunda & angulata & hamata. Quāto meli⁹ fuerat tacē: q̄ ī usus tā miserabiles: tā ianes habere liguā? Et q̄dē uereor ne nō min⁹ delirare uideat̄: q̄ hęc putet refellenda. Respondeamus tamen uelut aliqua dicenti. Si leuia sunt & rotunda: utiq̄ non possunt inuicem se apprehendere: ut aliquod corpus efficiant: ut si quis milium uelit in unam coaugmentationem constringere: leuitudo ipsa granorum in massa coire non sinat. Aspera inquit & angulata sunt & hamata: ut possint coherere. Diuidua ergo & secabilia sunt. Hamos enī necesse est & angulos eminere: ut possint amputari: ita q̄ amputari ac diuelli potest: & uideri poterit & teneri. Hęc, iqt, p̄ iane irrequietis motibus uolitāt: & huc atq̄ illuc ferūtur: iicut pulueris minutias uidemus in sole: cum per fenestram radios ac lumen immiserit. Ex his arbores & herbe: & fruges omnes oriuntur: ex his animalia & aqua & ignis & uniuersa gignunt̄: & rursus in eadem resoluntur. Ferri hoc pōt q̄ diu de reb⁹ paruis agit̄: ex his etiā mūd⁹ concretus est. Impleuit numerum perceptę infanię: nihil ulterius adiici posse: sed inuenit tamen ille quid adderet. Quoniam oēi quit, infinitū ē: nec pōt qcq̄ uacare: necesse est ergo innumerabiles esse mundos. Quę tanta uis fuerat atomoru: ut moles tam inestimabiles ex tam minutis conglobarent̄? Ac primum requiro q̄ fit istorum feminum uel ratio ul' origo? Si enim ex illis sunt omnia: ipsa igitur unde esse dicemus? Quę natura tantam copiam ad efficiendos innumerabiles mundos subministrauit. Sed concedemus: ut impune de mundis delirauerit: de h̄ loquamur in quo

*inestimabiles.*



sum<sup>9</sup>: & quē uidem<sup>9</sup>. Ait, oīa ex indiuiduis corpusculis fieri. Si h̄  
 ita eēt: nulla res unq̄ sui generis semīe idigeret: sine ouis alites na  
 fcerēt: aut oua sine partu. Itē cetera uiuētia sine coitu: arbores &  
 q̄ gignūt e terra p̄p̄a semīa nō haberēt: q̄ nos quotidie tractam<sup>9</sup>  
 & serim<sup>9</sup>. Cur ex frumēto seges nascit̄: & rurſus ex segete frumē  
 tū? Deniq; si atomoz coitio & cōglobatō efficit̄ oīa: et ī aere uni  
 uersa cōcrescerēt? Si quidē p̄ iane atomi uolitāt: cur siñ terra: sine  
 radicib<sup>9</sup>: sine hūore: sine semīe: nō h̄rba: nō arbor: nō fruges ori  
 ri aut generari possunt? Vnde apparet nihil ex atomis fieri: qñ q̄  
 dem unaqueq; res habet propriam certamq; naturam: suū semē:  
 suam legem ab exordio datam. Deniq; Lucretius quasi oblitus  
 atomoz quos assererat: ut redargueret eos: qui dicunt ex nihilo  
 fieri omnia: his argumētis usus est: q̄ contra ip̄m ualere. Sic enī  
 dixit. Nā si de nihilo fierent: ex oīb<sup>9</sup> reb<sup>9</sup> omne genus nasci pos  
 set: nil semine egeret. Itē postea. Nil igiſ fieri de nichilo posse fatē  
 dū est. Semine qñ opus est rebus, quo queq; create, Aeris in tene  
 ras possēt proferri auras. Quis hunc putet habuisse cerebrum  
 cum hęc diceret: nec uideret sibi esse contraria? Nihil enim p̄ ato  
 mos fieri exinde apparet: q̄ semīe cuiusq; rei certum est: nisi for  
 te ignis & aque naturam ex atomis esse credemus. Quid q̄ du  
 rissimi rigoris materie: si ictu uehementiore collidantur ignis  
 excutitur? Nū in ferro aut silice atomi latent? Quis inclusit? Aut  
 cur sua sponte non emicant? Aut quomodo semina ignis in ma  
 teria frigidissima permanere potuerunt? Omitto silicem ac ferz:  
 orbem uitreū plenū aque: si tenueris in sole: de lumine quod ab  
 aqua refulget ignis accenditur: etiam ī durissimo frigore. Num  
 etiam in aqua ignem esse credendum est? Atqui de sole, ignis ne  
 ęstate q̄dem accendi p̄t: si certę in balaueris: uel si uapor leuis ali  
 quid attigerit: aut crustam marmoris: aut laminam paulatim per  
 minutissimos rores aqua concreſcit? Item de alitu terre aut ma  
 ris nebula existit: que aut dispersa humefacit quicquid texerit:  
 aut collecta in arduos montes in sublime uento rapta stipatur in  
 nubem: atq; imbres maximos deicit. Vbi ergo dicimus liquo  
 res natos esse? Nū in uapore? Nū in alitu? Nū in uento? Atq; nihil  
 potest consistere: in eo quod nec tangit̄ nec uidetur. Quid ergo  
 de aīalibus loquor: in quorum corporibus nihil sine ratione siñ  
 ordine: sine utilitate: sine specie figuratum uidemus? Adeo ut

nihil

mendum subest.



solertissima & diligentissima omnium partium membrorumque descriptio: casum ac fortunam depellat. Sed putemus artus & ossa & nervos: & sanguinem de atomis posse concrescere: Quid sensus: cogitatio: memoria: ingenium: quibus feminibus coaugmentari possunt? Minutissimis igitur. Sunt ergo alia maiora. Quo igitur inscabilia? Denique si ex invisibilibus sint quae videntur: cur igitur nemo videt? Sed siue invisibilia quae sunt in homine consideret: siue tactabilia quae veniunt sub aspectu: ratione utraque consistere quae non videt? Quo ergo sine ratione coeuntia possunt aliquid efficere rationale? Videmus enim nihil esse in omni mundo: quod non habeat in se maximam mirabilemque rationem. Quae quae supra hominis sensum & ingenium est: cui rectius quam divinae providentiae tribuenda est? An si simulachrum hominis & statuam ratio & ars fingit: ipsum hominem de frustis temere concurrentibus fieri putabimus? Et quod simile veritatis in fictum: cum summum & excellens artificium: nihil aliud nisi umbram & extrema corporis lineamenta possit imitari? Num potuit humana solertia dare operi suum: aut motum aliquem: aut sensum? Omitto usum videndi: audiendi: odorandi: ceterorumque membrorum: vel apparentium vel latentium mirabiles utilitates. Quis artifex potuit aut cor hominis aut vocem: aut ipsam fabricare sapientiam. Quis quae ne igitur sanus existimat: quod homo ratione & consilio facere non possit: id concursu atomorum passim coherentium perfici potuisse. Vides in quae deliramenta inciderunt: cum volunt effectum curamque rerum deo dare. Concedamus tamen his: ut ex atomis fiant: quae terrena sunt: num etiam caelestia? Deos aiunt incorruptos aeternos beatos esse: solisque dant immunitatem: ne concursu atomorum concreti esse videantur. Si enim deos quoque ex illis constituerent: dissipabiles fierent: feminibus aliquando resolutis: atque in naturam suam revertentibus. Ergo si est aliquid quod atomi non effecerint: cur non cetera eodem modo intelligamus? Sed quaero antequam mundum primordia ista generarent: cur sibi dum habitaculum non edificaverunt? videlicet nisi atomi coissent: caelum quoque fecissent: adhuc dum per medium in aere penderent. Quo igitur consilio: qua ratione de confuso acervo se atomi congregaverunt: ut ex aliis inferius terrae conglobarentur: caelum desuper tenderetur: tanta siderum varietate distinctum: ut nihil unquam excogitari possit ornatus? Tanta ergo quae videat & talia potest existimare nullo effecta esse consilio: nulla providentia: nulla ratione divina: sed ex atomis subtilibus

*volut*



exiguus concreta eē tāta miracula? Nōne p̄digio simile ē: aut natū  
eē hoīem, q̄ hęc diceret: aut extitisse, q̄ crederent ut Democritū: q̄  
auditor ei⁹ fuit: uel Epicurū ī quē uanitas oīs de Leucippi fonte p̄  
fluxit? At enī sicut alii dicūt: nā mūdus effect⁹ est: q̄ lēu & figu  
ra caret. Hoc uero mlto ē absurdi⁹: si nā mūdum fecit: cōsilio &  
rōe fecerit necesse ē. Is enī facit aliqd: q̄ aut uolūtātē faciēdi habet,  
aut scientiam. Si caret sensu ac figura: quō potest ab ea fieri, qd̄  
& sensum habeat & figuram: nisi forte quis arbitretur, naturam  
animalium fabricatam tam subtilē nō ientienti formari anima  
riq̄ potuisse: aut istam celi speciem tam p̄uidenter ad utilitates  
uiuentium temperatā: nescio quo casu: sine conditore: sine artifi  
ce subito extitisse? Si qd̄ inq̄t, ē Crisippus qd̄ efficiat: ea quę ho  
mo licet rōne sit p̄ditus facere non possit: id profecto ē maius  
& fortius & sapientius hoīe: homo aut non pōt facere cęlestia:  
ergo illud quod hoc efficiat uel effecerit superat homine; arte cō  
silio: prudentia: potestate. Quis igit potest esse nisi de⁹? Natura  
uero quam ueluti matrem esse rerum putant: si mentem non ha  
bet: nihil efficiāt unq̄ nihil molietur. Vbi enim non est cogitatio  
nec motus est ullus nec efficacia. Si autem consilio utitur ad inci  
piendū aliquid: rōe ad disponendum: arte ad efficiendum: uirtu  
te ad cōsūmādum: potestate ad regendum & continendum: cur  
natura potius q̄ deus nomine? Aut si concursus atomorum; uel  
carens mēte natura; ea quę uidemus effecit: quęro cur facere cęlu;  
potuerit: et urbem aut domū non potuerit? Cur montes marmo  
ris fecerit: colūnas & simulachra non fecerit? Atqui non potue  
rant atomi etiam ad hęc efficienda concurrere? Si quidē nullā po  
sitionem relinquūt: quā nō experiāt. Nā de natura q̄ mentē non  
habeat: non est mirandum: q̄ hęc facere oblita sit. Quid ergo est:  
utiq̄ deus cū inchoaret hoc opus mūdi: quo nihil potest esse: nec  
dispositius ad ordinē: nec aptius ad utilitatem: nec ornatius ad  
pulchritudinē: nec maius ad molē: q̄ fieri ab homine nō poterāt  
fecit ipse; in qb⁹ etiā hominē ipsum cui particulā de sua sapiētia  
dedit: & instruxit eū rōne: quātum fragilitas terrēna capiebat: ut  
ipse sibi efficeret: quę in usus suos essent necessaria. Si uero in hu  
ius mundi (ut ita dixerim) republica, nulla prouidentia est: quę  
regat: nullus deus qui administret: nec omnino sensus ullus ī hac  
rerum natura pollet. Vnde igitur mens humana tam solers: tam

*tam subtilem  
a nō sentienti*



intelligens orta esse credeſ? Si enī corpus hōis ex humo fictū eſt:  
 uñ hō nomē accepit! Anim⁹ ergo q̄ ſapit: rector eſt corporis: cui  
 mēbra obſequūt: tāq̄ regi & ipatori: q̄ nec aſpici: nec cōphēdi po  
 teſt: nō potuit ad hoīe; niſi a ſapiēte nā puenire: ſ; ſicut oē corp⁹  
 mens & anim⁹ gubernat: ita & mūdū de⁹. Nec. n. uerifimile eſt:  
 ut minora & hūilia regimē habeāt: maiora & ſūma nō habeant.  
 Deniq; M. Cicero ī tuſculanis & ī cōſolatōe aīorū iqt. Nulla in  
 terris origo inueniri poteſt: nihil eſt, inquit, in animis mixtū atq;  
 cōcretū: aut quod ex terra natum atq; factum eſſe uideatur: nihil  
 ue humidum: quod aut flabile aut igneum. His enī naturis nihil  
 ineſt quod uim memorię: mentis: cogitationis habeat: quo & p̄  
 terita teneat: & futura prouideat: & complecti poſſit pręſentia:  
 quę ſola diuina ſunt: nec enim inueniuntur unquam unde ad ho  
 minē uenire poſſint niſi a deo. Exceptis igit̄ duobus tribusue ca  
 lūniatorib⁹ uanis: cū cōſtat diuina puidētia mūdū regi: ſicut &  
 factus eſt: nec ſit quiſq̄ qui Diagorę Theodoriq; ſententiam uel  
 Leucippi inane cōmētū: uel Democriti Epicuriq; leuitatem pre  
 ferre audeat auctoritati: uel illorū ſeptem priorū: qui ſunt appella  
 ti ſapientes: uel Pythagorę: uel Socratis: uel Platonis: cęterorūq;  
 philoſophorum: qui eſſe prouidentiam iudicauerunt. Falfa igit̄  
 eſt & illa ſententia: qua putant terroris ac metus gratia religionē  
 a ſapientibus inſtitutam: quo ſe homines imperiti a peccatis ab  
 ſtinerent. Quod ſi uerum ſit: ergo deriſi, ab antiquis ſapientib⁹  
 ſumus. Q, ſi fallendi noſtri: atq; adeo totius generis humani cā,  
 cōmentati ſunt religionem: ſapientes igit̄ non fuerunt: quia in ſa  
 piente non cadit mendaciū. Sed ſi fuerit ſapientes: quę tanta foe  
 licitas menciendi: ut nō tātūmodo indoctos: ſed Platonē quoq;  
 ac Socratē fallerent: et Pythagora; Zenonē: Ariſtotelē maxiaꝝ  
 ſectarū p̄ncipes tam facile deluderent? Eſt igitur diuina puiden  
 tia (ut ſenſerūt hi homines quos noīaui) cuius ui ac poteſtate oīa  
 quę uidemus & facta ſunt & reguntur. Nec enī tanta reꝝ magni  
 tudo: tāta diſpoſitio: tāta in ſeruādis ordinibus, tēporibusq; cō  
 ſtantia: aut olī poſuit ſine puido artifice oriri: aut conſtare tot ſe  
 culis ſine incola potēti: aut īperpetuū gubernari ſine perito ac ſi  
 ne rectore: quod ratio ipſa declarat. Quicq; eſt enī qd̄ habet rō  
 nem: rōne ſit ortum neceſſe eſt. Ratio aut̄ ſentientis ſapiētisq; na  
 tura: nihil aliud poteſt eſſe q̄ de⁹. Mūdus aut̄ quoniā eā ratione;

*explicuit*

potuit



habet qua & regitur & constat: ergo a deo factus est. Qd' si est conditor rectorq; mundi deus: recte igitur ac uere religio constituta est. Auctori enim rerum parentiq; cōi honos, ueneratioq; debetur.

¶ Cap. xi. Vtrū uni<sup>9</sup> dei an pluriū deoꝝ puidētia mundus regatur & constet.

**Q**uonia cōstitit de puidētia: seq̄ ut doceam<sup>9</sup> utꝛ ne mltō rū eē credēda sit: an poti<sup>9</sup> uni<sup>9</sup>. Satis (ut opinor) docuimus uel ostēdim<sup>9</sup> ī n̄ris īstitutionib<sup>9</sup>: deos mltos eē nō posse: q̄ diuina uis ac ptās si distribuā ī plures: diminuit utiq; & mortal' est. Si uero mortalis nō ē: nec minui nec diuidi pōt: de<sup>9</sup> igitur unus ē: in quo uis & ptās cōsūmata: nec minui pōt nec augeri. Si aut sūt multi: dū habēt singuli ptātis aliqd, ac numinis: sūma ip̄a decrefcit: nec poterūt singuli habē totū: qd' ē cōe cū pluribus: unicuiq; tātū deerit: q̄tū ceteri possidebūt. Nō possūt igitur ī h̄ mūdo multi esse rectorēs: nec in una domo mlti dñi: nec in nauī una, multi gubernatores: nec in armento aut grege, duces mlti: nec in uno regimine, multi reges. Sed nec in cēlum quidem multi soles esse potuerūt: sicut nec animę plures in uno corpore: adeo in unitate natura uniuersa consentit. Quod si mūdū spūs itus alit: totamq; ī fusa per artus, Mens agit molē: & magno se corpore miscet: apparet testimonio poetę unum esse mūdi habitatorē, deum. Si quidem corpus omne: nisi ab una mēte incoli, regiꝝ nō pōt: oēm igitur diuinā potestātē necesse est in una eē: cui<sup>9</sup> nutu & imperio regantur oīa: & ideo tantus est: ut ab homine nō possit aut uerbis enarrari: aut sensibus extimari. Vnde igitur ad homines opinio multoꝝ deoꝝ persuasione peruebitur? Nimirum hi omnes qui coluntur ut dii: homines fuerūt: & iidē primi: ac maximi reges: sed eos aut ob uirtutem: quia profuerant hominū generi diuinis honoribus affectos esse post mortem: aut ob beneficia & inuenta: quib<sup>9</sup> humanam uitā excoluerāt: immortalē memoriā cōsecutos: quis ignorat? Nec tantū mares: sed & foeminas. Quod cum uetustissimi gręcię scriptores: quos illi theologos nūcupāt: tum etiā romani gręcos secuti et imitati, docēt: quoꝝ p̄cipue Eubemerus, ac noster Ennius: q̄ eoꝝ omniū natales: cōiugia: p̄genies: īperia res gestas: obit<sup>9</sup>: simulachra demōstāt. Et secut<sup>9</sup> eos Tullius tertio de natura deoꝝ libro dissoluit publicas religiones: sed ta-



mē uerā quā ignorabat: nec ipse nec alius quisq̄ potuit inducere .  
 Adeo & ipse testatus est: falsū quidem apparere: ueritatem tamē  
 latere. Vtinā, inquit, tam facile uera inuenire possem: q̄ falsa con-  
 uincere. Quod quidē non dissimulanter ut academicus: sed ue-  
 re atq; ex animi sn̄a proclamauit: q̄ ueritas hūanis sensibus erui  
 non pōt: quod assequi uoluit hūana prouidentia: id affecutus ē:  
 ut falsa detegeret. Quicquid enim fictum & comenticium: quia  
 nulla ratione subnixum est: facile dissoluitur. Vnus est igif prin-  
 ceps & origo reꝝ deus: sicut Plato in thimēo et sensit, & docuit:  
 cuius maiestatem tantā eē declarat: ut nec mente cōprehendi: nec  
 lingua exprimi possit. Idem testat̄ Hermes: quē Cicero ait, in nu-  
 mero deoꝝ apud ēgyptios haberi: eum scilicet qui ob uirtutem  
 multarumq; artium scientiam Trismegystus nominatus: et erat  
 non modo Platone: uerum Pythagora: septemq; illis sapientib⁹  
 longe antiquior. Apud Xenophontē, Socrates disputans: ait, for-  
 mam dei non oportere cōquiri. Et Plato in legum libris. Quid  
 omnino sit deus: non esse querendum: quia nec inueniri possit:  
 nec enarrari. Pythagoras quoq; unum deum confitetur dicens: ī  
 corporalē eē mētem: q̄ p̄ oēm reꝝ nām diffusa, & itenta: uitalem  
 sensū cūctis aīantib⁹ tribuat. Antisthenes autem in phisico unū  
 esse naturalem deum dixit: quāuis gentes: & urbes, suos habeant  
 populares. Eadem fere Aristoteles cū suis peripatheticis. Et Ze-  
 no cum suis stoicis. Lōgum est enim singulorum sententias exe-  
 qui: licet diuersis nominibus sint abusi: ad unam tamen potesta-  
 tem: quę mundum regeret, concurrerunt. Sed tamen summum  
 deum cū & philosophi & poetę: & ipsi deniq; qui deos colunt  
 sepe fateant̄: de cultu tamen & honoribus eius, nemo unq̄ requisi-  
 uit: nemo disseruit: ea scilicet persuasione: qua semper beneficū  
 incorruptum credentes: nec irasci eū cuiq;: nec ullo cultu indigere  
 arbitrantur: adeo religio esse non pōt: ubi metus nullus est.

Cap. xii. Quod religio sit, & hominis sit.

**N**unc quoniā respondimus impię quorūdam detestabiliq;  
 prudentię uel poti⁹ amētię: redeamus ad p̄positum. Dixi-  
 mus religione sublata: nec sapientiam teneri posse nec iusticiam:  
 dū diuinitatis itellect⁹: quo differim⁹ a bēluis, in hoīe solo repi-  
 at iusticiam: qua nisi cupiditates n̄ras deus qui falli non potest:





cohercuerit: scelerate ipseque uiuerem<sup>9</sup>. Spectari ergo act<sup>9</sup> nostros  
adeo, nō mō quo ad utilitatē cōis uitę attinet: s; etiā ad ueritatē: q̄  
religione iusticiaq; detracta: uel ad stulticiā pecudū, amissa rōne  
deuoluimur: uel ad bestiarū imanitātē imo uero āpli<sup>9</sup>: siq̄dem be  
stie sui generis aīalib<sup>9</sup> parcūt. Quid erit hoīe truculēti<sup>9</sup>? Quid ī  
mitius: si dempto metu supiore: uim legū aut fallē potuerit: aut  
cōtēnere! Timor igit̄ dei sol<sup>9</sup>: q̄ custodit hominū, it̄ se societātē:  
p̄ quē uita ipsa sustinet̄: munit̄: gubernat̄. Is aut̄ timor, auferit̄: si  
fuerit homini persuasum: q̄ irę sit expers deus: quē moueri & in  
dignari nō modo cū iniusta fuerit cōis utilitas: sed etiam rō ipsa  
& ueritas p̄suadet. Rursus nobis ad supiora redeundum est: ut  
quia docuimus a deo factū esse mūdū: doceam<sup>9</sup> quare sit effect<sup>9</sup>

¶ Cap. xiiij. Q<sup>2</sup> oīa tā bona q̄ mala hōis gratia facta sunt.

**S**I consideret aliquis uniuersam mundi administrationem  
intelliget profecto: q̄ uera sit sententia stoicorum: q̄ aiunt,  
nostra causa mundum esse constructū: oīa enim quibus constat  
queq; generat ex se mundus: ad utilitatem hominis accōmodata  
sūt. Hō igni utit̄ ad usum calefaciendi: & luminis & coquēdorū  
ciborū: ferriq; fabricandi: utit̄ fontibus ad potu; & ad lauachra  
fluminibus: ad agros irrigandos: terminandasq; regiones. Utit̄  
terra ad percipiendam frugū ubertatem: collibus ad conferenda  
uineta: montibus ad usum arborū atq; lignorum. Utitur mari  
nō solū ad cōmertia et copias ex longinquis regionib<sup>9</sup> ferendas:  
uerum etiam ad ubertatē oīs generis piscium. Qd̄ si his elemen  
tis utitur: quib<sup>9</sup> est p̄ximus: nō est dubiū quin & cęlo: quoniam  
& cęlestium rerum officia ad fertilitatem terre: ex qua uiuimus  
temperata sunt. Sol irrequietis cursibus & spaciis inēqualib<sup>9</sup> or  
bes annuos cōficit: & aut oriēs diē p̄mit ad laborem: aut occidēs  
noctē sup̄iducit ad req̄e: & cū abcessu lōgi<sup>9</sup> ad meridiē: rū acces  
su p̄pius ad septētrionem. Hyemis & ęstatis uicissitudines facit:  
ut & hibernis hūoribus ac pruinis in ubertatē terra pinguescat:  
& ęstiuis caloribus; ut uel herbidę fruges maturitate durentur:  
uel q̄ sunt in hūidis incocta & feruefacta mitescāt. Luna quoque  
nocturni temporis gubernatrix: & amissi ac recepti luminis uici  
bus, mēstrua spacia moderat̄: & cęcas tenebris horrētibus, noctes



fulgore suę claritatis illustrat: ut estiuua itinera & expeditiões & opera sine labore ac molestia cōfici possint. Siq̄dem nocte leues meli⁹ stipulę: nocte arida prata tōdētur. Astra etiā cętera ul' ortu uel occasu suo: certis stationib⁹ oportunitatis tēporū sūministrāt. S; & nauigiis q̄ min⁹ errabūdo cursu p̄ imēsū uagētur, regimen p̄bēt: cū ea rite gubernator obseruās, ad portū destinati littoris p̄ uehat. Vētoꝝ sp̄iritu attrahūf̄ nubes: ut fata ībrib⁹ irrigēf̄: ut uites foetib⁹: arbusta pomis exuberēt. Et hęc p̄ orbē uicib⁹ exhibē tur: ne desit aliqñ: quo uita hominū sustineat̄. Vt enī cęteras ani mantes eadē terra nutrit: & eiusedē foetu etiam muta pascuntur, Nū etiā mutoꝝ causa deus laborauit? Minime: quia sunt ratōnis expertia. Sed intelligimus & ipsa & eodem modo in usum ho minis a deo facta: partim ad uestitū: partim ad operis auxilia: ut clarū sit diuinā puidētiā, rez & copiaꝝ abūdātia, hominū uitam īstruere atq; ornare uoluisse: ob eāq; causā & aerē uolucris: & mare piscibus: & terrā quadrupedib⁹ impleuit. Sed academici contra stoicos differentes solent quęrere: cur si deus omnia ho minum causa fecerit: etiā multa contraria & inimica & pestifera nobis reperiantur: tam in mari q̄ in terra. Quod stoici ueritatem non respicientes ineptissime repulerūt. Aiūt enī multa in gignen tibus: & in numero aīalium quoꝝ lateat utilitas: sed etiā p̄cessu tempoz̄ inueniri: sicut iam plura, prioribus secus, incognita ne cessitas & usus inuenerit. Quę tandem utilitas potest in murib⁹ in blatis in serpentibus reperiri: quę homini molesta & pernicio sa sunt? An medicina in his aliqua latet? Quę si est: inueniet̄ aliqñ. nēpe aduersus mala: cum id illi querantur esse omnino malum. Viperā ferunt exustā in cinerēq; dilapsam: mederi eiusedē bestię morsui. Quāto melius fuerat eam prorsus nō esse: q̄ remedium cōn se ab ea ipsa desiderari? Breuius igitur ac uerius respondere potuerunt in hūc modū. De⁹ cū formasset hominē: ueluti simu lachrū suū: qd' erat opificū sūmū: īspirauit ei sapiētiā soli: ut oīa īperio ac ditioni suę subiugaret: oībusq; mundi commodis ute retur: proposuit tamē ei & bona & mala: quia sapientiam dedit: cui⁹ oīs rō in discernendis malis ac bonis posita est. Non potest enim quisq; eligere meliora & scire qd bonū sit: nisi sciat simul reiicere ac uitare, quę mala sunt: iuicē sibi alterutrū cōnexa sunt: ut sublato alterutro: utrunq; sit tolli necesse. Propositis igitur

inuenit  
blattis.

seculis



bonis malisque: tum demum opus suum pagit sapientia: equidem bonum  
appetit ad utilitatem: malum reiicit ad salutem. Ergo sicut bona innumera  
abilia data sunt homini quibus frui posset: sic & mala que cauere. Nam si  
malum nullum sit periculum: nihil denique quod ledere hominem possit: tollit  
omnis magna sapientia: nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in con-  
spectu bonis: quod opus est cogitatione: intellectu: scientia: ratione! Quocumque  
porrexerit manum: id nature aptum & commodum sit: ut si quis uelit  
apparatissimam coenam infantibus: quod nondum sapiant apponere:  
utique id appetent singuli: quo unumquemque aut impetus: aut fames  
aut etiam casus attraxerit: & quicquid supererint: id illis erit utile  
ac salubre. Quid igitur nocebit eos, sicuti sunt permanere: & sem-  
per infantes: ac nescios esse rerum! Si autem admisceas uel amara  
uel inutilia: uel etiam uenenata: decipiuntur utique per ignorantiam  
boni ac mali: nisi accedat his sapientia: per quam habeant malorum  
reiectionem bonorumque delectum. Vides ergo magis propter  
mala, opus bonis esse sapientia: que nisi fuissent proposita: ratio-  
nale animal non essemus. Quod si hec ratio uera est: quam stoicy  
posuerunt: dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri. Deus,  
inquit, aut uult tollere mala & non potest: aut potest et non uult:  
aut neque uult neque potest: aut & uult & potest. Si uult & non potest:  
imbecillus est: quod in deum non cadit. Si potest & non uult in-  
uidus: quod eque alienum est a deo. Si neque uult neque potest: &  
inuidus & imbecillus est: ideoque neque deus. Si & uult & potest: quod  
solum deo conuenit. Vnde ergo sunt mala! Aut cur illa non tollit!  
Scio plerisque philosophorum: qui prudentiam defendunt: hoc ar-  
gumento perturbari solere: & inuitos pene adigi: ut deum nihil  
curare fateantur: quod maxime querit Epicurus: sed nos ratione per-  
specta: formidolosum hoc argumentum facile dissoluimus. De-  
us enim potest quicquid uult: & imbecillitas uel inuidia in deo  
nulla est. Potest igitur mala tollere: sed non uult: nec ideo tamen  
inuidus. Iccirco enim non tollit: quia & sapientiam sicut & do-  
cui simul tribuit: & plus boni ac iocunditatis in sapientia est: quam in malis  
molestie. Sapientia etiam fecit: ut etiam deum cognoscamus: & per eam co-  
gnitionem immortalitatem assequamur: quod est summum bonum. Itaque  
nisi prius malum cognouerim: nec bonum poterim agnoscere. Sed  
hoc non uidit Epicurus: nec alius quisquam: si tollantur mala: tolli pa-  
riter sapientiam: nec ulla in homine uirtutis remanere uestigia: cuius

posit

cauat

imbecilis



rō ī sustinēda: et supāda maloꝝ acerbitate ꝑsistit. Ita ꝑꝑt̄ exiguū  
cōꝑēdiū s̄blatoꝝ maloꝝ: maxio et uero & ꝑꝑo nobis bono care  
rem⁹. Cōstat igit̄ oīa ꝑꝑt̄ hoīem ꝑꝑosita: tā mala q̄ etiam bona.

Cap. xiiiij. Cur deus fecerit hominem.

**S**equitur (ut ostendam) cur fecerit hominem ipsuz, de⁹: sicut  
mundū ꝑꝑter hominē machinatus est: ita ipsum ꝑꝑter se  
tanq̄ diuini templi antistitem: spectatore operū rerūq; celestiuꝝ.  
Solutus est enim: q̄ sentiēs capaxq; rōnis intelligere possit deum: q̄  
opera eius admirari, uirtutem; potestatēq; perspiciere. Iccirco enī  
consilio: mente: prudentia instructus est. Ideo solus ꝑꝑter cete  
ras animantes, rectus corpore; ac statu factus est: ut ad contempla  
tionem parentis sui excitatus esse uideatur. Ideo sermonem sol⁹  
accepit: ac linguam cogitationis interpretem: ut enarrare maiesta  
tem domini sui possit. Postremo iccirco ei cuncta subiēcta sūt:  
ut factori atq; artificio deo, esset ipse subiēctus. Si ergo deus ho  
minē suum uoluit esse cultorē: ideoq; illi tātū honoris attribuit:  
ut reꝝ omniū dominaretur: utiq; iustissimū esse deum (uidelicet  
eū) q̄ tāta ꝑꝑstiterit, amare, & hominē: q̄ sit nobiscum diuini iuris  
societate cōiunctus. Nec enī fas est cultorem dei: a dei cultore ui  
olari. Vnde intelligit̄ religionis ac iusticię causa, esse hominem  
figuratum: cuius rei testis est Mar. Tu. ī libris de legib⁹ ita dicēs.  
Sed omniū q̄ ī doctoꝝ hominū disputatōne uersantur: nihil est  
ꝑꝑfecto ꝑꝑstabilius: q̄ plane intelligi nos ad iusticiam esse natos.  
Quod si est uerissimum: de⁹ ergo uult oēs homines esse iustos:  
id est, deū & hominē charos habere: deum scilicet honorare tanq̄  
patrem: hominē diligere uelut fratrem. In his enim duobus tota  
iusticia consistit. Qui ergo aut deum non agnoscit: aut homini  
nocet: iniuste & contra naturam suam uiuūt: & hoc modo abrū  
pit institutum legemq; diuinam.

Cap. xv. Vnde ad hominē peccata perueniant.

**H**ic fortasse q̄rat aliquis: unde ad hominē peccata peruenērūt,  
aut queꝝ prauitas, diuini instituti regulam ad peiora, detor  
ferit: ut cuꝝ sit ad iusticiam genitus: opa tñ efficiat iniusta. Iā supi  
us explanauī simul deū ꝑꝑposuisse bonū ac malū: & bonū q̄dem  
diligē: & malū q̄d huic repugnat odisse: s; iō malum permisisse



ut & bonū emicaret: qđ' alteꝝ sine altero (sicut sepe docui) intel  
ligim⁹ cōstare nō posse. Deniq; ipm mūdū ex duob⁹ elemētis re  
pugnātib⁹: & iuicē copulatis eē cōcretū: igneo & hūido: nec po  
tuisse lucē fieri: nisi & tenebrę fuissēt: q; nec supeꝝ pōt eē sine iſe  
ro: nec oriēs sine occidēte: nec calidū sine frigido: nec molle sine  
duro. Sic & nos ex duob⁹ eque repugnātib⁹ cōpacti sumus: aīa  
& corpore: quoꝝ alteꝝ celo ascribit⁹: q; tenue ē & itractabile: alte  
rū terre: q; cōphēibile ē. Alteꝝ solidū & eternū est: alteꝝ fragile  
atq; mortale. Ergo alteri bonū adhēret: alteri malū. Alteri lux,  
uita, iusticia: alteri tenebrę, mors, iusticia. Hīc extitit ī hōibus na  
ture suę deprauatio: ut eēt necesse constitui legē: qua possent &  
uicia phiberi: et uirtutis officia iſperari. Cū igit̄ sint ī reb⁹ hūanis  
bona & mala: quoꝝ rōem declarauī: necesse est ad utrāq; partem  
moueri deū: & ad grām: cum iusta fieri uidet: & ad irā cū cernit  
iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus ac dicit. Si est in deo leticię  
affectus ad grām: & odii ad iram: necesse ē habeat & timoreꝝ &  
libidinē & cupiditatē: ceterosq; affectus q; sunt iſbecillitatis hūa  
nē? Non est necesse ut timeat qui irascit⁹: aut mēreat qui gaudet.  
Deniq; iracūdi minus timidi sūt: & natura leti minus mērent.  
Quid opus est de humanis affectib⁹ dicere: quib⁹ fragilitas nra  
succunbit? Considerem⁹ diuinā necessitatē (nolo enī naturā dicē:  
q; deus nunq̄ creditur natus). Timoris affectus habet in homine  
materiam: in deo nō habet. Homo qa multis casibus periculisq;  
subiectus est: metuit ne qua uis maior existat: que illum uerberet  
spoliet: laceret: affligat: interimat. Deus aut̄ in quē nec egestas: nec  
iniuria: nec dolor nec mors cadit: timere nullo pacto potest: quia  
nihil est quod ei uim possit inferre. Item libidinis rō in homine  
manifesta est. Nam quia fragilis & mortalis est affectus: necesse  
fuit alterum sexum: diuersumq; cōstitui: cui⁹ p̄mixtione soboles  
effici posset: ad cōtinēdā generis p̄petuitatem. Hęc aut̄ libido in  
deo locum nō habet: q; & fragilitas: & interitus ab eo alienus ē:  
nec ulla est apud eū foemīa: cui⁹ possit copulatione gaudere: nec  
successione indiget: qui semper futurus est. Eadem de inuidia &  
cupiditate dici possunt: q; certis manifestisq; de causis ī homineꝝ  
cadunt: in deū nullo mō. At uero & grā: & ira & miseratio ha  
bent in deo materiam: recteq; illis utitur, summa illa & singula  
ris potestas ad rerum conseruationem.



Cap. xvi. Quæ materia sit in deo miserationis: græ uel iræ.

**Q**uerit quis piã quæ sit ista materia. Primum accidentibus  
 malis afflicti hoies ad deum plerūq; confugiūt: mitigant:  
 obsecrant: credentes eū posse ab his iniuriis propulsare. Habet  
 igitur cām miserandi: nec enī tā imitis ē hominūq; cōtēptor, ut  
 auxiliū laborantib⁹ deneget. Itē plurimi qb⁹ persuasum est deo  
 placere iusticiã: eūq; q sit dñs ac parens omnium, uenerantur cuꝝ  
 ꝑcibus assiduis ac frequētibus uotis: dona & sacrificia offerunt  
 nomen eius laudibus ꝑsequūt: iustis ac bonis opibus demereri  
 eū laborātes. Ergo est ꝑꝑt qd' de⁹ & possit & debeat gratificari.  
 Nam si nihil est tam cōueniēs deo: q̄ beneficentia: nihil autē tam  
 alienum: q̄ ut sit ingratus: necesse ē ut officiis optimoꝝ sancteq;  
 uiuētū ꝑstet aliquid: ac uicem reddat: ne subeat ingrati culpam,  
 q̄ ē etiã homini criminosa. Contra aut sunt alii facinorosi & ne-  
 farij: qui libidinib⁹ oīa polluat: cędib⁹ uexēt: fraudēt: rapiāt: ꝑiu-  
 rent: nec cōsanguineis: nec parentib⁹ parcāt: leges & ipsum etiam  
 deum negligāt: habet igit ira in deo materiã. Nō est enim fas euz,  
 cū talia fieri uideat, nō moueri: & insurgere ad ultionem scelera-  
 toꝝ: & pestiferos nocētesq; delere: ut bonis oībus cōsulat. A deo  
 & in ipso ira est & gratificatio. Inania ergo & falsã reperiuntur  
 argumenta: ul' eoꝝ qui cū irasci deū uolūt: gratificari uolunt: qa  
 ne hoc quidē fieri sine ira pōt: uel eorū q nullū animū motū esse  
 in deo putant. Et q̄ sunt aliq affect⁹: qui non cadunt in deum: ut  
 libido: timor: auaritia: męror: inuidia: omniprorf⁹ affectu, eum  
 uacare dixerūt. His enī uacat: quia uicioꝝ affectus sunt. Eos aute;  
 qui sunt uirtutis: idest ira in malos: charitas in bonos: misratio  
 in afflictos: quoniã diuina potestate sunt digna: proprios & iu-  
 stos & ueros habet. Quæ ꝑfecto nisi habeat hūana uita turbabit,  
 atq; ad tantã cōfusionē deueniet status rerū: ut contemptis supe-  
 ratifq; legibus sola regnet audacia: ut nemo deniq; tutus esse pos-  
 sit: nisi qui uiribus ꝑreualeat. Itaq; quasi cōmuni latrocinio terra  
 omnis depopulabitur. Nunc uero quoniam & mali poenam: &  
 boni grām: & afflictī opem sperant: & uirtutibus locus: & sce-  
 lera rariora sunt. At enī plerūq; & scelerati foeliciores sūt: & bo-  
 ni miseriores: & iusti ab iniustis impune uexant. Cōsiderabim⁹  
 postea cur ista fiant. Interim de ira explicem⁹: an sit aliqua ī deo:  
 utrum nihil curet omnino: nec moueatur ad ea quæ impie gerūt.



Capitulum. xvii. Quod deus administrat mundū: & regit hominū act⁹: et p̄ cōsequēs irascit̄.

**D**eus, inquit Epicurus, nihil curat: nulla; igitur habet potēte; . Curare enī necesse est, eū qui habet potestatem: uel si habet & nō utit̄: q̄ tāta ē negligendi causa: ut ei non dicam nost̄ gen⁹: sed etiā mundus ipse sit uilis. Ideo inq̄t, incorrupt⁹ ē ac beatus: q̄ semper quietus. Cur ergo administratio tātarum rerum cessit: si hęc a deo negligātur: quę uidemus rōne summa gubernari? Aut quietus esse quō potest: qui uiuit & sentit? Nam quies aut somni res est: aut mortis: sed nec somnus habet quietem. Nam cum soporati sumus: corpus quidem quiescit: animus autē irrequietus agitur: imagines sibi quas cernit, effingit: ut naturalē suum motum exercent uarietate uisorum: auocatq; se a falsis: dum mēbra faturētur: ac uigorē capiāt de quiete: quę igitur sempiterna soli⁹ mortis est. Si autē mors deū non attingit: deus igit̄ nunq̄ quietus est. Dei uero actio quę potest esse nisi mundi administratio? Si uero mūdi curam gerit: curat igit̄ hominū uitā de⁹: ac singulorū act⁹ aīaduertit: eosq; sapientes ac bonos eē desiderat: hęc est uolūtas dei: hęc diuina lex: quā qui sequitur: qui obseruat deo carus est. Necesse est igitur ut ira moueatur aduersus eum: qui hanc eternā diuinamq; legem aut uiolauerit: aut spreuerit. Si nocet alicui de⁹ iam bonus non est. Non exiguo falluntur errore: qui censuram siue humanam siue diuinam, acerbitatis nomine, infamant: putātes nocentem dici oportere: qui nocentes afficit poena. Quod si est: nocentes igitur leges habemus: quę peccantibus supplicia sanxerunt: nocētes iudices, q̄ scelere cōuictos, poena capitis afficiūt. Quod si et lex iusta est: quę & nocenti tribuit quod meretur: & iudex integer ac bonus dicitur: cū malefacta uindicat. Bonorum enim salutem custodit, qui malos punit: ergo & deus cum malis obest nocens non est. Ipse est autē nocens: qui aut innocenti nocet: aut nocenti parcit ut pluribus noceat. Libet quęrere ab his, qui deum faciunt immobilem. Si quis habeat rem; domum, familiam feruiq; eius contemnentes patientiam dñi, omnia eius inuaserint ipsi bonis eius fruātur: ipsos familia eius honoret: dominus autē contemnatur: ab omnibus derideat̄: relinquat̄: utrum ne sapiens esse possit: qui contumelias nō uindictet: suisq; rebus eos perfrui patiat̄: in quos habeat potestatem? Quę tanta in quoq̄ potest



patiētia reperiri: si tñ patientia noīanda est: & nō stupor quidē  
 insensibilis. s; facile est ferre cōtēptū. Quid si fiāt illa quę a Ci-  
 cerone dicunt? Etenī quęro si q̄s patfamilias liberis suis a seruo  
 interfectis: uxore occisa: & incēsa domo: suppliciū de seruo nū  
 q̄ acerrimū sumpserit: utrū is clemēs: an mīericors an inbuma-  
 nus: & crudelissim⁹ eē uideat? Qd̄ si eiūsmōi facinorib⁹ igno-  
 scere crudelitatis est, poti⁹ q̄ pietatis: nō est ergo uirtutis in deo  
 ad ea quę iniuste fiūt nō cōmoueri. Nā mūdus tanq̄ dei domus  
 est: & hoīes tanq̄ serui: q̄bus si ludubrio sit nomē ei⁹, qualis aut  
 quāta patiētia est: ut honorib⁹ suis cedat: praua & iniqua fieri ui-  
 deat, & nō indigne: qd̄ pp̄ū & naturale est: ei, cui peccata nō pla-  
 cēt: irasci ergo rōis est: auferunt enī delicta: & refrenat licētia: qd̄  
 utiq; iuste sapiēterq; fit. Sed stoici nō uiderūt esse discrimē re-  
 cti; & prauī, esse iram iustam & iniustā: & q̄ medelā rei nō inue-  
 niebant: uoluerūt eam penitus excidere. Peripathetici uero nō ex-  
 cidēdā, s; temperādā esse dixerūt: q̄bus in sexto libro institutio-  
 nū satis respondim⁹. Nescisse aut philosophos q̄ ratio est; irę:  
 apparet ex diffinitionib⁹ eorū, quas Seneca enumerauit in libris  
 quos de ira cōposuit. Ira ē inq̄ cupiditas ulciscēde iniurię. Alū  
 (ut ait Possidoni⁹) cupiditas puniēdi ei⁹, a quo te inique putes le-  
 sum. Quidā ita diffinierūt. Ira est incitatio animi ad nocēdū ei  
 qui aut nocuit; aut nocere uoluit. Aristotelis diffinitio a nostra  
 nō multū abest. Ait enī irā esse cupiditatē doloris respōdendi.  
 Hęc est ira de qua superi⁹ dixim⁹: quę etiā; mutis inest. In hoīe  
 uero cobibēda est: ne aliqd̄ maximū pfiliat p̄ furorē: hęc in deo  
 esse non pōt: q̄ illesibilis est: in homīe aut q̄ fragilis est, inuenit.  
 Inurit enī lesio dolorē: & dolor facit ultionis cupiditate;. Vbi  
 est ergo ira aduersus deliquētes: quę utiq; nō est cupiditas ul-  
 tionis: q̄ nō p̄cedit iniuriā. Nō dico de his, q̄ aduersus leges pec-  
 cāt: q̄bus & si iudex sine crimīe irasci pōt: fingam⁹ tñ eū sedato  
 animo esse debere: cū subūcit poenę nocētē, q̄ legu; sit minister  
 nō animi aut potestatis suę. Sic enī uolūt q̄ iram conant̄ euellere.  
 Sed de his potissimū dico: q̄ sunt nostrę potestatis: ut serui, libe-  
 ri: & cōiuges: & discipuli: quos cū delinq̄re uidem⁹: incitatur  
 ad cohercēdu;. Necessē est enī omni bono, ac iusto displicere q̄  
 praua sunt: & cui malū displicet: mouet̄ cū id fieri uideat. Ergo  
 iurgim⁹ ad uindictā nō q̄ lesi sumus: sed ut disciplina seruet:

etiam



mores corrigant: licentia comprimant. Hęc est ira iusta: quę sicut i ho-  
mie necessaria est ad prauitatis correctōez: sic utiq; in deo a quo  
ad hominē puenit exēplū. Nā sicuti nos potestati nostrę subie-  
ctos cohercere debem⁹: ita etiā peccata uniuersoz, de⁹ cohercere  
debet: qd' ut faciat irascat⁹ necesse est: q; naturale est bono, ad alte-  
rius peccata moueri & incitari. Ergo diffinire debuerūt. Ira est  
mot⁹ animi ad cohercēda peccata insurgētis. Nā diffinitio Cice-  
ronis. Ira est libido ulciscēdi: nō multū a superioribus distat. Irā  
aut quā possum⁹: uel furorē uel iracūdiā noiare: hęc non in hoīe  
qdem debet esse quę tota uiciofa est. Ira uero q̄ ad correctōez ui-  
cioz p̄tinet: nec hōi adimi debet, nec deo pōt: q; & utilis est reb⁹  
humanis & necessaria.

¶ Capitulū. xviij. Quod sine ira peccata non corrigunt.

**Q**uid opus est inquit ira: cū sine hoc affectu peccata corri-  
gi possunt? Atq; nullus est q; peccantē possit uidere trāgllē.  
Possit fortasse q; legib⁹ p̄sudet: q; facin⁹ nō sub oculis eius ad-  
mittit: moueri a duersus eu, q; pōt innocens inueniri. Cūq; de-  
tectū facinus in lucē uenerit: iam non sua sed legum sentētia utiē.  
pōt cōcedi ut sine ira faciat: habet enim qd' sequat⁹. Nos certi cū  
domi peccat⁹ a nostris, siue id cernim⁹ siue sentimus: indignari  
necesse est. Ipse enim peccati aspectus indignus est. Nā q; nō mo-  
uet omnino: aut probat delicta: quod est turpius & iniusti⁹: aut  
molestiā castigādi fugit: quā sedat⁹ anim⁹ & q̄ta mens asperna-  
tur ac renuit, nisi stimulauerit. Qui aut cōmouet: tamen intem-  
pestiua leuitate uel sepi⁹ q̄ necesse est: uel etiā semper ignoscit: is  
plane & illorū uitā perdit: quorū audaciā nutrit ad facinora ma-  
iora: & sibi ipsi eternā molestiā; materiam sūministrat. Vicio-  
fa est ergo in peccatis irę suę cohibitio. Laudatur Archita taren-  
tinus: qui cū in agro corrupta esse oīa comperisset: uillici sui cul-  
pam redarguēs. Miserū te, inquit: quē iam uerberib⁹ necassem:  
nisi iratus essem. Vnicū hoc exemplum tēperantię putant: sed  
auctoritate ducti non uident q̄ inepta & locutus fuerit, & fece-  
rit. Nā sicut ait Plato, nemo prudens punit q; peccatū est: sed ne  
peccet. Apparet q̄ malum, uir sapiēs p̄posuerit exemplum: si enī  
senferint serui dominum seuire cū non irascit⁹ suum: tum pecca-  
re cum irascitur: nō peccabūt utiq; leuiter ne uerberent. Sed q̄tu;



potuerunt grauissime ut stomachus cū his incitent: atq; impune  
discedant. Ego uero laudarem si cū fuisset iratus: dedisset irę suę  
spaciū: ut residente p̄ interuallū t̄p̄is animi timore: haberet mo-  
dū castigatio. Nō ergo p̄pter irę magnitudinē donāda erat poe-  
na: sed differēda, ne aut peccati maiorē iusto dolorē inureret: aut  
castiganti furorē. Nunc uero quę tandem equitas: aut quę sapi-  
entia est: ut aliquis ob exiguū dolorem puniatur: aut maximum  
nō puniat? Quod si naturam rerū causāq; didicisset: nunq̄ tam  
importunā continentia profiteret: ut nunq̄ seruus iratū sibi fuisset  
dominū gratularet. Nam sicut corpus humanū deus multis  
& uarijs sensibus ad usum uitę necessarijs instruxit: sic & aīo ua-  
rios attribuit affectus: quibus uitę ratio cōstaret: ut libidinē p̄de-  
de gr̄a sobolis dedit: sic ira; cohibendo; cā delicto;. Verū hi  
q̄ nesciūt fines bono; ac malo;: sicut libidine utunt̄ ad corrup-  
telas & ad uoluptatē: sic iram & affectū ad nocēdū: dū his quos  
odio habēt irascunt̄ & paribus aut etiā superiorib;. Hinc quoti-  
die ad maxima facinora profiliūt: hinc tragoedię sepe nascunt̄.  
Est igit̄ laudāndus Architas: si cū alicui ciui & pari facienti sibi i-  
uriā fuisset iratus: coepisset se t̄n̄, & patiētia furoris impetū mi-  
tigasset. Hęc sui cohibitio gloriosa est: q̄ cōpescit aliqd̄ immi-  
nens magnū malū seruo; aut filio;: q̄ peccata nō cohercere pec-  
catū est. Euadēt enī ad maius malū p̄ impunitatem: hic non cohi-  
benda ira: s; etiā si iacet excitanda est. Quod aut̄ de hoīe dicim;  
id etiā de deo, q̄ hoīem similit̄ sui fecit: omitto de figura dei dice-  
re: q̄ stoici negant habere ullā formā deū. Et ingens alia materia  
nascit̄ si eos coarguere uelim;. De aīo t̄m loquor: si subiacet co-  
gitare: sapere: intelligere: p̄uidere: p̄stare: ex oībus aut̄ aīalibus  
hō solus hoc habet. Ergo ad dei similitudinē factus est. S; ideo  
p̄cedit in uiciū: q̄ de terrēna fragilitate p̄mixtus: non id quod a  
deo sumpsit, incorruptū purūq; seruat; nisi ab eode; deo iusti-  
cię p̄ceptis imbuatur.

Capitulum. xix. Q; homo ex corpore uicia: & ex aīa uirtu-  
tes habeat: & q̄ cū uelit de; hoīes bonos: eo; uicijs irascit̄.

Sed quoniam compactus est (ut diximus) e duobus aīo &  
corpore: in altero uirtutes: in altero uicia continent̄: & im-  
pugnant se inuicem. Animi enim bona quę sunt in continendis

3  
Fj.

car hominibus daturat libido  
Sica.



libidinib<sup>9</sup> contraria sunt corpori: & corporis bona, quę sunt in  
omni genere uoluptatū, inimica sunt aīo. S; si uirt<sup>9</sup> animi repu-  
gnauerit uoluptatib<sup>9</sup>: easq; cōpresserit: erit uere deo similis. Vn-  
de apparet aīa; homīis quę uirtutē diuinā capit nō eē mortalem.  
S; discriminē illud est: qđ cū uirtus habeat amaritudinē: & sit dul-  
cis illecebra uoluptatis: uincunt plurimi & abstrahunt ad suauit-  
atē. Hi uero q; se corpori rebusq; terrenis addixerūt premunt  
in terrā: nec asseq; possunt diuini numinis gratiā: q; se uicioꝝ la-  
bibus inqnauerūt. Qui autē deū secuti: eiꝝ parentes, corporis de-  
sideria cōtēpserint: & uirtutē preferētes uoluptatib<sup>9</sup> inocētiā iu-  
sticiāq; seruauerint: hos de<sup>9</sup> ut similes recognoscit. Cū igit̃ san-  
ctissimā legē posuerit: uelitq; uniuersos innocētes ac beneficos  
